[illegible] in sp[illegible]

[illegible]

[illegible]p ore, [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]ris potestatem [illegible]

[illegible]um eius [illegible]

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM, LIBRI XVI.

Eiusdem Epistolarum ad Q. Fratrem, Lib. III.

Incerti auctoris epistola ad Octauium. non est enim Ciceronis.

T. Pomponii Attici Vita, per Cornelium Nepotem.

EX EMENDATIONE D. LAMBINI.

Accesserunt emendationum rationes, & annotationes.

Et, ne studiosis quicquam exoptandi reliquum sit, Scholia, & Verba græca latinis expressa, suis locis inseri curauimus.



VENETIIS, M D LXXXVIII.

Apud Hieronymum Polum.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER I.

CICERO ATTICO. S. I

10 PETITIONIS nostræ, quā tibi summæ curę esse scio, huiusmodi ratio est, quod adhuc coniectura prouideri possit. Prensat vnus P. Galba sine fuco, ac fallaciis, more maiorum. negatur.[a] vt opinio est hominum, non aliena rationi nostræ fuit illius hęc præpropera prensatio. nam illi ita negāt vulgò, vt mihi se debere dicant. Ita quiddam spero nobis profici, cùm hoc percrebrescit, plurimos nostros amicos inueniri. Nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso

20 tempore, quo tuum puerum cum his litteris proficisci Cincius dicebat, in campo, comitiis tribunitiis, [b] ad XVI. Kal. Sext. Competitores, qui certi esse[c] videbantur, Galba, & Antonius, & Q. Cornificius. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, vt frontem ferias. Sūt

25 qui etiam Cæsonium putent. Aquillium non arbitramur, [1] [d] qui denegat, & iurauit morbum, & illud suū regnum iudiciale opposuit. Catilina, [2] si iudicatum erit meridie [e] non liquêre, certus erit competitor. De Aufidio [f] & Palicano, non puto te exspectare, dū scribā. De iis, qui nunc petūt, Cæsar certus putatur. Ther-

30 mus cum Silano cōtendere existimatur: qui sic inopes

a v.c. ut opinio'st

b L. a.d. XVI.

c L. videantur,

d L. qui & negauit, & iur.

e L. non lucere,

f L. & de Palicano.

& ab amicis, [a] & existimatione sunt, vt mihi videatur non esse ἀδύνατον Curium obducere. Sed hoc, præter me, nemini videtur. Nostris rationib. maximè conducere videtur, Thermum fieri cum Cæsare (nemo est enim ex iis, qui nunc petunt, qui, si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur,) propterea quòd curator est viæ Flaminiæ: quæ cùm erit absoluta, [b] sanè facilè cum libenter nũc ceteri consuli acciderint. Petitorum hæc est [c] adhuc informata cogitatio. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam: & fortasse, quoniã videtur in suffragiis multũ posse Gallia, cùm Romæ à iudiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembri legati ad Pisonem, vt Ian. reuertamur. Cùm perspexero voluntates nobilium, scribam ad te. Cetera spero prolixa esse, his duntaxat vrbanis competitorib. Illam manum tu mihi cura vt præstes (quoniã propiùs abes) Pompeii, nostri amici. nega me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit. Atque hæc huiusmodi sunt. Sed est, quod abs te mihi ignosci peruelim. Cæcilius, auunculus tuus, à P. Vario cùm magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum eius fratre Caninio [d] Satyro de iis rebus, quas eum dolo malo [e] mãcipio accepisse de Vario diceret. Vnà agebant ceteri creditores: in quib. erat [f] Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius. verùm hoc ridiculum est de magistro nũc cognoscere. Rogauit me Cæcilius, vt adessem contra [g] Satyrum. dies ferè nullus est, quin hic [h] Satyrus domum meam ventitet. obseruat L. Domitium maximè: me habet proximum: fuit & mihi, & Q. Fratri magno vsui in nostris petitionibus.

a fort. & ab existim.

b L. sanè facilè eum, & libenter tum Cæsari consuli accuderint.

c v.c. informata adhuc

d L. Satrio

e L. mancupio

f L. M. Luc.

g L. Stratiũ.

h L. Satrius

tionibus. Sanè sum perturbatus, cùm ipsius[a] *Satyri fa-*
miliaritate, tum Domitii: in quo vno maximè ambi-
tio nostra nititur. Demonstraui hæc Cæcilio: simul &
illud ostendi, si ipse vnus cum illo vno cōtenderet, me
5 *ei satisfacturum fuisse. nunc in causa vniuersorum cre-*
ditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui si-
ne eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facilè cō-
munem causam sustinerent, æquum esse, eum & offi-
cio meo consulere, & tempori. Durius accipere hoc
10 *mihi visus est, quàm vellem, & quàm homines bel-*
li solent: & postea prorsus ab instituta nostra pauco-
rum dierum consuetudine longè refugit. Abs te pe-
to, vt mihi hoc ignoscas, & me existimes, humani-
tate esse prohibitum, ne contra amici summam exi-
15 *stimationem miserrimo eius tempore venirem, cùm*
is omnia sua studia, & officia in me contulisset. Quòd
si voles in me esse durior, ambitionem mihi putabis
obstitisse. Ego autem arbitror, etiam si id sit, mihi
ignoscendum esse: ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην. *Vides*
20 *enim in quo cursu*[b] *sumus, & quàm omnes gratias*
non modo retinendas, verumetiam adquirendas pu-
temus. Sperò[c] *tibi me causam probasse. Cupio qui-*
dem certè. Hermathena tua valde me delectat, &
posita ita bellè est, vt totum gymnasium, ἡλίου ἀνά-
25 θημα *esse videatur. Multum te amamus. L. Iulio Cæ-*
sare, C. Marcio Figulo COSS. *filiolo me auctum scito,*
salua Terentia.

a L. Satrij.

b fort. simus,

c al. me tibi.

ANNOTATIONES.

1 qui & negauit, & iurauit morb.) sic legendum, & ita scriptum est in codice Turnesiano antiquissimo.

30 2 si iudicatum erit meridie non lucere) locus obscurus, & fortasse corruptus: sed ita legitur in codice Turnesiano. itaque ego

nunc nihil muto, quamuis olim ediderim, si iudicatum erit, eius haberi rationem licere, quòd sic legẽdum esse, & ex Italis Sebast. Corradus, & ex nostratibus Aemarus Ranconetus censuissent: primum haud dubijs fortasse coniecturis ducti, deinde ab antiquæ scripturæ vestigijs non longè discedentes. Sic autem loquitur in Bruto, Seruilius Glaucia ex summis & fortunæ & vitæ sordibus in prætura cos. factus esset, si rationem eius haberi licere iudicatum esset sed nunc, vt dixi, antiquam scripturam tueor. Neque tamen impedio, quo minus vtatur sua quisque coniectura. Ne P. Victorij quidem emendationem refello, quæ talis est, si iudicatum erit meridie non liquere. Si vera est: recipiatur. sin falsa: sua sponte, euanescat. Cur autem mihi magis placeat scriptura antiqua Turnesiana, est, quòd ita solent potius Latini loqui, meridie lucere, quàm, meridie liquere: & meridie non lucere, cum hyperbolicῶs significare volunt aliquid esse falsum, quàm meridie non liquere: non liquere autem, & luce esse clarius, opponit inter se idem Cicero noster 1. lib. de diuinatione, in princip. ibi, præsertim cùm id, de quo Panætio non liquet, reliquis eiusdem disciplinæ, solis videatur luce clarius.

3 quæ cum erit absoluta, sanè facilè & libenter eum Cæsari consuli accuderim.) Proponam primum scripturam veterem, deinde doctorum uirorum coniecturas afferam. Sic igitur habent omnes fere libri manuscripti: in his Turnesianus. Quę tum erit absoluta, sanè facilè eum libenter nunciteri consilia acciderunt: alij, numititeri: alij, munciteri, &c. Hanc igitur scripturam, quæ se corruptam esse clamat, sic quidam restituere conati sunt, Quæ cum erit absoluta, sanè facilè eum ac libenter ceteri consulem acceperint. Corradus sic: Quę cum erit absoluta, sanè facilè eum libenter municipes ceteri consulem deceperint. Sigonius sic, quæ cum erit absoluta, sanè facilè eum nunc Cęsari consulem addiderim: Manutius sic, Quæ tum erit absoluta, sanè facilè eum libenter nunc Cęsari, &c. ut Sigon. Adr. Turnebus sic, Quæ tum erit absoluta sanè facillimè, libenter munitori consuli acciderim, ut sit hic Ciceronis sensus, uellem Cæsar consul fieret libenter enim huic uiarum curatori & munitori supplex in mea petitione fuerim: malimque me supplicem, quàm competitorem haberet. Qua coniectura quid potest excogitari diuinius? Verum tamen mihi placebat olim etiam hæc, & quidem paullo magis, Quę cum erit absoluta, sanè facilè & libenter ei tunc ceteri concesserint, vel, ceteri consulatu cesserint. Nunc hęc, Quæ cum erit absoluta, sanè facilè & libenter tum eum Cęsari consuli accuderim. hac sententia, uia flaminia absoluta, ego facilè & libenter Thermum Cęsari collegam adiecerim. Sed nec Simeonis Bosij coniectura silentio prętereunda est, quamuis eam in commentarijs Horatianis commemorarim: quæ talis est. Quæ tum erit absoluta sanè facile. eum libens Sipmer ciceri cusili accuderim.

Verba Greca, Latinis expressa.

ἀδυνάτον: quod fieri non poteſt.

ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲν βοείην: quoniam non agitur de victima, neq. de bubulo tergore. Ex Homero enim verbum ἀρνύσθην ſubaudiendum eſt.

ἑρμαθῆνα: Hermathena, Mineruæ, Mercurijq. ſtatua.

CICERO ATTICO S.

Abs te tamdiu nihil litterarum? Ego de meis ad te rationibus ſcripſi antea diligenter. Hoc tempore Catilinam, competitorem noſtrum, defendere cogitamus. Iudices habemus, quos[a] voluimus, ſumma accuſatoris voluntate. Spero, ſi abſolutus erit, [b]coniunctiorem nobis fore in ratione petitionis: ſin aliter acciderit, humaniter feremus. Tuo aduentu nobis opus eſt maturo. Nam prorſus ſumma hominum eſt opinio, tuos familiareis, nobileis homines, aduerſarios honori noſtro fore. ad eorum voluntatem mihi conciliandam, maximo te mihi vſui fore video. Quare Ianuario ineunte, ut conſtituiſti, cura, ut Romę ſis. Auiam tuā ſcito deſiderio tui mortuam eſſe: & ſimul quòd verita ſit, ne Latinę in officio non manerent, & in montem Albanum hoſtias non adducerent. eius rei [c] conſolationem ad te L. Saufeium miſſurum eſſe arbitror. Nos hic te ad menſem Ianuarium expectamus: ex quodam rumore, an ex litteris tuis ad alios miſſis? nam ad me de eo nihil ſcripſiſti. Signa, quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita. nos ea non vidimus. neque enim exeundi Roma poteſtas nobis fuit. miſimus qui pro vectura ſolueret. Te multum amamus, quòd ea abs te diligenter, paruoque curata ſunt. Quòd ad me ſæpe ſcripſiſti de noſtro amico placando, feci,

[a] al. uolumus,

[b] L. coniunctiorem illā nobis f.

[c] al. conſolationem.

& expertus sum omnia: sed mirandum in modum est animo abalienato: quibus de suspicionibus etsi audisse te arbitror, tamen ex me, cum veneris, cognosces. Sallustium præsentem restituere in eius veterem gratiam non potui. Hoc eò ad te scripsi, [1] *quòd*[a] *is me accusare de te solebat: in se expertus est illum esse minus exorabilem, meum studium* [b] *nec tibi defuisse. Tulliolam C. Pisoni, L. F. Frugi, despondimus. Vale.* 5

a al. is, qui me.

b al. nec sibi.

ANNOTATIONES.

1 quòd is me accus.) sic hnt lib. manuscr. in his Turn. qd eo adscripsi, quòd nonnulli interponūt pronomen, qui, hoc modo, quòd, is, q &c. 10

CICERO ATTICO S. 3

CRebras expectationes nobis tui commoues. nuper quidem cum iā te aduentare arbitraremur, repente abs te in mensem. Quinctilem reiecti sumus. Nunc verò[a] *sentio (quod commodo tuo facere poteris) venias ad id tempus, quod scribis. obieris Quincti fratris comitia: nos longo interuallo*[b] *viseris: Acutilianam controuersiam transegeris. Hoc me etiam Peducæus, vt ad te scriberem, admonuit. putamus enim vtile esse, te aliquando iam rem transigere. mea intercessio*[c] *& est, & fuit parata. Nos hic incredibili, ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus: cui cum æqui fuissemus, tamen multo maiorem fructum ex populi existimatione, illo damnato, cepimus, quàm ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est ornamentum Academiæ proprium meæ: quòd & Hermes,*[d] *commune omniū, & Minerua,*[e] *singulare est eius gymnasii. Quare velim, vt scribis, ceteris quoque rebus quàmplurimis eum locum ornes. Quæ mihi antea signa misisti, ea non-* 15 20 25 30

a forte censeo.

b L. inuiseris:

c v. c. parata & est, & fuit.

d v.c. commune est

e L. singulare est insigne eius g.

nondum vidi: in Formiano sunt: quò ego nunc proficisci cogitabam. illa omnia in Tusculanum deportabo. Caietam, si quando abundare cœpero, ornabo. Libros tuos conserua, & noli desperare [a] eos meos facere posse. quod si aßequor: supero Crassum diuitiis, atq. omnium [b] vicos, & prata contemno. Vale.

a L. eos meos facere p.
b al. lucos.

CICERO ATTICO. S. 4

QVantum dolorem acceperim, & quanto fructu sim priuatus, & forensi, & domestico, L. fratris nostri morte, in primis, pro nostra consuetudine, tu existimare potes. nam mihi omnia, quę iucunda ex humanitate alterius, & moribus, homini accidere possunt, ex illo accidebant. Quare non dubito, quin tibi quoque id molestum sit, cum & meo dolore moueare, & ipse omni virtute, officioq. ornatissimum, tuiq. & sua sponte, & meo sermone, amantem, affinem, amicumq. amiseris. Quòd ad me scribis de sorore tua, testis erit tibi ipsa, quantæ mihi curæ fuerit, vt Q. fratris animus in eam esset, is, qui esse deberet: quem cum esse offensiorem arbitrarer, eas litteras ad eum misi, quibus & placarem, vt fratrem: & monerem, vt minorem: & obiurgarem, vt errantem. Itaque ex iis, quæ postea sępe ab eo ad me scripta sunt, confido ita eſse omnia, vt & oporteat, & velimus. De litterarum [a] missione, sine causa abs te accusor. numquã. n. à Pomponia nostra certior sum factus, eſse cui litteras dare poßem. Porrò autem neque mihi accidit, vt haberem, qui in Epirum proficisceretur, neque dum te Athenis eſse audiebamus. De Acutiliano autẽ negotio quod mihi mandaras, vt primum à tuo [b] digreßu Romam veni, confeceram: sed accidit,

a fort. intermiſsione.
b fort. degreſſu.

dit, ut & contentione nihil opus esset, & ego, qui in te satis consilii statuerim esse, mallem Peducæum tibi consilium per litteras, quam me dare. Etenim cùm multos dies aureis meas Acutilio dedissem, cuius sermonis genus tibi notum esse arbitror, non mihi graue duxi scribere ad te de illius querimoniis, cùm eas audire (quod erat subodiosum) leue putassem. Sed abs te ipso, qui me accusas, unas mihi scito litteras redditas esse, cùm & otii ad scribendum plus, & facultatē dandi maiorem habueris. Quòd scribis, etiam si cuius in te esset offensior, à me recolligi oportere: [1] quid dicas, neq. id neglexi: sed est miro quodā modo affectus. Ego autem quæ dicenda fuerunt de te, non præterii. Quid autem cōtendendum esset, ex tua putabam [2] voluntate [2] statuere oportere: quam si ad me perscripseris: intelliges, me neq. diligentiorē esse voluisse, quàm tu esses, neq. negligentiorem fore, quàm tu uelis. De Tadiana re, mecū Tadius locutus est, te ita scripsisse, [3] nihil esse iam quòd [b] laboraret, quoniam hereditas usu capta esset. Id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi posse. Epiroticam emtionem gaudeo tibi placere. Quæ tibi mandaui, & quæ tu intelliges cōuenire nostro Tusculano, uelim, ut scribis, cures, quod sine molestia tua facere poteris. nam nos ex omnib. molestiis, & laborib. uno illo in loco conquiescimus: quò fratrem [c] quotidie expectamus. Terentia magnos articulorum dolores habet, & te, [d] sororemque tuam, & matrem maximè diligit: salutemque tibi plurimam adscribit, & Tulliola, deliciæ nostræ. Cura, ut valeas, & nos ames: & tibi persuadeas, te à me fraternè amari.

5 10 15 20 25 30

a L. uoluntate me statuere oport.

b L. laboraretur,

c v. c. cotidie.

d v. c. & sororem t. & ita L.

ANNO.

ANNOTATIONES.

1 quid dicas) ſubintelligendum, neſcio, ſeu potius, uideo, uel, ſcio. Itaque ſine interrogationis nota excludi iuſſi. Eſt autem loquendi genus comicum.

2 me ſtatuere oportere) ſic edendum curaui, codicis Turneſiani ſcripturæ ueſtigium ſecutus, in quo eſt, ex tua putabam uo- 5 luntatem ſtatuere oportere, ex, uoluntatém, ſcilicet feci, uoluntatem me, &c.

3 nihil eſſe iam quòd laboraretur) ſic habet cod. Turneſ.

CICERO ATTICO S. 5

NOn committam poſthac, vt me accuſare de epi- 10 *ſtolarum negligentia poſſis. tu modo videto, in tanto otio vt par mihi ſis. Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimenſam, & exædificatam animo habebas, M. Fonteius Pontius emit* H-S.CCCIↃↃↃ XXX. *Id te ſcire volui, ſi quid fortè ea res ad* 15 *cogitationes tuas pertineret. Q. frater (vt mihi videtur) quo volumus animo eſt in Pomponiam, et cum ea nunc in*[a] *Arpinati prædio erat, & ſecum habebat hominem*[b] χρηϛομαϑῆ, *D. Turrannium. Pater nobis deceſſit a.d.* VIII. *Kalendas Decembr. Hęc habebā* 20 *ferè, quę te ſcire vellem. Tu, velim, ſiqua ornamenta*[c] γυμνασιώδη *reperire poteris, quę loci ſint eius, quem tu non ignoras, ne pretermittas. Nos Tuſculano ita delectamur, vt nobiſmetipſis tum denique, cùm illò uenimus, placeamus. Quid agas omnibus de rebus* 25 *& quid acturus ſis, fac nos quàm diligentiſſimè certiores. Apud matrem rectè eſt: eaque nobis curæ eſt.*

L. Cincio[d] H-S.XXCD. *conſtitui me curaturum idibus Febr. Tu velim, ea,*[e] *quę nobis emiſſe, & paraſſe ſcribis, des operam, vt quamprimum habea-* 30 *mus: velim cogites (id quod mihi pollicitus es) quemadmodum bybliothecam nobis conficere poſſis.*

[a] L. Arpinatib. prædijs.

[b] v. c. chreſtomathe.

[c] v. c gymnaſiode rep.

[d] al. H-S. XXCIↃ.

[e] L. quę nobis.

Omnem

Omnem spem delectationis nostræ, quam cum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus. Vale.

Verba Græca Latinis expreßa.

5

χρηστομαθῆ: vtilia discentem, hoc est, deditum litteris non uulgaribus.
γυμνασιώδη: apta gymnasio.

CICERO ATTICO S. 6

10

APud te est, vt volumus, mater tua, et soror à me, Quinctoque frater diligitur. Cum Acutilio sum locutus. is sibi negat à suo procuratore quidquam scriptum esse: & miratur istam controuersiam fuisse, quòd ille [a] recusarat, satisdari amplius abs te non peti. Quòd te de Tadiano negotio decidiße scribis, id ego Tadio & grauem eße intellexi, & magnopere iucundum. Ille noster amicus, [b] & mehercule vir optimus, & mihi amicissimus, sanè tibi iratus est. Hoc si, quanti tu æstimes, sciam, tum, quid mihi elaborandum sit, scire poßim. L. Cincio HS. CCIↃↃ. CCCC. pro signis Megaricis, vt tu ad me scripseras, curaui. Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc me admodum delectant. Quare velim, & eos, & signa, & cetera, quæ tibi eius loci, & nostri studii, & tuæ elegantię esse videbuntur, quamplurima, quamprimumque mittas, & maximè quæ tibi gymnasii, xystique videbuntur esse. [c] nam in hoc genere sic studio [d] efferimur, vt abs te adiuuandi, ab aliis prope [e] reprehendendi simus. Si Lentuli nauis non erit, quò tibi placebit, imponito.

15

20

25

30

a L. recusarit,
b L. vir mehercule optimus, &c
c L. nam in eo gen.
d v. c. ecferimur,
e v c. reprendendi.

nito. Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me, vt sponsorem, appellat. [a]mihi autem abiurare certius est, quàm dependere. Vale. a v.c. mi autem

CICERO ATTICO S. 7

5 *Nimiùm raro nobis abs te litteræ afferuntur, cùm & multo tu faciliùs reperias, qui Romam proficiscantur, quàm ego, qui Athenas: & certius tibi sit, me esse Romæ, quàm mihi, te Athenis. Itaque*

10 *propter hanc dubitationem meam breuior hæc ipsa epistola est, quòd, cùm incertus essem, vbi esses, nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. Signa Megarica, & Hermas, de quibus ad me scripsisti, vehementer exspecto. Quid-*

15 *quid eiusdem generis habebis, dignum Academia tibi quod videbitur, ne dubitaris mittere, & arcæ nostræ confidito, Genus hoc est uoluptatis meæ, quæ [a]γυμνασιώδη maximè sunt, ea quæro. Lentulus naueis suas pollicetur. Peto abs te, vt hæc cures dili-* a v c. gymnasiod

20 *genter. Chilius te rogat, & ego eius rogatu,* Εὐμολπιδῶν πάτρια. *Vale.*

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐυμολπιδῶν πάτρια. Eumolpidarum ritus patrios.

25 CICERO ATTICO S. 8

Cvm essem in Tusculano (erit hoc tibi pro illo tuo, cùm essem in Ceramico) verùtamẽ cùm ibi essem, Romæ puer à sorore tua missus epistolam mihi abs te allatam dedit, nuntiauitque, eo ipso die post

30 *meridiem [a] missuram eum, qui ad te proficisceretur.* a v. c. iturum eum, qui *eò factum est, vt epistolæ tuæ rescriberem aliquid:*

breuita-

breuitate temporis tam pauca cogerer scribere. Primùm tibi de nostro amico placando, aut etiam planè restituendo polliceor. quod ego, etsi mea sponte antè faciebam, eo nunc tamen & agam studiosiùs, & contendam ab illo vehementiùs, quòd tantam ex 5 *epistola voluntatem eius rei tuam perspicere videor. hoc te intelligere volo, pergrauiter illum esse offensum: sed quia nullam video grauem subesse causam, magnopere confido, illum fore in officio, & in nostra potestate. Signa nostra, & Hermeraclas, ut* 10 *scribis, cùm commodissimè poteris, velim imponas, & siquod aliud οἰκεῖον eius loci, quem non ignoras, reperies: & maximè quæ tibi palæstræ, gymnasiique videbuntur esse. etenim ibi sedens hæc ad te scribebam, vt me locus ipse admoneret. Pretereà typos* 15 *tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, & putealia sigillata duo. Bybliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quamuis acrem amatorem inueneris. nam ego omneis meas vindemiolas eò reseruo, ut illud subsidium senectuti parem. De fratre* 20 *confido ita esse, ut semper volui, & elaboraui. multa signa sunt eius rei: non minimum, [a] quòd soror prægnans est. De comitiis meis, & tibi me [b] permisisse memini: & ego iampridem hoc communib. amicis, qui te exspectant, [c] prędico: & te non modò non* 25 *arcessam, sed prohibebo: quòd intelligam multo magis interesse tua, te agere quod agendum est hoc tempore, quàm mea, te adesse comitiis. proinde eo animo te velim esse, quasi mei negotii causa in ista loca missus esses. me autem eum & offendes erga te, &* 30 *audies. quasi mihi si qua [d] parta erunt, non modò te præsen-*

a v.c. prægnas est.
b fort. permittere
c fort. prædico, te non modò non arcessi à me, sed prohiberi, quòd intell.
d v. c. parata

præſente, ſed per te [a] *parta ſint. Tulliola tibi diem dat: ſponſorem appellat.*

a v.c. parata

ANNOTATIONES.

1 miſſurum eum, qui ad te proficiſc.) legendum ut habet codex Turneſianus, iturum eum, qui ad te, &c.
5 2 quod ſoror prægnans eſt.) libri ueteres habent, prægnas eſt.
3 quod agendum eſt h.t.) idem codex habet, quod agendum eſſe, &c.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

οἰκεῖον: proprium.
10

CICERO ATTICO S. 9

ET mea ſponte faciebat antea, & pòſt, duabus epiſtolis tuis perdiligenter in eandem rationem ſcriptis, magnopere ſum commotus: eò accedebat
15 *hortator aſſiduus, Salluſtius, ut agerem quàm diligentiſſimè cum Lucceio de ueſtra vetere gratia reconcilianda. Sed, cùm omnia feciſſem: non modò eam voluntatem eius, quæ fuerat erga te, recuperare non potui, verùm ne cauſam quidem elicere* [a] *immutatæ*
20 *voluntatis. Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium, & ea, quæ iam tum, cùm aderas, offendere eius animum* [b] *intelligebam: tamen habet quiddam profectò, quod magis in animo eius inſederit: quod neque epiſtola tua, neque noſtra* [c] *legatio tam poteſt*
25 *facile delere, quàm tu præſens, non modò oratione, ſed tuo vultu illo familiari tolles, ſi modò tanti putaris: id quod, ſi me audies, &, ſi humanitati tuæ conſtare voles, certè putabis. Ac, ne illud mirere, cur, cùm ego anteà ſignificarem tibi per litteras, me ſperare, illum in noſtra poteſtate fore, nunc idem videar*
30 *diffidere: incredibile eſt, quanto mihi videatur illius uo luntas*

a v.c. immutatæ

b v.c. intelligebam:

c L. allegatio

a v. c. affirmatior.

luntas obstinatior, & in hac iracundia [a] obfirmatior. Sed hęc aut sanabuntur cùm veneris, aut ei molesta erunt, in vtro culpa erit. Quod in epistola tua scriptum erat, [b] me iam arbitrari designatum esse, scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quàm candidatos omnibus iniquitatibus, nec, quando futura sint comitia, sciri. verùm hæc audies de Philadelpho. Tu velim, quæ Academiæ nostræ parasti, quàm primùm mittas.[1] mirum quàm illius loci non modò vsus, sed etiam cogitatio [c] delectat. Libros verò tuos caue cuiquam tradas. nobis eos, quemadmodum scribis, conserua. summum me eorum studium tenet, sicut odium iam ceterarum rerum: quas tu, incredibile est, quàm breui tempore, quanto deteriores offensurus sis, quàm reliquisti.

b fort. te iã me arbitr.

c al. delectet

Teucris illa, lentum sanè negotium. neque Cornelius ad Terentiam postea rediit. opinor ad Considium, Axium, Selicium confugiendum est. nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummum mouere non possunt. Sed, vt ad prima illa redeam: nihil ego illa impudentius; astutius, lentius vidi. Libertum mitto. Titio mandaui σκήψεις, *atque* ἀναβολαί. *sed nescio, an* [2] ταὐτόματον ἡμῶν. *nam mihi Pompeiani prodromi nuntiãt, apertè Pompeium acturum, Antonio succedi oportere: eodemq. tempore aget prætor ad populum. Res eiusmodi est, vt ego nec per bonorum, nec per popularem existimationem honestè possim hominem defendere, nec mihi [d] libeat, quod vel maximum est. etenim áccidit hoc, quod totũ cuiusmodi sit,[3] mando tibi, vt perspicias. Libertum ego habeo, sanè nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem, & clientẽ tuum.*

d v. c. lubeat,

De

De eo mihi Valerius interpres nuntiat, Chiliusque se audisse scribit hęc: esse hominem cum Antonio: Antonium porrò in cogendis pecuniis dictitare, partem mihi quęri, & à me custodem communis quæstus libertum esse missum: Non sum mediocriter commotus, neq. tamen credidi: sed certè aliquid sermonis fuit. totum inuestiga. cognosce, perspice, & nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. Huius sermonis Valerius auctorem Cn. Plancium nominabat. mando tibi planè, totum vt videas cuiusmodi sit. Pompeium nobis amicissimum constat esse.[a] *Diuortium Muciæ uehementer probatur. P. Clodium, Appii F. te credo audisse cum veste muliebri*[b] *deprehēsum domi C. Cæsaris,*[4] *cùm pro populo fieret, eumque*[5] *per manus seruulę seruatum, et eductum: rem esse insigni infamia: quod te molestè ferre certò scio. Quod præterea ad te scribam, non habeo, & mehercule eram in scribendo conturbatior. Nam puer festiuus, anagnostes noster, Sositheus, decesserat, meque plus, quàm serui mors debere videbatur, commouerat. Tu velim sępe ad nos scribas. si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. Vale Kalendis Ian. M. Messalla, & M. Pisone* COSS.

a al. Deuortium.

b v. c. deprensum.

ANNOTATIONES.

1 mirum quàm, &c.) liber manuscr. Turnesianus, & is, quem mihi commodatò dedit I Huraltus Boetallerius, & quos à Memmio accepi, omnes habent, mirè quàm illius loci non m. v. s e. cog delectat.

2 ταὐτόματον ἡμῶν) ταὐτόματον, ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται. versus Menandri: cuius hęc sententia est, casum plerumque melius consulere, seu consultare, quàm nos ipsos.

3 mando tibi vt persp.) codex Turnes. habet. mandat tibi, &c. ego nihil muto.

4 cum pro populo fieret,) codex Turnes. habet, cùm, sacrifi-

cium pro populo fieret, mendosè quidem, sed tamen lectorem hoc quidquid est, celare nolui.

5 per manus seruulæ.) Libri manuscri. habent, per manus Seprullæ. Vnde amicus quidam meus legendum coniicit, per manus Seruiliæ: quod non improbo. sed quid si dicamus, legendum potiùs, Serpullæ, vt, Serpullam, intelligamus ancillæ nomen alicuius fuisse? 5

CICERO ATTICO S. 10

ACcepi tuas treis iā epistolas: Vnam à. M. Cornelio, quam à tribus ei tabernis, (vt opinor) dedisti; alteram, quam mihi Canusinus, tuus hospes, reddidit: tertiam, quam (vt scribis) [a] anchoris solutis de phaselo dedisti: quę fuerunt omnes rhetorum. purè loquuntur, cum humanitatis sparsæ sale, tum insignes amoris notis. Quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad rescribendum: sed idcirco sunt tardior, quòd non inuenio fidelem tabellarium. quotus enim quisque est, qui epistolam paullo grauiorem ferre possit, [1] nisi eam [b] per lectionem releuerit? Accedit eo, quòd mihi non est notum, vt quisque in Epirum [c] proficiscatur. Ego enim te arbitror cęsis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum: neq. idipsum tamen certū habeo, quando ad Antonium proficiscare, aut quid in Epiro temporis ponas. ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paullo liberiores litteras committere audeo. Sunt autem post discessum à me tum res dignæ litteris nostris, sed non committendæ eiusmodi periculo, vt aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. Primùm igitur scito, primum me non esse rogatum sententiam, præpositumque esse nobis pacificatorem Allobrogum, idque admurmurante senatu, neq. me inuito esse factum. sum enim & ab obseruando homine peruerso liber, & ad digni-

10 15 20 25 30

a L. anchora soluta.

b L. pellectione releuarit?

c v. c. proficiscitur.

dignitatem in rep. retinendam contra illius voluntatem solutus, et ille secundus in dicendo locus habet auctoritatem pæne principis, & voluntatem non nimis deuinctam beneficio COS. *tertius est Catulus. quartus (si etiam hoc quæris) Hortensius.* COS. *autem ipse paruo animo, et prauo:*[a] *tantum cauillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur: facie magis, quàm facetiis ridiculus:*[b] *nihil agens in rep. seiunctus ab optimatibus: à quo nihil speres boni reip. quia non uult: nihil metuas mali, quia non audet. Eius autem collega & in me perhonorificus, & partium studiosus, ac defensor bonarum. quinimò leuiter inter se dissident. sed uereor, ne hoc, quod infectum est, serpat longius. Credo enim te audisse, cum apud Cæsarem pro populo fieret, uenisse eo muliebri uestitu virum: idq; sacrificium cum virgines instaurassent, mentionem à Q. Cornificio in senatu factam (is fuit princeps, ne tu fortè aliquem nostrum putes) postea rem ex S.C. ad virgines,*[c] *atque ad pontifices relatam, idque ab iis ne fas esse decretum: deinde ex S.C. consules rogationem promulgasse: vxori Cæsarem nũtium remisisse. In hac causa Piso, amicitia P. Clodii ductus, operam dat, vt ea rogatio, quam ipse fert, & fert ex S.C. & de religione, antiquetur. Messalla vehementer adhuc*[d] *agit seuerè. boni viri precibus Clodii remouentur à causa. operæ comparantur. nosmetipsi, qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie*[e] *demitigamur. instat, & urget Cato. Quid multa? uereor, ne hæc neglecta à bonis, defensa ab improbis, magnorum reip. malorum*[f] *causa sit. tuus autem ille amicus,*[g] *scin quem dicam? de quo tu ad me scripsisti, posteaquàm non auderet*[h] *reprehendere,*

[a] v.c. tamen
[b] v.c. nihil agens cum rep.
[c] v.c. atque pontifices.
[d] L. agit, & seuerè.
[e] L. mitigamur.
[f] L. causa sint.
[g] L. quem d[illegible]
[h] v. c. [illegible] prendere.

dere, laudare cœpisse: nos (vt ostendit) admodum diligit, amplectitur, amat, apertè laudat, occulte (sed ita vt perspicuum sit) inuidet. nihil come, nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς, 4 honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum. Sed hæc ad te scribam aliàs subtiliùs. nam neque adhuc mihi satis nota sunt, & huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo. Prouincias prætores nondum sortiti sunt. res[a] eodem est loci, quo reliquisti. τοποθεσίαν, quã postulas, Miseni, & Puteolorum includam orationi meæ.[b] ad III. Non. Decembr. mendosè fuisse animaduerteram. Quæ laudas ex orationibus, (mihi crede) valde mihi placebant: sed non audebam anteà dicere. nũc uerò quòd à te probata sunt, multo mi ἀττικώτερα videntur. In illam orationem Metellinam addidi quædam. liber tibi mittetur, quoniam te amor nostri φιλορήτορα reddidit. Noui tibi quidnam scribam? quid? etiã Messalla COS. Autronianam domũ emit. HS. CCCCXXXVII. Quid id ad me, inquies? tãtum, quòd ea emtione & nos bene emisse iudicati sumus: & homines intelligere cœperunt, licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam perueni re. Teucris illa, lentum negotium, sed tamen est in spe. Tu ista confice: à nobis liberiorem epistolam exspecta. Vale. VI. Kalendas Feb.[c] M. Messalla, & M. Pisone COSS.

a al. eod. est loco.

b L. a. ad.

c v. M. Messalla. M. Pis.

ANNOTATIONES.

1 nisi eam pellectione releuarit?) Eo libentius Malæspinæ emendationem approbaui, quòd ita scriptum reperi in cod. Memmianis, neque multo secus in Turnesiano.

2 ad virgines, atque pontifices relatam.) Lectionem vulgatam, quæ talis est, ad virgines, atque pontifices relatam, olim repudiauimus: & illud, virgines, deleuimus: partim codices Memmianos secuti, partim historiæ veritate adducti. Nam virgines

gine de religione non iudicabant, sed pontifices. Nunc, quod vocẽ, virgines, etiam in codice Turnesi. reperimus, eam reposuimus.

3 magnorum reip. malorum causa sint.) Turnes. & nonnulli libri vulg. habent, causa sit.

4 honestum, nihil illustre.) codex Turnes. sic habent, nihil- ἐν τοῖς πολιτικοῖς illustre, nihil honestum, nihil f.

5 *Verba Græca Latinis expreßa.*

ἐν τοῖς πολιτικοῖς, in rebus ciuilibus τοποθεσίαν loci descriptionem. ἀττικώτερα, magis Attica. φιλορήτορα, rhetoricæ studiosum.

CICERO ATTICO S. II

Vereor, ne putidũ sit, scribere ad te, quàm sim occupatus: sed tamen ita distinebar, ut vix huic tã tulæ epistolæ tempus habuerim, [1] *atq. id* [a] *ereptũ è sũmis occupationibus. Prima contio Põpeii qualis fuisset, scripsi ad te antea: nõ iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis nõ grauis: itaq. frigebat: tũ* 15 *Pisonis* COS. *impulsu leuissimus tribunus pl. L.* [b] *Fusius in cõtionẽ produxit Pompeiũ. Res agebatur in Circo Flaminio: & erat in eo ipso loco, ipso die nundinarũ* πανήγυρις. *quæsiuit ex eo, Placeret ne ei iudices à prętore legi, quo cõsilio idem prætor vteretur. Id autẽ erat* 20 *de Clodiana religione ab senatu constitutũ. Tum Pompeius.* μάλ' ἀριστοκρατικῶς *locutus est, senatusque auctoritatem sibi omnibus in rebus maximam uideri, semperque visam esse respondit, & id multis uerbis. Postea Meßalas* COS. *in senatu de Pompeio quæsiuit* 25 *quid de religione, & de promulgata rogatione sentiret. Locutus* [c] *ita est in senatu, ut omnia illius ordinis consulta* γενικῶς *laudaret: mihique, ut assedit, dixit se putare satis ab se etiam de istis rebus esse responsum. Crassus posteaquàm uidit illum excepisse laudem* 30 *ex eo,* [d] *quòd hi suspicaretur homines, ei consulatum meum placere, surrexit, ornatißimeque de meo consulatu*

a L. dereptum ex summ.

b L. fusius

c v. c. ita'st in sen.

d L. quòd suspicarentur hom.

latu locutus eſt: vt ita diceret, ſe quòd eſſe ſenator, quòd ciuis, quòd liber, quòd viueret, mihi acceptum referre: quoties coniugem, quoties domum, quoties patriam videret, toties ſe beneficium meum uidere. Quid multa? totum hunc locum, 2 *quem in Ariſtocratia ego uariè meis orationib. quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere, de flamma, de ferro (noſti illas* ληκύθοις) *valde grauiter pertexuit.* 3 [a] *Proximus Pompeio ſedebam. intellexi, hominem moueri, Vtrùm Craſſum inire eam gratiam, quam ipſe prætermiſiſſet, an eſſe tantas res noſtras, quæ tam libenti ſenatu laudarentur: ab eo præſertim, qui mihi laudem illam eo minùs deberet, quòd meis omnibus litteris in Pompeiana laude perſtrictus eſſet. Hic dies me valde Craſſo adiunxit, & tamen* [b] *ab illo apertè, tectè quidquid eſt datum libenter accepi. Ego autem ipſe, dii boni, quomodo* ἐνεπερπερευσάμην *nouo auditori Pompeio?* 4 [c] *Si umquam mihi* ἐπιχειρήματα *ſuppeditauerunt, illo tempore. Quid multa? clamores. etenim hæc erat* ὑπόθεσις, *de grauitate ordinis, de equeſtri concordia, de conſenſione Italiæ, de immortuis reliquiis coniurationis,* [d] *de viltate, de otio. noſti iam in hac materia ſonitus noſtros tanti fuerunt, vt ego eo breuior ſim, quòd eos* [e] *vſque hinc exauditos putem. Romanæ autē ſe res ſic habent. ſenatus,* ἄρειος πάγος: *nihil conſtantius, nihil ſeuerius, nihil fortius. Nam, cùm dies ueniſſet rogationi ex S. C. ferendæ, concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinę, duce filiola Curionis: & populum, vt antiquaret, rogabant. Piſo autem conſul, lator rogationis, idem erat diſſuaſor. operæ Clodianæ ponteis occuparant, tabellæ miniſtrabantur,*

a L. Proximè Pompeium ſedebā.

b L. ab illo tecto apertè quidque.

c L. ſi umquam mihi περίοδοι, ἢ καρποὶ, ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκευαὶ ſuppedet.

d al. utilitate.

e L. uſque iſtim exau.

bantur, ita ut nulla daretur, VTI ROGAS. *Hic tibi Rostra Cato aduolat.* 5 *conuicium Pisoni consuli mirificum facit: si id est conuicium, vox plena grauitatis, plena auctoritatis, plena deniq. salutis. Acceaut eodem etiam noster Hortensius, multi prgterea boni. insignis uerò opera Fauonii fuit. Hoc concursu*[a] *optimatum comitia dimittuntur: senatus vocatur. cùm decerneretur frequenti senatu, contrà pugnante Pisone, ad pedes omnium singillatim accidente Clodio, vt consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam, homines ad XV. Curioni, nullum S.C. facientu*[b]*, assenserunt. Facilè ex altera parte CCCC.*[c] *affuerunt. acta res est. Fusius tertiùm concedit. Clodius contiones miseras habebat: in quibus Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messallam consulem cõtumeliosè lędebat:* 6 *me tantùm comperisse omnia criminabatur. Senatus & de prouinciis prætorum, & de legationibus, & de cæteris rebus decernebat, vt, antequàm rogatio lata esset, nequid ageretur. Habes res Romanas: sed tamen etiam illud,* [d] *quòd ego non speraram, audi. Messalla, consul est egregius, fortis, constans, diligens nostri laudator, amator, imitator. Ille alter, vno vitio minùs vitiosus, quòd iners, quòd somni plenus, quòd imperitus, quòd* ἀπρακτότατος, *sed voluntate ita* καχέκτης, *vt Pompeium post illam contionem, in qua ab eo senatus laudatus est, odisse cęperit. itaq. mirum in modum omneis à se bonos alienauit: neque id magis amicitia Clodii adductus fecit, quàm studio perditarum rerum, atq. partium.* 7 *sed habet sui similem in magistratib. præter*[e] *Fusium neminem. Bonis vtimur tribunis pl. Cornuto verò*

a L. optimatium.

b v.c. adsenserunt.

c L. fuerãt.

d v. c. quod non sp.

e L. Furium.

Pseudocatone. Quid quæris?[a] *nunc ad priuata redeã, τεῦκρος promiſſa patrauit. Tu mandata*[b] *effice, quæ recepiſti. Q. frater, qui Argiletani ædificii reliquum dodrantẽ emit. H-S. DCCXXV. Tuſculanũ venditat, vt, ſi poſſit, emat Pacilianã domũ. Cũ Lucceio in gratiã redi.*[c] *videro hominem, valde petitur: renauabo operam. Tu quid agas, vbi ſis, cuiuſmodi iſtæ res ſint, fac me quàm diligentiſſimè certiorem. Idib. Febr. Vale.* 5

a L. Nũc, vt ad priuata redeam, τεῦκρος
b al. confice.
c L. video hominem valde petiturire. nauabo operam.

ANNOTATIONES.

1 atque id dereptum de ſummis, &c.) Sic edendum curaui, reclamantibus quidem libris omnibus: ſed tamen non admodum aduerſantibus. Nam litteram, d, ſumſi ex priore vocula, id, quod emẽdandi genus ab omnib. conceditũ ac probatur. Deripere autem, detrahere eſt: quod huic loco conuenit, non, eripere. 10

2 quẽ ĩ ariſtocratia.) Hæc abſunt à codice Turneſ ĩ Ariſtocratia.

3 Proxime Pompeium ſedebant:) ſic reſtitui ex Diodemede. Quin ſic habebat & codex Turneſianus: ſed correctoris, ſeu potius corruptoris manus locum inquinauit, & deprauauit. 15

4 Si vmquam περίοδοι, ἢ καρποὶ, ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκευαὶ &c.) ſic habet planè codex Turneſianus.

5 conuicium Piſoni &c.) codex Turneſ. habet, commulcium Piſoni, &c. quod quid valeat, quæro.

6 me tantum comperiſſe omnia criminabatur.) Id eſt, obijciebat mihi illud, quod ego de me prædicaram in meo conſulatu, me comperiſſe, Catilinam cum ſuis conſilium cepiſſe vrbis incendendæ, & ciuium trucidandorum. Hoc enim ſæpe fuiſſe maledicti loco Ciceroni obiectum ſuprà oſtendimus. 20

7 ſed habet ſui ſimilem in magiſtratib. pręter Fuf.) Quidam totũ hunc locũ ſic legi volunt, ſed habet ſui ſimilẽ in magiſtratibus neminẽ, præter Fufium. bonis vtimur tribunis pl. ego nihil muto.

8 valde petiturire.) ſic emendauit Adr. Turnebus. Nã codex Turneſi. hẽt, videro hoĩem valde petiturire. nauabo operã, &c. vulgati verò, videro hoĩem, valde petitur. renauabo operã, &c. Sic autẽ dictũ petiturire, vt eſurire, micturire, parturire, proſcripturire, &c. 25

Verba Gręca Latinis expreſſa.

πανήγυρις, conuentus μάλ᾽ ἀριστοκρατικῶς, ualde pro ſtatu optimatum χενικῶς, generaliter ληκύθους, ampullas ἐνεπροπερευσάμην, oſtentaui me ἐπιχειρήματα, argumenta ὑπόθεσις, materia ἄρειος παγος, Areopagus ἀπρακτότατος, rebus agendus ineptus, ignauiſſimus κακέκτης, maleuolus. 30

CICE-

CICERO ATTICO S. 12

Asiam Quincto, suauissimo fratri, obtigisse audisti. non enim dubito, quin celerius tibi hoc rumor, quàm vllius nostrum litteræ nuntiarint. Nunc,
5 *quoniam & laudis auidissimi semper fuimus, & præter ceteros,* φιλέλληνες *& sumus, & habemur, & multorum odia, atque inimicitias reip. causa suscepimus:* παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο: *curaque, & effice, vt ab omnibus & laudemur, & amemur. His de*
10 *rebus plura ad te in ea epistola scribam, quã ipsi Quincto dabo. Tu me velim certiorem facias, quid de meis mandatis egeris: atq. ẽt, quid de tuo negotio. Nam vt Brundisio profectus es, nullę mihi abs te sunt redditę litteræ.*[1] *Valde aueo scire, quid agas idib. Mar. Vale.*

ANNOTATIONES.

15 1 Valde aueo scire, &c.) cod. Turnes. habet, valde habeo scire, &c. quod ea gratia adnotaui, ut meminerit lector, ueteres illos librarios scripsisse sæpe B. pro V. & contrà. Hinc apud Catullum natum mendum in epigr ad Ipsithill. illud adiuuato. pro quo legendum esse uidit Turneb. noster, illud adiubeto. adiubeto autem, more Græcorum dictum προσκέλευσον idest, præterea iubeto Sexcenta similia cùm alibi, tum in commentarijs Lucretia-
20 nis notauimus.

Verba Græca Latinis expressa.

φιλέλληνες, Græcorum amatores παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο, omnis virtutis reminiscere.

CICERO ATTICO. S. 13

Quæris ex me, quid acciderit de iudicio, quod
25 *tam præter opinionem omnium factum sit, et simul vis scire, quomodo ego minus, quàm soleam, præliatũs sim. Respondebo tibi* ὕστερον πρότερον, ὁμηρικῶς. *Ego enim, quandiu senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter, & vehementer prę liatus*
30 *sum, vt clamor, concursusq. maximo cũ mea laude fierent. quòd si tibi vmquam sum visus in rep. fortis, certè*

tè me in illa causa admiratus esses. Cùm enim ille ad contiones confugisset, in iisq. meo nomine ad inuidiam uteretur, dii immortales, quas ego pugnas, & quantas strages edidi? Quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci? Quomodo sum insectatus leuitatem senum, libidinem iuuentutis? Sæpe, ita me dii iuuent, te non solùm auctorem consiliorum meorum, verùm etiam spectatorem pugnarum mirificarum desideraui. Postea verò, quàm Hortensius excogitauit, vt legem de religione [a] *Fusius, tribunus pleb. ferret, in qua nihil aliud à consulari rogatione differebat, nisi iudicum genus (in eo autem erant omnia, pugnauitq;, vt ita fieret, quod & sibi, & aliis persuaserat, nullis illum iudicibus effugere posse: contraxi vela, perspiciens inopiam iudicum: neq. dixi quidquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum, atq. testatum, vt non possem præterire. Itaque, si causam quæris absolutionis, vt iam* πρὸς τὸ πρότερον *reuertar, egestas iudicum fuit, & turpitudo. id autem vt accideret, commissum est Hortensii consilio: qui dum veritus est, ne* [b] *Fusius ei legi intercederet, quæ ex S.C. ferebatur, nõ vidit illud satius esse, illum in infamia relinqui, ac sordibus, quàm infirmo iudicio committi. sed ductus odio, properauit rem deducere in iudicium, cùm illum plumbeo gladio iugulatum iri tamẽ diceret. Sed iudicium si quæris, quale fuerit: incredibili exitu: sic vti nunc ex euentu ab aliis, à me tamen ex ipso initio consilium Hortensii reprehendatur. Nam, vt reiectio facta est clamorib. maximis, cùm accusator, tanquam censor bonus homines nequissimos reiiceret: reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret:*

[a] L. Futius

[b] L. Futius

neret: vt primum iudices consederunt, valde diffidere boni cœperunt. non enim vmquam turpior in ludo talario consessus fuit. maculosi senatores, nudi equites, [a] *tribuni* 1 *non tam ætati, quàm, vt appellantur, ærarii.*
5 *pauci tamen boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat: qui mœsti inter sui dissimileis, & merentes sedebant, & cogitatione turpitudinis vehementer permouebantur. Hic, vt quæque res ad consilium primis* [b] *postulationibus referebantur, incredibilis erat*
10 *seueritas, nulla varietate sententiarum. nihil impetrabat reus, plus accusatori dabatur, quàm postulabat. triumphabat. quid quæris? Hortensius, se vidisse tantùm. Nemo erat, qui illum reum, ac non millies condemnatum arbitraretur. me uerò teste producto, cre-*
15 *do te ex acclamatione Clodii aduocatorũ audisse, quæ consurrectio iudicium facta sit, vt me circunsteterint, vt aperiè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. quę mihi res multo honorificentior visa est, quàm aut illa, cùm iurare tui ciues Xenocratem, testi-*
20 *monium dicẽtem, prohibuerunt. aut cùm tabulas Metelli Numidici, cùm hæ (vt mos est) circumferrentur, nostri iudices adspicere voluerũt. multo hæc, inquam, nostra res maior. Itaq. iudicium vocib. (cùm ego sic ab his, vt salus patriæ defenderer) fractus reus, &*
25 *vnà patroni omnes conciderunt. ad me autem eadẽ frequentia postridie conuenit, qua cum abiens consulatu, sum domum reductus. Clamare preclari Ariopagitæ, se non esse venturos, nisi præsidio constituto refertur ad consilium. una sola sententia præsidium non deside-*
30 *rauit. defertur res ad senatum grauissimè. ornatissimeq. decernitur. laudantur iudices. datur negotium magistratibus,*

a al. tribuni non tam ærari, ut appellantur, quàm ærati, P.

b al. petitionibus ref.

c al. impetrarat.

gistratibus. responsurum hominem nemo arbitrabatur,
ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, Ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε.
Nosti Caluum ex Nanneianis, illum, illum laudatorē meum: de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. biduo per vnum seruum, & eum ex gladiatorio ludo, confecit totum negotium.[a] *accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. Iam verò, ò dii boni, rem perditam? etiam noctes certarum mulierum, atq. adolescētulorum nobilium* [b] *introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Ita summo discessu bonorum, pleno foro seruorum, XX. iudices ita fortes tamen fuerunt, vt, summo proposito periculo, vel perire maluerint, quàm perdere omnia.* [c] *XXX. fuerunt, quos fames magis, quàm fama commouerit. Quorum Catulus cùm vidisset quemdam, Quid vos, inquit, præsidium* [d] *vobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, timebatis? Habes, vt breuissimè potui, genus iudicii, & causam absolutionis. Quæris deinceps,* [e] *quis nunc sic status reip. & qui meus. Reip. statum illum, quem tu meo consilio, ego diuino confirmatum, putabam, qui bonorum omnium coniunctione, & auctoritate consulatus mei fixus, & fundatus videbatur, nisi quis nos deus respexerit, elapsum scito esse de manibus vno hoc iudicio: si iudicium est triginta homines populi R. leuissimos, ac nequissimos, nummulis acceptis, ius ac fas omne delere, &, quod omnes non modò homines, verùm etiam pecudes factum esse* [f] *sciebant, id,* [g] *Talnam, & Plautum, & Spongiam, & ceteras huiusmodi quisquilias, statuere, numquam esse factum. Sed tamen, vt te de rep. consoler, non ita, vt sperarunt mali, tanto imposito reip. vulnere, alacris exsultat*

[a] L. arcessiuit ad se.
[b] al. productiones.
[c] L. XXXI. fuer.
[d] L. à nobis & ita v.c.
[e] u.c. qui.
[f] L. sciant,
[g] al. Caluū.

fultat improbitas in victoria. Nam planè ita putauerunt: cum religio, cùm pudicitia, cùm iudiciorum fides, cùm senatus auctoritas concidißet, fore, vt apertè victrix nequitia, ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbißimo cuiq. inusserat seueritas consulatus mei. Idem ego ille (non enim mihi videor insolenter gloriari, cùm de me apud te loquar, in ea presertim epistola, quam nolo aliis legi) idem, inquam, ego recreaui afflictos animos bonorum, vnumquenque[a] *confirmans, & excitans. insectandis verò, exagitandisque nummariis iudicibus, omnem omnibus studiosis, ac fauoribus illius victoriæ* παῤῥησίαν *eripui. Pisonem consulem nulla in re consistere vmquam sum paßus. desponsam homini iam Syriam ademi: senatum ad pristinam suam seueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui: Clodium præsentem fregi in senatu cùm oratione perpetua, plenißima grauitatis, tum altercatione huiusmodi, ex qua licet pauca degustes. nam cetera non poßunt habere eandem neque vim, neque venustatem, remoto illo studio contentionis, quem* ἀγῶνα *vos appellatis. Nam, vt idibus Maiis in senatum conuenimus, rogatus ego sententiã, multa dixi*[b] *de summa rep. atque ille locus inductus à me est diuinitus, Ne, una plaga accepta, P.C. conciderent, ne deficcerent: vulnus eße eiusmodi, quod mihi neq. dißimulandum, neque pertimescendum videretur, ne aut ignorando stultißimi, aut metuendo ignauißimi iudicaremur. Bis absolutum eße Lentulum, bis Catilinam: hunc tertiũ iam eße à iudicibus in remp. immißum. Erras Clodi, non te iudices vrbi, sed carceri reseruarunt: neque retinere in ciuitate, sed*[c] *exsilio priuare*

[a] v. c confirmans, excitans.

[b] L. de summa rep.

[c] al. exulio.

priuare voluerunt. Quamobrem. P.C. erigite animos, retinete uestram dignitatem. manet illa in rep. bonorũ consensio: dolor accessit bonis viris, uirtus non est imminuta. nihil est damni factum noui: sed, quod erat, inuentum est in vnius hominis perditi iudicio: plures similes reperti sunt. Sed quid ago? pæne orationem in epistolam inclusi, Redeo ad altercationem. Surgit pulchellus puer. obiicit mihi, me ad Baias fuisse. [a] *Falsum: sed tamen* [b] *quid huic simile est, inquam? quasi in operto dices fuisse. Quid, inquit, homini Arpinati cum aquis calidis? Narra, inquam, patrono tuo, qui Arpinateis aquas concupiuit. nosti enim Marinas. Quousque, inquit, hunc regem feremus? Regem appellas, inquam, cùm Rex tui mentionem nullam fecerit? Ille autem Regis hereditatẽ spe deuorarat. Domum, inquit, emisti* [c]. *Putas, inquam, dicere, iudices emisti? Iuranti, inquit, tibi non crediderũt. Mihi verò, inquã, XX. iudices crediderunt.* [d] *XXX. quoniam nũmos antè acceperunt, tibi nihil crediderunt. Magnis clamorib. afflictus conticuit, & concidit; Noster autem status est hic. apud bonos iidem sumus, quos reliquisti: apud sordem vrbis, & fæcem, multò* [e] *melius quam reliquisti. nam & illud nobis non obest, videri nostrum testimonium non ualuisse. missus est sanguis inuidiæ sine dolore. atq. etiam hoc magis, quòd omnes illi fautores illius studii, rem manifestam illam redemtam esse à iudicib. confitentur. Accedit illud, quòd illa contionalis hirudo ærarii, misera, &* [g] *ieiuna plebecula, me ab hoc Magno vnicè diligi putat: et Hercule multa, et iucunda consuetudine coniuncti inter nos sumus vsq. eò, vt* [f] *nostri isti* [h] *commessatores cõiurationis, barbatuli*

a fort. Factum:
b L. quid hoc simile est.
c v. c. Putes,
d L. XXXI.
e L. melius nunc, quàm reb.
f fort. nãq. illud.
g al. ac.
h comissatores coniu.

batuli iuuenes, illum in ſermonib. Cn. Ciceronem appellent. Itaque et laudis, et gladiatorib. mirandas ἐπισημασίας ſine vlla paſtoritia fiſtula auferebamus.

Nunc eſt expectatio comitiorum, in quæ omnib. inuitis trudit noſter Magnus[a] *Auli F. atq. in eo neq. auctoritate neque gratia pugnat. ſed quib. Philippus omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modò aſellus, onuſtus auro, poſſet adſcendere. Conſul autem ille deterioris hiſtrionis ſimilis, ſuſcepiſſe negotium dicitur, et domi diuiſores habere: quod ego non credo. ſed S.C. duo iam facta ſunt odioſa, quòd in cõſulem facta putãtur, Catone et Domitio poſtulante. vnum, vt apud magiſtratus inquiri liceret: alterũ,* [b] *cuiuſmodi, diuiſores haberẽt, aduerſus remp. Lurco autem, tribunus pl. qui magiſtratum ſimul cum lege Aelia iniit, ſolutus eſt et Aelia, et Fufia, vt legem de ambitu ferret, quã ille bono auſpicio claudus homo promulgauit. Ita comitia*[c] *in ante I I. Kalẽdas Sex. dilata sũt Noui eſt in lege hoc, Vt, qui nummos in tribu pronuntiarit, ſi non dederit: impune ſit. ſin dederit, vt, quoad uiuat, ſingulis tribubus HS. CIƆCIƆCIƆ. debeat. Dixi, hanc legem P. Clodium iam*[d] *antea ſeruaſſe: pronuntiare enim ſolitũ eſſe, & non dare. Sed heus tu: vidèsne, conſulatum illum noſtrũ, quẽ Curio antea ἀποθέωσιν vocabat,* [5] *ſi hic factus erit, fabam mimum futurum? Quare, vt opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis,* [6] *& iſtos conſulatus,*[e] *non ἐλαφητέον? Quod ad me ſcribis, te in Aſiam ſtatuiſſe non ire: equidem mallem vt ires: ac uereor, ne quid in iſta re minus commodè fiat: ſed tamen non poſſum reprehendere conſiliũ tuum, præſertim cum egomet in prouinciam non ſim profectus. Epigrammatis*

a L. Auli filium: al. Afr.

b L. cuius domi diuiſores habitarent, eum aduerſus rẽp. facere videri. Lurco.

c L. in ante diem VI. Kalendas Sext.

d L. ante.

e L. non floccifacteon. al. non flocci.

tuis,

tuis, quæ in Amalthèo posuisti, contenti erimus, præsertim cùm & Chilius nos reliquerit, & Archias nihil de me scripserit: ac vereor, ne Lucullus, quoniã Græcum poëma condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam spectet. Antonio, tuo nomine gratias egi eamque 5 *epistolam Manlio dedi. Ad te ideò antea rarius scripsi, quòd non habebam idoneum, cui darem, nec satis sciebam, quid darem.* [a]*Te ualde vindicaui. Cincius, si quid ad me tui negotii detulerit, suscipiam. sed nunc magis in suo est occupatus: in quo ego ei non desum.* 10 *Tu, si vno in loco es futurus, crebras à nobis litteras expecta, est plureis etiam ipse mittito. Velim ad me scribas, cuiusmodi sit ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ: & quæ poemata, quasque historias de ἀμαλθείᾳ habes ad me mittas. Iubet mihi facere in* 15 *Arpinati. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. nihil erat absoluti. Vale.*

a L. Valde te uendicaui.

ANNOTATIONES.

1 non tam ærari, quàm, ut appellantur, ærarij.) Quamobrem omnium ueterum codicum, & Italiorum, & Memmianorum, & Turnesiani & Huraltini, qui omnes sic habent, consensum repu- 20 diarem, nulla causa uisa est. Atque huius lectionis ratio explicatur eruditè à Malaspina, & item à Turnebo, collega meo, uiro doctiss. quamquam paullo aliter.

2 Aut metuendo ignauissimi.) Hoc membrum, quod aberat ab omnibus alijs libris manuscr. neque Malaspina in suis reperit: ego in Memmianis repertum hac editione repræsentandum curaui.

3 Falsum.) legendum fortasse est, Factum. Paullo post libri 25 ueteres omnes habent, quid hoc simile est, &c. non, ut uulg. quid huic sim.

4 nostri illi commissatores, &c.) sic legendum, non, ut uulgò, commessatores, neque ut habent nonnulli manuscr. commissatores, miror que, ita me deus amet, P. Victorium, multis in reb. satis oculatũ, in hac itẽ, ut in alijs non paucis, τυφλώττειν neque uidere nasci à uerbo Græco κωμάζω, & scribi apud Var- 30 ronem unico m.

5 si hic factus erit, fabam mimum futurum.) f. etus auctorita-

te codicum Memmianorum, sic olim edendum curaui, deleta voce, fabulam, ut habent nonnulli libri ueteres, seu, fabam, ut uulgati, si hic factus erit, mimum futurum. Quamuis autem mimus, fabula sit, multo tamen honestius est fabulæ nomen, quàm mimi. Nam mimus, turpium & obscænarum rerum imitationes recipit, non recipit fabula. Itaque significat hoc loco Cicero, si Afranius consul factus sit, consulatum suum turpem ac deformem futurum. Sic igitur olim. sed nunc mouit me codicis Turnesiani auctoritas, qui planè habet, fabam mimum futurum. Itaque hanc scripturam teneo, ut fabam, mimi alicuius nomen fuisse intelligamus Cùm hæc iam scripsissem, fortè cum Passeratio, qui me inuiserat, ut solet, de hoc loco communicaui. is dixit se considerare uelle: & ita à me discessit. Paucis pòst diebus, suam coniecturam ad me attulit: quæ talis est. Afranij mimum futurum: vt sit hæc sententia, uides ne, si hic factus erit consul, nostrum consulatum, Afranij, seu Afranianum mimum futurum? id est, deformem, ridiculum, & iocularem? Fuit autem Afranius, poeta comicus. Ita M. Tullius alludit ad A. Afranium, qui consulatum petit, suffragante Pompeio. Ratio autem huius coniecturæ, quam ille affert, hæc est. scriptum fuit à Cicerone hoc modo: uides ne, consulatum illum nostrum, quem &c. Afran. mimum futurum, seu potiùs, ut res magis liqueat litteris principalibus, & maiorib. AFRAN. MIMVM FVTVRVM. à scriptore librario aliquo, hinc factum esse, FARAN. MIN FVT. hinc, FABAM MIN. FVT. Ita hunc locum deprauatum esse. Omnino hanc coniecturam ratio adiuuat, neque eius sententia quidquam fere abest, aut distat à nostra explicatione.

6 & istos consulatus non flocci facteon) sic nunc edendum curaui, codicis Turnesiani auctoritatem secutus, cùm præsertim sic quoque scriptum esse in suo testetur P. Victorius. Credibile autem est Ciceronem propter uerbum, φιλοσοφητέον, finxisse uerbum Latinum, floccifacteon ad similitudinem Græci sermonis, per quandam παρονομασίαν. Neque uerò mihi iam placet scriptura illa, quam olim secutus sum, & istos consulatus non flocci, ἐατέον quo modo legẽdum censet Adr. Turnebus, collega meus, homo singulari doctrina: cui ego olim assentiens ita scripsi. Non libet autem mihi nec aliorum coniecturas refellere, nec hãc commendare & confirmare. Nam illæ quidem cum hac lectione comparatæ, satis refelluntur: hæc autem sua sponte ita probabilis, atque adeò uera est, ut se ipsa confirmet. Nam primùm nulla uis, aut leuis admodũ infert antiquę scripturę, flocci FACTEON: cùm ex FACTEON, facillimũ sit facere EATEON: quẽad modũ scriptor librarius facilè deprauare potuit, EATEON, & ex eo facere, FACTEON. Deinde sentẽtia est apertissima, & cũ instituto sermone maximè consentanea. Hoc autem sentit Cicero: Quare, opinor, philosophiæ nos operam dare oportet, seu nobis philosophandum est, & consulatus istos, qui ne flocci quidem

ſunt,omittere, & aſpernari debemus. Hæc igitur olim ſcripſi.quæ nunc mihi non probantur.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

ὕστερον πρότερον, ὁμηρικῶς, poſterius prius, Homericè:.
πρὸς τὸ πρότερον, ad prius.
ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε, ſe- 5
quámini nunc me muſę, vt ſanè primùm ignis, cęcidit.
παῤῥησίαν, loquendi libertatem.
ἀγῶνα, certamen.
ἐπισημασίας, ſignificationes.
ἀποθέωσιν, conſecrationem.
φιλοσοφητέον, philoſophandum. 10
τοποθεσία, loci deſcriptione.

CICERO ATTICO. S. 14

MAgna mihi varietas voluntatis, & diſsimilitudo opinionis, [a] *& iudicii Q.fratris mei demonſtrata eſt ex litteris tuis, in quibus ad me epiſto-* 15 *larum illius exempla miſiſti. Qua ex re & moleſtia ſum tāta affectus, quantam mihi meus amor ſummus erga vtrumque veſtrûm afferre debuit: & admiratione, quidnam accidiſſet, quod afferret Q.fratri meo aut offenſionem tam grauem, aut commutationem tan-* 20 *tam voluntatis. Atque illud à me iam antè intelligebatur, quod te quoque ipſum diſcedentem à nobis ſuſpicari videbam, ſubeſſe neſcio quid opinionis incommodæ ſauciumque eius animum, & inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones. quib. ego mederi cùm cuperem &* 25 *antea ſæpe, & vehementiùs etiam poſt ſortitionem prouinciæ: nec tantùm intelligebam ei eſſe offenſionis, quantum litteræ tuæ declarant: nec tantum proficiebam, quantum volebam. ſed tamen hoc me ipſe conſolabar, quòd nō dubitabam, quin te ille aut Dyrrachii,* 30 *aut in iſtis locis uſpiam viſurus eſſet: quòd cùm acci-* *diſſet,*

[a] L. ac iudici

dißet, confidebam, ac mihi persuaseram, fore, vt omnia placarentur inter vos, non modò sermone, ac disputatione, sed adspectu ipso, congressuq. vestro. nam quāta sit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quàm
5 *mollis animus & ad accipiendam, & ad deponendā offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Sed accidit perincommodè, quòd eum nusquam vidisti. Valuit enim plus, quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum, quàm aut officium, aut necessi-*
10 *tudo, aut amor vester ille pristinus: qui plurimùm valere debuit. Atq. huius incommodi culpa vbi resideat, facilius poßum existimare, quàm scribere. vereor enim ne[a] dum defendam meos, non parcam tuis. Nā sic intelligo, vt nihil à domesticis vulneris factū sit,*
15 *illud quidem, quod erat, eos certè sanare potuiße. Sed huiusce rei totius vitium, quòd aliquanto etiam latiùs patet, quàm videtur, præsenti tibi commodius exponam. De his litteris, quas ad te[b] Theßalonicam mi sit, & de sermonibus, quos ab illo & Romæ apud ami*
20 *cos tuos, & in itinere habitos putas, [c] & quid tantùm causæ sit, ignoro. sed omnis in tua posita est humanitate mihi spes huius leuandæ molestiæ. Nam, si ita statueris, & irritabileis animos eße [1] optimorum sæpe hominum, & eosdem placabileis, & esse hanc agilitatem, (vt ita dicam) mollitiemq. naturæ plerumq.*
25 *bonitati: & , id quod caput est, nobis inter nos nostra, siue incommoda, siue vitia, siue iniurias eße tolerandas: facilè hæc, quemadmodum spero, mitigabuntur. Quod ego, vt facias, te[d] rogo. nam ad me, qui te vnicè*
30 *diligo, maximè, pertinet, neminem eße meorum, qui aut te non amet, aut abs te non ametur. Illa pars epi-*

a al. dum defendo m.

b L. Thessalonica misi

c al. ecquid tant.

d L. oro.

stolæ tuæ minimè fuit necessaria, in qua exponis, quas facultates aut prouincialium, aut vrbanorum commodorum & aliis temporibus, & me ipso consule prætermiseris. mihi enim, perspecta est & integritas, & magnitudo animi tui: neq. ego inter me, atq. te quidquam interesse vmquam duxi, præter voluntatem institutæ vitę: quòd me ambitio quædam ad honorum studium, te autem alia minimè reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Vera quidem laude probitatis, diligentiæ, religionis, neq. me tibi, neque quemquam antepono. amoris verò erga me cùm à fraterno amore, domesticoque discessi, tibi primas defero. Vidi enim, vidi, penitusque perspexi in meis variis temporibus, & sollicitudines, & lętitias tuas. Fuit mihi sæpe & laudis nostrę gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Quin mihi nunc, te absente, nō solùm consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maximè[a] deest. Quid dicam in publica re? quo in genere mihi negligenti esse non licet: an in forensi labore, quem antea propter ambitionem sustinebam, nunc vt dignitatem tueri gratia possim? an in ipsis domesticis negotiis, in quibus ego cùm antea, tum verò post discessum fratris, te, sermonesque nostros desidero? Postremò non labor meus, non requies: non negotium, non otium: non forenses res, non domesticæ: non publicæ, non priuatæ, carere diutius tuo suauissimo, atque amantissimo consilio, ac sermone possunt. Atque harum rerum commemorationem verecundia sæpe impediuit vtriusque nostrùm. nūc autem ea fuit necessaria propter eam partem epistolæ tuæ, per quam te, ac mores tuos mihi purga-

a v.c. deest.

purgatos, ac probatos esse voluisti. Atque in ista incommoditate alienati illius animi, & offensi, illud inest tamen commodi, quòd & mihi, & ceteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua voluntas omittendæ prouinciæ: ut, quòd unà non estis, nõ dissensione, [a] ac dissidio vestro, sed voluntate, ac iudicio tuo factum esse videatur. Quare & illa, quæ violata, expiabuntur, & hæc nostra, quę sunt sanctissimè conseruata, suam religionem obtinebunt. Nos hic in rep. infirma, misera, commutabilique versamur. [b] credo enim te audisse, nostros equites pæne à senatu esse disiunctos: qui primum illud valde grauiter tulerunt, promulgatum ex S.C. fuisse, Vt de iis, qui ob iudicandum, [c] pecuniam accepissent, quæreretur. Qua in re decernenda, cùm ego casu non affuissem, sensissemque, id equestrem ordinem ferre molestè, neque apertè dicere, obiurgaui senatum, vt mihi visus sum, summa cum auctoritate, & in causa non verecunda, admodũ grauis, & copiosus fui. Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ, quas ego non solùm tuli, sed etiam ornaui. [d] Asiani, qui de censoribus conduxerunt, questi sunt in senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: vt induceretur locatio, postulauerunt. Ego princeps in adiutoribus, atque adeò secũdus. nam, vt illi auderent hoc postulare, Crassus eos impulit. Inuidiosa res, turpis postulatio, & confessio temeritatis. summum erat periculum, ne, si nihil impetrassent, planè alienarentur à senatu. Huic quoque rei subuentũ est maximè à nobis, perfectumque, vt frequentissimo senatu, & libentissimo vterentur, multaque à me de ordinum dignitate, & concordia dicta sunt Kalendas Decembr. et postridie:

a L. ac discidio.

b al. credo enim & te aud.

c vox, pecuniam, abest à q. vest. c.

d al. Asiatici,

a v. c. econfecta'st:

stridie: neque adhuc res[a] confecta est: sed voluntas senatus perspecta. vnus enim contrà dixerat Metellus,

b v. c. qui erat nō pl.

COS. *design.* [b] *Diu erat dicturus (ad quē propter diei breuitatem peruentum non est) heros ille noster, Cato. Sic ego conseruans rationem, institutionemque nostram: tueor, vt possum, illam à me conglutinatam cō cordiam. Sed tamen, quoniam ista sunt infirma, munitur quædam nobis ad retinendas opes nostras tuta; ut spero, via: quam tibi litteris satis explicare non possū: significatione parua ostendam tamen. Vtor Pompeio familiarissimè. Video, quid dicas. cauebo, quæ sunt cauenda: ac scribam alias ad te de meis consiliis capessēdæ reip. plura. Luceium scito cōsulatum habere in animo statim petere. duo enim soli dicuntur petituri. Cæsar cum eo coire per Arium cogitat: & Bibulus cum hoc se putat per C. Pisonem posse coniungi. Rides? Nō sunt hæc ridicula, mihi crede. Quid aliud scribam ad te? quid? multa sunt: sed in aliud tempus. Te, si expectari velis,* [c] *cures, vt sciam. Iam illud modestè rogo, quod maximè cupio, vt quamprimùm venias. Nonis Decembr. Vale.*

c al. cura,

ANNOTATIONES.

1 optimorum sæpe hominum.) sic habent omnes libri manuscripti. Et tamen quidam legi uolunt, optimorum sæpe uirorum: quod usitatius est. nam bonus homo, optimus homo, minùs usitata sunt, quàm, bonus uir, optimus uir, præsertim Ciceroni.

2 perspecta est & integritas.) Quidam libri manuscr. habent, & ingenuitas. in his Turnesianus. cuius auctoritatem plurimi facio.

3 qui ob iudicandum, pecuniam accepissent) Malaspina testatur in nullo suorum librorum manuscr. pecuniam, inueniri: neque ego in Memmianis, neque in Huraltino, neque in Turnesiano reperi. Meo quidem iudicio subintelligi potest, si absit.

CICERO ATTICO S. 15

a v. c. desse.

NIhil mihi nunc scito tam [a] *deesse, quàm hominē eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt,*

ciũt, vnà cõicem: qui me amet, qui sapiat, qui cum ego colloquar, nihil fingã, nihil dissimulem, nihil obtegam. abest enim frater ἀφελέστατος,[a] *&* [1] *amãtissimus Metellus, non homo, sed litus, atque aer, & solitudo me-*
5 *ra. Tu autem, qui sæpissimè curam, et angorem animi mei, sermone, & consilio leuasti tuo, qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum, et consiliorum particeps esse soles, vbi nam es?*[b] *Ita sum destitutus, ut tantùm*
10 *requietis habeam, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur. Nam illæ ambitiosæ nõstræ, fucosæque amicitiæ, sunt in quodam splendore forensi: fructum domesticum non habent. Itaque cùm bene completa domus est, tempore matutino:*[2] *cùm ad*
15 *forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, qui cum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possimus. Quare te expectamus, te desideramus, te iam etiam arcessimus. Multa sunt enim, quę me sollicitãt, anguntque:*
20 *quæ mihi videor aureis nactus tuas, vnius ambulationis sermone exhaurire posse. Ac domesticarum quidẽ sollicitudinum aculeos omneis, & scrupulos occultabo: neque ego huic epistolæ, atque ignoto tabellario committam. atque hi (nolo enim te permoueri) non*
25 *sunt permolesti: sed tamen insident, &*[c] *vrgent, & nullius amantis consilio, aut sermone requiescunt. In rep. verò, quanquam animus est præsens, tamen voluntas etiam, atque etiam ipsa me deficit. Nam, vt ea breuiter, quæ post tuum discessum acta sunt, colligam, iam*
30 *exclames necesse est, res Romanas diutius stare non posse. Etenim post profectionem tuam primus (vt opinor)*

[a] L. & amãtissimus mei, non homo,

[b] L. Ita sum ab omnib. destit.

[c] L. vrguẽt.

nor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ: in qua ego noctus (vt mihi videbar) locum[a] resecandæ libidinis, & coercendæ iuuentutis, vehemens fui, et omneis profudi vireis animi, atque ingenii mei: non odio adductus alicuius, [3] [b] sed spe nō corrigēdæ, sed sanandę ciuitatis. afflicta resp. est emto, constupratoque iudicio. Vide, quæ sint postea consecuta. Consul est impositus is nobis, quem nemo præter nos philosophos, adspicere [4] sine suspirio posset. Quantum hoc vulnus? facto S.C. de ambitu, de iudiciis, nulla lex perlata: exagitatus senatus, alienati equites R. Sic ille annus duo firmamenta reip. per me vnum constituta, euertit. nā & senatus auctoritatem abiecit, & ordinum concordiam disiunxit. Instat hic nunc ille annus egregius. eius initium eiusmodi fuit, vt anniuersaria sacra [c] iuuentutis non committerentur. Nam M. Luculli vxorē Memmius suis sacris initiauit. Menelaus ęgrè id passus diuortium fecit. Quamquam ille pastor Idæus Menelaum solum[d] contempserit: hic noster Paris tam Menelaum, quàm Agamemnonem, liberum non putauit. Est autem C. Herennius quidam, tribunus pleb. quem tu fortasse ne nosti quidem. tametsi potes nosse. tribulis enim tuus est: & Sextus, pater eius, nummos vobis diuidere solebat. Is ad plebem Publium Clodiū traducit: idemque fert, vt vniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat. Hunc ego accepi in senatu, vt soleo: sed nihil est illo homine lętius. Metellus est consul egregius, & nos amat: sed imminuit auctoritatem suam, [5] [e] quod habet, vt dicit, causam promulgatam. Illud idem de Clodio. Auli autē filius, ò dii immortales, quàm ignauus, ac sine animo miles

a V. C. resicandæ.

b L. sed spe & animo corrigendæ, & sanandæ.

c L. Iuuentatis.

d L. contēferat:

e L. quod habet dicis causa promulgatum illud idem de Cl.

5 10 15 20 25 30

miles quã dignus, qui Palicano, ſicut facit, os ad malè audiendum quotidie præbeat? Agraria autem promulgata eſt à Flauio ſanè leuis: eadem ferè, quæ fuit Plotia. Sed interea πολιτικὸς ἀνὴρ, οὐδ' ὄναρ, *quiſquam*

5 *inueniri poteſt. qui poterat, familiaris noſter, (ſic eſt enim:*[a] *volo te hoc ſcire) Pompeius, togulam illam pictam ſilentio tuetur ſuam. Craſſus uerbum nullum cõtra gratiam. ceteros iam noſti: qui ita ſunt ſtulti, vt, amiſſa rep. piſcinas ſuas fore ſaluas ſperare videan-*

10 *tur. Vnus eſt, qui curet, conſtantia magis, & integritate, quàm (vt mihi videatur) conſilio, aut ingenio, Cato: qui miſeros publicanos, quos habuit amantiſſimos ſui, tertium iam menſem vexat, neque iis à ſenatu reſponſum dari patitur. Ita nos cogimur reliquis de re-*

15 *bus nihil decernere antè, quàm publicanis reſponſum ſit. Quare etiam legationes reiectum iri puto. Nunc vides quibus fluctibus iactemur. etſi ex iis, quæ ſcripſimus,*[b] *tamen etiam à me non ſcripta perſpicis. Reuiſe nos aliquando: &, quamquam ſunt hæc fugienda:*

20 *quò te voco, tamen fac vt amorem noſtrum tanti æſtimes, vt eò, vel cum his moleſtiis*[c] *peruenire velis. Nam, ne abſens cenſeare, curabo edicendum, & proponendum locis omnibus. ſub luſtrum autem cenſeri, germani negociatoris eſt. Quare cura, vt te quampri-*

25 *mùm videamus. Vale. XI. Kalendis Febr. Q. Metello, L. Afranio* COSS.

a v. c. nolo hoc ſcire te.)

b v. c. tanta.

c L. venire.

ANNOTATIONES.

1 amantiſſimus mei, non homo, ſed litus, atque aer) aſſentior Leon. Maleſpinæ, qui pro voce, Metellus, mei, reponendum cenſet: & hunc locum ſic explicat: Abeſt enim frater moribus ſimpliciſſimis, &, vt ita dicam, candidiſſimis, & ab omni diſſimulationis artificio alieniſſimis, & amantiſſimus mei: & qui non videtur homo, ſed litus, & aer, &c. id eſt, cui ita tutò mea omnia con-

30

ſilia

silia recondita, measq; cogitationes occultas committere & credere possim, ut si in locis solis, & maximè ab arbitris remotis, meas cogitationes expromerem atque explicarem. Non possum hoc loco silentio præterire P. Victorij querelam, qua usus est quodam loco Variarum lectionum, cap. opinor, III. lib XXXVII, ubi significat, se molestè ferre, Malaspinæ coniecturas à nescio quib. nimiùm facilè esse comprobatas, ac receptas. Desinat queri, aut mirari Victorius: & gaudeat probari nonnullas suas: alias non reprehendi. Dormitauit enim aliquando ipse quoque Victorius in suis coniecturis, ut & alij non pauci docti uiri. In scribendo uerò, quod nollem, nimiùm sæpe titubauit. Idem de Turnebo alibi ita scribit, Vtinam autem hic uir, sanè doctus, ac multæ lectionis, non tam cupidus undiq; fuisset omnia emendandi; meliùs nobis, meliùs existimationi suæ consuluisset. At quis mortalium plus temporis, atque operæ posuit in libris emendandis, Petro Victorio? quis fuit umquam emendandi cupidior? Quàm turpe est ijs criminibus alterum condemnare; quæ si tibi obijciantur, ea dissoluere aut negare non possis? Vtinam uerò P. Victorius paullo scripsisset politiùs, elegantiùs, rotundiùs, planiùs: præsertim homo, qui totam fere ætatem in uerborum studio contriuit. Nam quis homo humanus patienter legere potest eius in Demetrium, seu Dionysium, commentarios? (ut hos potissimùm sumam) qui primùm longitudine lectorem defatigant: deinde obscuritate excruciant, ita ut alio interpretæ opus sit, qui eos explicet?

2 cùm ad forum stip.) Admonebo lectorem hoc quiddam leue, sed quod memoriæ mandatum, erit fortassis usui ad alia librorum ueterum menda similia tollenda. In libro igitur Turnesiano sic scriptum est, cùm ad eorum stip. e, pro, f qui lapsus erat facilior in maioribus litteris E.F. infrà non longè, sic habet codex Turnesianus: ut edidimus. multa enim sunt, quæ me sollicitant, anguntque: quæ mihi uideor, &c. quod eò adscripsi, quòd P. Victorius sic edidit, multa enim quæ me sollicitant, anguntque, mihi videor &c. quam scripturam quamuis non damnem, tamen huic nostræ non antepono: cùm præsertim in codice Turnesiano reperiatur: q P. Victorii codice lōgè & antiquior & melior est.

3 sed spe & animo corrigendæ & sanandæ ciuitatis) secutus sum codices Memmianos, à quib. nihil discrepat codex Turnesianus. sic enim habet planè. sed spero non corrigendæ, sed sanandæ c. Ex, spero non, igitur, feci, spe & animo: ex, sed, &, ut & alii quidā. Non placet autem hæc lectio à Petro Victorio edita, sed animo corrigendæ & seruandæ ciuitatis.

4 sine suspirio) codex Turnesianus habet, sine suspiritu, aut, ne mentiar, sine si spiritu.

5 Quod habet dicis causa promulgatum &c.) sic legendum est. quid sit autem, dicis, causa, notum est iam uel pueris, Vsurpauit M. Tullius & in oratione pro Murena, & lib. 4. accusationum, & item alibi. Ne quis autem putet, hanc esse coniecturam, sic habet planè codex Turnesianus, nisi quòd habet, causam, pro, causa.

Verba

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀφελέστατος, simplicissimus.
πολιτικὸς ἀνὴρ, οὐδ' ὄναρ, vir ciuilis, ne in somnio quidem.

CICERO ATTICO S. 16

5 *NOn modò, si mihi tantum esset otii, quantum est tibi: verùm etiam, si tam breueis epistolas velim* [a] *mittere (quod tu soles facere) te superarem, & in scripto multo essem crebrior, quàm tu. Sed ad summas, atque incredibileis occupationes meas ac-*
10 *cedit, quòd nullam à me epistolam ad te sino absque argumento, ac sententia* [b] *venire. Et primum tibi (vt æquum est) ciui amanti patriam, quæ sunt in rep. exponam: deinde, quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribemus etiam de nobis ea, quæ scire te non nol-*
15 *le arbitramur. Atque in rep. nunc quidem maximè Gallici belli versatur metus. Nam Ædui, fratres nostri, pugnant.* [1] *Sequani malè pugnarũt: Heluetii sine dubio sunt in armis, excursiones que in prouinciã faciunt. Senatus decreuit, vt consules duas Gallias sor-*
20 *tirentur,* [c] *delectus haberetur, vacationes ne valerent, legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates, darentq. operam, ne hę se cum Heluetiis* [d] *iũgerent. Legati sunt Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, et* τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, *Lentulus,* [e] *Clodię fi-*
25 *lius. Atque hoc loco illud non queo præterire, quòd, cùm de consularibus mea prima sors exisset, vna voce senatus frequẽs retinendũ me in vrbe censuit. Hoc idẽ post me Põpeio accidit, ut nos duo quasi pignora reip. retineri videremur. Quid ego aliorũ ĩ me* ἐπιφωνήματα *expectẽ, cũ hęc domi nascãtur? Vrbanę autẽ res sic*
30 *se habẽt. Agraria lex à Flauio tribuno pl. vehemẽter*

a L. mittere quàm, tu soles, facilè te superarẽ,

b v c. peruenire.

c L. dilectus.

d L. coniũgerent.

e L. Clodiani filius.

agitabatur, auctore Pompeio, quæ nihil populare habebat, præter auctorem. Ex hac ego lege secunda contionis voluntate, omnia illa tollebam, quæ ad priuatorum incommodum pertinebāt: liberabam agrum eum, qui P. Mucio, L. Calpurnio coss. *publicus fuisset:* 5
Syllanorum hominum possessiones confirmabam: Volaterranos, [a] *& Artemitanos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiserat, in sua possessione retinebam. Vnam rationem non reiiciebam, vt ager hac aduentitia pecunia emeretur: quæ ex nouis vectigalibus per* 10
quinquennium [b] *reciperetur. Huic toti rationi agrariæ senatus aduersabatur, suspicans Pompeio nouam quandam potentiam quæri. Pompeius verò ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. Ego autem magna cum agrariorum gratia confirmabam omnium pri-* 15
uatorum poßeßiones. Is enim est noster exercitus, hominum, vt tute scis, locupletium. Populo autem, & Pompeio (nam id quoq. volebam) satisfaciebam emtione. qua constituta diligenter, & sentinā vrbis exhauriri, & Italiæ solitudinem frequentari posse arbi- 20
trabar. Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. Metellus est consul sanè bonus, & nos admodum diligit. ille alter ita nihil est, vt planè [c] *quid erit, nesciat. Hęc sunt in rep. nisi etiam illud ad remp.* [d] *putes pertinere, Herennium quendam tribunum pl. tribu-* 25
lem tuum, sanè hominem nequam, atque egentem, sæpe iam de P. Clodio ad plebem traducēdo agere cœpisse. Huic frequenter interceditur. Hæc sunt (vt opinor) in rep. Ego autem, vt semel Nonarum illarum Decembrium iunctam inuidiæ, ac multorum inimici- 30
tiis eximiam quandam, atque immortalem gloriam con-

[a] L. & Arretinos, q. v. c. & Artemi-nos,

[b] L. reficeretur. al. redigeretur al. exigeretur.

[c] L. quid emerit,

[d] L. putas.

consecutus sum, non destiti eadem animi magnitudine in rep. versari, & illam institutam, ac susceptam dignitatem tueri. Sed postea quàm primùm Clodii absolutione leuitatem, infirmitatemque iudiciorum per-
5 spexi, deinde vidi nostros publicanos facilè à senatu [a] disiungi, quamquam à meipso non diuellerentur: tum autem beatos homines (hos piscinarios dico, amicos tuos) non obscurè nobis inuidere: putaui mihi maiores quasdam opes, & firmiora præsidia esse quærēda.
10 Itaque primùm eum, qui nimiùm diu de rebus nostris tacuerat, Pompeium, adduxi in eam voluntatem, vt in senatu non semel, sed sæpe, multisque verbis suis mihi salutem imperii, atque orbis terrarum adiudicarit: quod non tam interfuit mea (neque enim illæ res
15 aut ita sunt obscurę, vt testimonium: aut ita dubię, vt laudationem desiderent) quàm reip. quòd erant quidam improbi, qui contentionem fore aliquam mihi cũ Pompeio, ex illarum rerum dissensione, arbitrarentur. Cum hoc ego me tanta familiaritate coniunxi, vt vter
20 que nostrùm in sua ratione munitior, & in repub. firmior hac coniunctione esse possit. Odia autem illa libidinosæ, & delicatę iuuentutis, quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt comitate quadam mea, me vnũ vt omnes illi colant. Nihil iam denique à me asperum
25 in quemquam fit: nec tamen quidquam populare, ac dissolutum: sed ita temperata tota ratio est, vt reip. constantiam præstem, priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem [b] maleuolorum, odium in me improborum, adhibeam quandam cautionem, & diligentiam. Atq. ita tamẽ nouis amicitiis impli
30 cati sumus, vt crebrò mihi vafer ille Siculus insusurret

[a] L dijungi.

[b] al. malorum, v.c. maliuolorum.

ret Epicharmus cantilenam illam suam νῦ φε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῆς φρενῶν. Ac nostrę quidē rationis,[a] ac vitæ quasi quandam formam (vt opinor) vides. De tuo autem negotio sæpe ad me scribis. cui mederi nunc non possumus. Est enim illud S. C. summa pedariorum voluntate, nullius nostrûm auctoritate factum. Nam,[b] quòd me non esse adscriptum vides, ex ipso S. C. intelligere potes, aliam rem tuam relatam: hoc autem, DE POPVLIS LIBERIS, sine causa additum: & ita factum est à P. Seruilio filio, qui in postremis sententiam dixit: sed immutari hoc tempore non potest. Itaque conuentus, qui initio celebrabantur, iamdiu fieri desierunt. Tu si tuis blanditiis tamē à Sycioniis nummulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem. Commentarium consulatus mei Græcè compositum misi ad te: in quo si quid erit, quod homini Attico minus Græcum, eruditumque videatur: non dicam, quod tibi (vt opinor) Panormi Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quædam,[c] & σόλοικα dispersisse: apud me si quid erit eiusmodi, me imprudente erit, & inuito. Latinum si perfecero, ad te mittam. Tertium poema exspectato, ne quòd genus à meipso laudis meæ prætermittatur. Hic tu cauè dicas,[4] τίς πατέρ' αἰνήσει. Si est enim apud homines quidquam, quod potius sit, laudetur, nos vituperemur, qui non potiùs alia laudemus. quamquam non ἐγκωμιαστικὰ sunt hæc, sed ἱστορικὰ, quæ scribimus. Q. frater purgat se mihi per litteras, & affirmat nil à se cuiquam de te secus esse dictum. verùm hæc nobis coràm summa cura, & diligentia

a v.c ac uitę quandam form.

b L. quòd me affui sse scribendo uid.

c L. & solœca

gentia sunt agenda. Tu modò nos reuise aliquãdo. Cossinius hic, cui dedi litteras, valde mihi bonus homo, et non leuis, et amans tui visus est, & talis, qualem esse eum tuę mihi litteræ [a] enuntiarant. Vale. Idib. Mart.

[a] L nuntiarant.

ANNOTATIONES.

1 Se quã malè pugn.) cod Turnesian. habet, puer malam pugn.

2 Atque ita tamen nouis amicitijs implicati sumus, &c.) hic locus sic legitur in codice Turnes. atque ita tamen si eis nouis amicitijs &c Victorius sic: atque ita tametsi his nouis amicitijs &c. quarum scripturarum rationem vix dispicio.

3 Nam quod me affuisse scribendo vides.) sic hunc locum restitui, scripturæ ueteris uestigia secutus atq. sine dubio legendum.

4 τίς πατέρ' αἰνήσει, &c.) Huius quidem lectionis rationem erudite explicat Leon. Malaspina: sed si altera illa, τίς ποτέ σ' αἰνήσει, quam docti quidam substituunt, veteris alicuius auctoritate niteretur, longè eam huic anteferrem. Paullo antè autem quidam legunt, adspersisse. vbi vulgò legitur, dispersisse. Ego nihil muto. quòd sic habeat & codex Turnes & Memmiani.

Verba Græca, Latinis expressa.

τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, in lente vnguentum.
ἐπιφωνήματα, acclamatiões. νῆφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν, sobrius sis, & memineris nõ facile credere. hi sunt nerui sapientiæ. σόλοικα, olentia solœcismum. τίς πατέρ' αἰνήσει. quis patrem laudabit? ἐγκωμιαστικὰ, laudatiua. ἱστορικὰ, historica.

CICERO ATTICO S. 17

CUM è Pompeiano me Romam recepissem [a] ad IIII. Id. Maii, Cincius noster eã mihi abs te epistolã reddidit, quam tu idib. Febr. dederas. Et nũc epistolæ litteris his respondebo. Ac primùm, tibi perspectum esse iudicium de te meum, lætor: deinde, te in his rebus, quæ mihi asperiùs à nobis, atque à nostris, & iniucundius actæ videbantur, moderatissimum fuisse, vehementissimè gaudeo: idque neq. amoris mediocris, & ingenii summi, ac sapientiæ iudico. Qua de re cùm ad me ita suauiter, diligenter, officiosè, & humaniter scripseris, vt non modò te hortari amplius

[a] L. a. d. IIII. id. Maias,

amplius non debeam, sed ne exspectare quidem abs te aut ab ullo homine tantum facilitatis, ac mansuetudinis [a] *potuero: nihil duco esse commodius, quàm de his rebus nihil iam amplius scribere. cùm erimus congressi, tum, si quid res feret, coram inter nos conferemus. Quod ad me de rep. scribis, disputas tu quidem & amanter, & prudenter, & à meis consiliis ratio tua non abhorret. nam neque de statu nobis nostrę dignitatis est recedendum, neque sine nostris copiis intra alterius præsidia veniendum: & is, de quo scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil non summissum, atque populare. Verumtamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non inutilis, sed mehercule reip. multo etiam utilior, quàm mihi, ciuium improborum impetus in me reprimi, cùm hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia, fluctuantem sententiam confirmassem, & à spe malorum ad mearum rerum laudem conuertissem. Quod si cum aliqua leuitate mihi faciēdum fuisset, nullam rem tanti æstimassem: sed tamen à me ita acta sunt omnia, non ut ego illi assentiens, leuior, sed vt ille me probans, grauior videretur. Reliqua sic à me aguntur, & agentur, ut non committamus, vt ea, quæ gessimus, fortuitò gessisse videamur.* [b] *Meos bonos viros, illos, quos significas, & eam, quam mihi dicis obtigisse σπάρταν, nō modò numquàm deseram, sed etiam, si ego ab illa deserar, tamen in mea pristina sententia permanebo. illud tamen velim existimes, me hanc viam* [c] *optimatum post Catuli mortem nec præsidio vllo, nec comitatu tenere, nam, vt ait Rhinton, vt opinor,* οἱ μὲν παρ' οὐδὲν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει.

5 10 15 20 25 30

a L. potuerim.

b v.c. Meos bonos illos viros, q.

c L. optimatem. al. optimatiū.

μέλει. *Mihi verò vt inuideāt piscinarii nostri, aut scribam ad te aliàs, aut in congressum nostrum reseruabo. A curia autē nulla me res diuellet, vel quòd ita rectū est, vel quòd reb. meis maximè consentaneū, vel quòd*
5 *à senatu quanti fiam, minimè me* [a] *pœnitet. De Sicyoniis (vt scripsi ad te antea) nō multum spei est in senatu. nemo est enim iam, qui queratur. quare, si id exspectas, longum est. alia via, si qua potes, pugna. cùm est actum, neq; animaduersum est, ad quos pertineret,*
10 *& raptim in eam sententiam pedarii* [b] *concurrerunt. Inducendi S.C. maturitas nōdum est: quòd neque sūt, qui querantur, & multi partim* [c] *maleuolentia, partim opinione æquitatis delectantur. Metellus tuus, est egregius* COS. *vnum reprehendo, quòd otium è Gal-*
15 *lia nuntiari non magnopere gaudet. cupit, credo, triūphare. hoc vellem mediocrius, cetera egregia. Auli filius verò ita se gerit, vt eius consulatus, non consulatus sit,* † *sed magni nostri* ὑπώπιον. *De meis scriptis misi ad te Græcè perfectum consulatum meum. cum li-*
20 *brum L. Cossinio dedi. puto te Latinis meis delectari: huic autem Græco Græcum inuidere. Alii si scripserint, mittemus ad te: sed, mihi crede, simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Nunc (vt ad rem meam redeam) L. Papirius*
25 *Pætus, vir bonus,* [d] *amatorque nostri, mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donauit. cùm mihi per legem Cintiā licere capere Cincius, amicus tuus, diceret, libenter dixi me accepturum, si attulisset. Nunc, si me amas, si te à me amari scis, enitere per*
30 *amicos, clienteis, hospites, libertos denique, ac seruos tuos,* [e] *vt scheda nequa depereat. nam & Græcis his*

a v.c. pænitet.

b L. cucurrerunt.

c v.c. maliuolentia,

d L. amatorque noster,

e v.c. vt scida nequa dep.

libris, quos suspicor, & Latinus, quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. ego autem quotidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in studiis conquiesco. per mihi, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, quàm soles in his rebus, quas me valde velle arbitraris. ipsiusque Pæti tibi negotia commendo: de quibus tibi ille agit maximas gratias. Et, vt iam inuisas nos, non solùm rogo, sed etiam suadeo. 5

ANNOTATIONES. 10

1 sed magni nostri ὑπώπιον.) Quamquam nihil hoc magnopere ad institutum nostrum attinet, hic tamen emendabo versum Homeri ἰλ. γ. ibi Καίκε τὸ βουλίμην, καὶ κεν πολὺ κέρδιον ἦεν Ηοὕτω λώβην τ' ἔμεναι καὶ ἐπόψιον ἄλλων legendum ὑπώπιον ἄλλων: quam emendationem meam ita probat Auratus, ut non dubitet, quin ita ab Homero scriptum sit. est autem ὑπώπιον liuor in facie, aut in oculis, ex ictu aliquo, sugillum, uibex fœdus, & inhonestus. per translationem, significat turpitudinem, dedecus, & infamiam. Hic ibidem libri nonuulli ueteres habent, De nostris scriptis: paullo post, ubi omnes habent, perfectum, legendum uidetur, perscriptum. 15

Verba Græca Latinis expressa. 20

σπάρταν, Spartam.
οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει, hi, qui adsunt, nihili sunt: illis vero nihil curæ est.
ὑπώπιον, sugillatum, macula.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

LIBER II.

CICERO ATTICO. S.

10 *K*ALENDIS *Iun. eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupidè relinquenti, venit obuiam tuus puer. is mihi litteras abs te, & commentarium*
15 *consulatus mei Græcè scriptum rediddit. in quo lætatus sum, me aliquanto antè de iisdem rebus Grecè item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. Nam, si ego tuum antè legissem, furatum me abs te esse diceres. quamquam tua illa (legi enim*
20 *libenter) horridula mihi, atque incomta visa sunt. sed tamen erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant: &, vt mulieres, ideò benè olere, quia nihil olebant, videbantur. meus autem liber totum Isocratis* μυρεθήκιον*, atque omnes eius discipulorum arcu-*
25 *las, ac nonnihil etiam* [a] *Aristotelica pigmenta consumsit: quem tu Corcyrę, vt mihi aliis litteris significas, strictim attigisti: post autem, vt arbitror, à Cossinio accepisti: quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lentè, ac fastidiosè probauissem. quam-*
30 *quam ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius, se, nostrum illud* ὑπόμνημα *cùm legeret, quod ego ad eum,*

[a] L. Aristotelia.

ut ornatiùs de iisdem rebus scriberet, miserã, non modò non excitatum esse ad scribendum, sed etiam planè perterritum. Quid quæris? conturbaui Græcam nationem. ita, vulgo qui instabant, vt darem sibi quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Tu, 5
si tibi placuerit liber, curabis, vt & Athenis sit, & in ceteris oppidis Græciæ. videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiunculas autem, & quas postulas, & plureis etiam mittam: quoniam quidem ea, quæ nos scribimus, adolescentulorum 10
studiis excitati, te etiam delectant. fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus, quæ Philippicæ nominãtur, enituerat ciuis ille tuus Demosthenes, & quòd se [1] ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, vt σεμνότερός τις, καὶ πολιτικώτερος 15
videretur, curare, vt meæ quoque essent, orationes, quæ consulares nominarentur: quarum vna est in senatu Kalendis Ian. altera ad populum de lege Agraria: tertia de Othone: quarta pro Rabirio: quinta de
proscriptorum filiis: sexta, cùm prouinciam in contione deposui: septima, qua Catilinam emisi: octaua, 20
quam habui ad populum postridie quàm Catilina profugit: noua in contione, quo die Allobroges [2] inuocarunt: decima, in senatu, nonis Decembr. Sunt præterea duæ breues, quasi ἀποσπασμάτια legis agrariæ. 25
Hoc totũ σῶμα curabo vt habeas. Et, quoniam te cũ scripta, tum res meæ delectant, iisdem ex libris perspicies, & quæ gesserim, & quæ dixerim. [2] [b] At ni poposcisses. ego enim tibi me non offerebam. Quòd quæris, quid sit, quò te arcessam: ac simul impeditum te negotiis esse significas: neq. recusas, quin non 30
modò

a L. indicarunt:

b L. Aut ne poposcisses.

modò si opus sit, sed etiam si velim, accurras: nihil sanè est necesse. verumtamen videbare mihi tēpora peregrinationis cōmodius [3] *posse distribuere. Nimis abes diu, præsertim cùm sis in propinquis locis: neque nos*
5 *te fruimur, & tu nobis cares, ac nunc quidem otium est: sed* [4] *si paullo plus furor Pulchelli progredi posset, valde ego te istinc excitarem. verùm præclarè Metellus impedit, & impediet. Quid quæris? est* COS. φιλόπατρις, *& (vt semper iudicaui) natura bonus. ille au-*
10 *tem non simulat, sed planè tribunus pl. fieri cupit.* [a] *Quare cùm in senatu ageretur, fregi hominem,* [b] *& inconstantiam reprehendi, qui Romæ tribunatum pl. peteret, cùm in Sicilia ædilitatem* [c] *sæpe dictitasset: sed neq. magnopere dixi esse nobis laborandum, quòd*
15 *nihilo magis ei liciturum esset plebeio remp. perdere, quàm similib. eius me* COS. *patritiis esset licitum. Iā cum se ille septimo die venisse à freto, neq. sibi obuiam quemquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eoq. se in contione iactasset: nihil ei noui*
20 *dixi accidisse: ex Sicilia septimo die Romam: trib. horis Roma Interamnam. Noctu introisse.* [5] *Item antè. Non esse itum obuiam. Ne tum quidem, cùm iri maximè debuit. Quid quæris? hominem petulantem, molestum reddo, non solùm perpetua grauitate ora-*
25 *tionis, sed etiam hoc genere dictorum. Itaq. iam familiariter cum ipso etiam cauillor, ac iocor. Quinetiam cùm candidatum deducerem, is quærit ex me, num consuessem Siculis locum Gladiatoribus dare. negaui.* [6] *At ego, inquit,* [d] *nouos patronos instituam. Sed*
30 *soror, quę tantùm habeat consularis loci, vnum mihi solum pedem dat. Noli, inquam, de vno pede sororis*

[a] L. Quare r.
[b] L. & inconstantiam eius r.
[c] L. se petere dict.
[d] L. nouus patronus inst.

a L. illam odi malè, consularem.

b L. atque ita prouis.

c L. optima illa

queri. licet etiam alterum tollas. Non consulare, inquies, dictum. Fateor. sed ego [a] *odi illam malè consularem. ea est enim seditiosa, ea cum viro bellum gerit: neq. solùm cum Metello, sed etiam cum Fabio, quòd eos mihi esse amicos molestè fert. Quod de Agraria lege quæris, sanè iam videtur refrixisse. Quòd me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me mei præsidii causa cum illo coniunctum esse: sed ita res erat instituta, ut, si inter nos esset aliqua fortè dissensio, maximas in rep. discordias versari esset necesse. quod à me ita præcautum,* [b] *atq. prouisum est, nō ut ego de* [c] *optima illa mea ratione decederem, sed vt ille esset melior, & aliquid de populari leuitate deponeret, quem de meis rebus, in quas eum multi incitarant, multo scito gloriosius, quàm de suis prædicare. Sibi enim bene gestæ, mihi cō seruatæ reip. dat testimonium. Hoc facere illum, mihi quàm prosit, nescio: reip. certè prodest. Quid, si etiam Cæsarem, cuius nunc venti ualde sunt secundi, reddo meliorem? num tantum obsum reip? Quinetiam si mihi nemo inuideret, si omnes, vt erat æquum, fauerent: tamen non minus esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas parteis reip. quàm quæ exsecaret. Nunc uerò cùm equitatus ille, quem ego in cliuo Capitolino, te signifero, ac principe, collocaram, senatum deseruerit: nostri autem principes digito se cælum putent attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant: alii autem negligant: non ne tibi satis prodesse uideor, si perficio, vt nolint obesse, qui possunt? Nam Catonem nostrum non tu amas plus, quàm ego. sed tamen ille optimo animo utens, &*

sum-

summa fide, nocet interdum reip. Dicit enim tanquam in Platonis πολιτεία, non tanquam in Romuli fęce, sententiam. Quid uerius, quàm in iudicium uenire qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? Censuit hoc Cato: [a] *aßensit senatus. equites curię bellum, non mihi. nam ego dissensi. Quid impudentius publicanis* [b] *renuntiantibus? Fuit tamen retinendi ordinis causa* [c] *facienda iactura. Restitit, & peruicit Cato. itaq. nunc, consule in carcere incluso, sępe item seditione commota, adspirauit nemo eorum, quorum ego concursu, itemq. consules, qui post me fuerunt, remp. defendere solebant. Quid ergo? istos, inquies, mercede conductos habebimus? Quid faciemus, si aliter non possumus? an libertinis, atq. etiam seruis seruiamus? Sed, ut tu ais, ἅλις σπουδῆς. Fauonius meam tribum tulit honestius, quàm suam: Lucceii perdidit. accusauit Nasicā inhoneste: 7 ac modeste tamen dixit, ut Rhodi uideretur molis potius, quàm Moloni operam dedisse. mihi, quòd defendissem, leuiter succensuit, nunc tamen petit iterum reip. causa. Lucceius quid agat, scribam ad te, cùm Cęsarem uidero: qui aderit biduo. Quòd Sicyonii te lędunt, Catoni, & eius ęmulatori atribuas Seruilio. Quid? ea plaga nōne ad multos bonos uiros pertinet? Sed, si ita placuit, laudemus: 8* [d] *deinde in dissensionib. soli relinquamur. Amalthéa mea te exspectat, & indiget tui. Tusculanum, & Pompeianū valde me delectant, nisi quòd me illum ipsum uindicem ęris alieni, ęre non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. In Gallia speramus esse. Prognostica mea cum oratiunculis propediem exspecta: & tamen, quid cogites de aduentu tuo, scribe ad nos. nam mihi Pompo-*

Marginal notes: a L. & assensit. b L. conductionem renunciantibus? c v. c. faciunda. d L. ne in dissensionibus soli relinq.

nia nuntiari iussit, te mense Quinctili Romæ fore. id à tuis litteris, quas ad me [a] *de accessu tuo miseras, discrepabat. Pætus, ut antea ad te scripsi, omneis libros, quos frater suus reliquisset, mihi donauit. Hoc illius munus in tua diligentia positum est. si me amas, cura, ut conseruentur, & ad me perferantur. hoc mihi nil potest esse gratius. & cùm Græcos, tum verò Latinos diligenter vt conserues, velim. tuum esse hoc munusculum putabo. Ad Octauium dedi litteras. cum ipso nil eram locutus. neq. enim ista tua negotia prouincialia esse putabam, neque te* [9] *in tocullionibus habebam. sed scripsi, vt debui, diligenter. Vale.*

[a] L. de censu tuo. & ita v. c.

ANNOTATIONES.

1 ab hoc refractariolo iudiciali dicendi &c.) Memmiani cod. habent, refractariolo. Turnesianus, ut ceteri, refractariolo, nisi quòd habet, enituerat, & abiunxerat, non, ut vulgo, enituerit, abiunxerit. Idem paullo pòst, habet planè, ut σεμνότερός τις, &c. quo modo & vulgati, non, ut testatur esse in suo, P. Vict. ne σεμνότερός τις, &c. quod ferri non potest: & frustra Victorius ea de re lectoris otio abutitur.

2 aut ne poposcisces: ego enim me non off.) Sic legendum censeo: & codicum ueterum uestigia manifesta persecutus, & sententiam M. Tullij ijs ipsis uestigiis odoratus. Quin sic habet planè codex Turnesianus. aut ne poposcisces autem, id est, aut non debuisti poscere.

3 Posse distribuere) Codex Turnesianus habet, posse discribere. quòd probo.

4 si paullo plus.) Quidam uolunt legi, si paullo longiùs.

5 Item antè. Non esse, &c) Libri ueteres non habent, antè. Itaque putabam sic esse hunc locum legendum, At tribus horis Roma Interamnam noctu introiisse. Item non esse sibi obuiam. Ne tum quidem, &c.

6 At ego inquit, nouus patronus instituam.) Assentior Guidoni Lollio, cui ita legendum uisum est, ut sit hæc sententia, quemadmodum refert Malaspina: Quando tu vetus patronus Siculis locum gladiatoribus dare non soles, ego nouus Siculorum patronus, instituam, id est incipiam dare: seu morem inducam loci à patrono clientibus dandi. Puto autem huius loci emendan-

di

di occasionem ex antiqua scriptura esse natam, nouus patronus. Ita autem certa est hæc coniectura, ut ne Victorium quidem eam reprehensurum putem.

7 ac modestè tamen dixit.) Si hæc scriptura sincera est, hæc uidetur esse sententia: inhonestè quidem accusauit, sed modestè tamen dixit, idest non ualde acriter accusauit, quod facere debuit. Nam, qui non accusat acriter, præuaricator uideri potest, & ita inhonestè accusat. Est ergo iocus ex ambiguo in nomine, modestè. Neque est quòd particula, tamen, quemquam moueat. nam tale illud est libro septimo epist. ad famil. epist. 30. Ita Caninio consule scito neminem prandisse, nihil tamen eo consule mali factum est. fuit enim mirifica vigilantia, &c. Malaspina autem sic legendum censet, ac tam molestè dixit, ut, &c. Cuius coniecturam ut non damno, ita nondum statui, utrùm probare debeam, præsertim cùm recepta lectio & probabilis sit & continuã sententiam contineat.

8 ne in dissensionibus soli relinquamur.) libris omnibus reclamantibus, Manutio assentior in eo, quòd, ne, pro deinde, reponit. Quod autem idem uel, in dissensionibus, uel in discessionibus, vult legere licere, neque in hoc ab eo dissentio: hoc tantum testari possum, libros ueteres habere, dissensionibus. Quare sic puto reponendum, & ita olim edi iusseram. quamquam, in discessionibus, malo.

9 in tocullionibus.) Sic restituit Adrian. Turnebus. tocullio autem pusillum fæneratorem significat. τόκος fænus est. τοκυλλιον, fænusculum. τοκίλλυων, pusillus, seu minutus fænerator. Sic autem habent nostri libri ueteres: in his Turnesianus.

Verba Græca, Latinis expressa.

μυροθήκιον, unguenti, & pigmentorum arculam.
ὑπόμνημα, commentarium.
σεμνότερός τις, καὶ πολιτικώτερος, plenior honoris & ciuilior aliquis.
ἀποσπασμάτια, fragmenta.
σῶμα, corpus.
φιλόπατρις, studiosus patriæ.
πολιτεία, republica.
ἅλις σπουδῆς, satis studij est.
θεῖοι, patrui.

CICERO ATTICO S. 2

a L. Πελ-ληναίων
b L. & unde m.
c L. mihi credas, legendus est. mirab. fort mihi credas uelim: legend.
d al. Vino,

CVRA, amabo te, Ciceronẽ nostrum. ei nos θεῖοι, *uidemur.* [a] πελληναίων *in manibus tenebam: & hercule magnũ aceruum Dicæarchi mihi ante pedes exstruxerã. O magnũ hominem,* [b] *& à quo multo plura didiceris, quàm de Procillio.* Κορινθίων, καὶ Ἀθηναίων *puto me Romæ habere.* [1] [c] *mihi Herodes, lege. hęc doceo. mirabilis vir est* Ἡρώδης, *si homo esset, eum potius legeret, quàm vnam litteram scriberet: qui me epistola petiuit: ad te, vt video, cõminus accessit. coniurasse mallem, quàm restitisse coniurationi, si illum mihi audiendum putassem. De Lollio sanus nõ es. de* [d] *Vinio laudo. Sed heus tu, ecquid vides Kalendas venire, Antoniũ non venire? iudices cogi? nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in contione, se iudicem, qui non affuerit, compellaturum. Velim tamen, si quid est, de Antonii aduentu quod audieris, scribas ad me: &, quoniam huc non venis, cenes apud nos vtique pridie Kalendas. Caue aliter facias. Cura vt valeas.*

ANNOTATIONES.

1 mihi credas, legendus est.) Malæspinæ fidem secutus, qui partim, mihi credas, partim, mihi credes, scriptum esse in suis libris testatur: quomodo habent & nonnulli Memm. & Turnesianus ipse, quem omnibus antepono, sic edendum curaui. Quidam doctus tamen, sic legendum arbitratur: mihi Herodes cum hoc legendus est. Mauult quidam alius sic: mihi hic, non Herodes, legendus est. Sed tutius est libros veteres sequi. Nam liquidò iurare possum sic esse disertè scriptum in Turnesiano, & nonnullis Memmianis. Licet tamen etiam legere; mihi crede, legendus est, vt olim edidi.

Verba Græca, Latinis expressa.

πελληναίων, Pellenæorum.
Κορινθίων, καὶ Ἀθηναίων, Corinthiorum, & Atheniensium.
Ἡρώδης, Herodes.

CICERO ATTICO S. 3

PRIMVM, ut opinor, εὐαγγέλια. Valerius absolutus est, Hortensio defendĕte: [1] id iudicium [a] Atilio condonatum putabatur. Et Epicratem suspicor, ut scribis, lasciuum fuisse. etenim mihi [b] caligæ eius, ut fasciç cretatæ, non placebant. Quid sit, sciemus, cùm veneris. Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te Κύρου παιδείαν reprehendere. nam cùm ego idem istud dicerē, Cyrus aiebat, [2] [c] radiorū τὰς διαφάσεις latis luminibus, non tā esse suaueis. etenim ἔστω ὄψις μὴν ἡ α, τὸ δὲ ὁρώμενον, β, γ, ἀκτῖνες δὲ δ, καὶ ε. Vides enim cetera. nam si κατὰ εἰδώλων ἐμπτώσεις videremus, ualde laborarent εἴδωλα in angustiis. nunc fit lepidè illa ἔκχυσις radiorū. Cetera si reprehenderis, non feres tacitum: nisi siquid erit eiusmodi, quod sine sumtu corrigi possit. Venio nunc ad mensem Ianuariū, [d] ad ὑπόστασιν nostrā ac πολιτείαν: in qua σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον: sed tamen ad extremum, aut illi solebant, τὴν ἀρέσκουσαν. Et res sanè magni consilii. nā ut fortiter resistendū est legi Agrariæ: in quo est quædam dimicatio, sed plena laudis; aut quiescendum: quod est non dissimile, atq. ire in Soloniū, aut Antium: aut etiam adiuuandum, quod à me aiunt Cæsarem sic exspectare, ut non dubitet. nā fuit apud me Cornelius, hūc dico Balbum, Cęsaris familiarem. is affirmabat, illum omnib. in rebus meo, & Pompeii consilio vsurum: daturumque operā, ut cum Pompeio Crassum coniungeret. Hic sunt hęc: coniunctio mihi summa cum Pompeio: si placet, etiam cum Cæsare: reditus in gratiam cum inimicis: pax cū multitudine: senectutis otium. [3] Sed me [e] κατάκρισις mea illa commouet, quę est in libro tertio.

a L. C. Atilio cond.

b fort. Gallicæ

c L. viridariorum διαφάσεις

d L. & ad ὑπόθεσιν. al. & ad κατάστασιν

e fort. καταχλεῖς

Interea cursus,quos prima à parte iuuentæ,
Quosq́. adeò consul virtute,animoq́.petisti:
Hos retine,atque auge famam,laudesq́.bonorum.
Hæc mihi cùm in eo libro, in quo multa sunt scripta ἀριστοκρατικῶς, *Calliope ipsa præscripserit, non opinor esse dubitandum, quin semper nobis videatur* Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. *Sed hęc ambulationibus Compitalitiis reseruemus.Tu pridie Compitalia memento.Balineum calfieri iubebo:& Pomponiam Terentia rogat. matrem adiungemus* Θεοφράστου[a] περὶ φιλοτιμίας, *affer mihi de libris Q.fratris.Vale.*

a al. φιλομαθείας,

ANNOTATIONES.

1 Id iudicium C.Atilio cond.) Quid hic facerem? Opinor nihil tutius,quàm libros veteres sequi. sic igitur feci. Nam codex Turnesianus habet planè scriptum Katilio. unde feci, C. Atilio. Olim,si quis malit,sic edidi,Calatino F.

2 Viridariorum διαφάνσεις) omnes libri veteres partim habent,viridariorum, partim, viridiorum. Ego viridariorum seu viridiariorum,probo:nam vulgata lectio corrupta est.

2 Sed me κατάκρισις mea &c.) assentior Turnebo nostro, legendum esse existimanti,καταклεὶς. Est autem hoc loco κατακλεὶς,conclusio, seu clausula sermonis.

Verba Græca,Latinis expressa.

εὐαγγέλια, boni nuntij,
Κύρου παιδείαν, Cyri institutionem.
τὰς διαφάσεις, apparentias radiorum.
ἔστω ὄψις μὲν ἡ α, τὸ δὲ ὁρώμενον, β, γ, ἀκτῖνες δὲ, δ, καὶ ε. sit aspectus A. quod autem videtur B. G. radij uerò D. E.
Κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις, per simulacrorum incidentias.
εἴδωλα, simulacra, spectra.
ἔκχυσις, effusio.

πόσα-

ὑπόστασιν, ſtatum.
πολιτείαν, remp.
σοκρατικῶς εἰς ἑκάτερον, more Socraticorum in vtram que partem.
τὴν ἀρέσκουσαν, ſententiam quę placet.
5 κατάκρισις, ſanctio.
ἀριστοκρατικῶς, pro ſtatu optimatum.
Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, vnum augurium optimum pugnare pro patria.
Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας, Theophraſti de honorum ſtudio.

10

CICERO ATTICO S. 16

FEciſti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me miſiſti: ex quo quidem ego (quod inter nos
15 *liceat dicere (milleſimā partē vix intelligo pro eo tibi præſentem pecuniam ſolui imperaui, ne tu expenſum muneribus ferres.*[a] *At, quoniam nummorum mentio facta eſt, amabo te, cura, vt cum Titinio, quoquo modo poteris, tranſigas. Si in eo, quod oſtenderat, nō ſtat,*
20 *mihi maximè placet, ea, quæ male emta ſunt, reddi, ſi voluntate Pomponiæ fieri poterit. ſi ne id quidem, nummi potius*[b] *reddantur, quàm vllus ſit ſcrupulus. valde hoc velim antè, quàm proficiſcare, amanter, vt ſoles, diligenterque conficias. Clodius ergo, vt ais, ad*
25 *Tigranem?*[c][d] *velim, Syrpię cōdicione. ſed facile patior. accommodatius enim nobis eſt ad liberam legationem tempus illud, cùm & Quinctus noſter iam, vt ſperamus, in otio conſederit, &, iſte ſacerdos Bonæ Deæ cuiuſmodi futurus ſit,*[e] *ſciri poſſit. Interea quidē*
30 *cū Muſis nos delectabimus animo æquo, immò verò etiam gaudenti, ac libenti; neque mihi vmquam veniet*

a L. Sed q. al. Aſt quon.

b fort. addantur,

c al. velim Syrię cond.

d v.c. velim ſirpe condicione. & ita L.

e al. ſcieris. v. c. ſcius ſit.

a V. C. pœnitere. *niet in mentē, Crasso inuidere, neque* [a] *pœnitere, quòd à me ipse non desciuerim. De Geographia, dabo operam, vt tibi satisfaciam: sed nihil certi polliceor. magnū opus est: sed tamen, vt iubes, curabo, vt huius peregrinationis aliquod tibi opus exstet. Tu, quidquid* 5 *indagaris de rep. & maximè quos* COSS. *futuros putes, facito vt sciam. tametsi minus sum curiosus. statui enim nihil iam de rep. cogitare. Terentię saltum perspeximus. Quid quæris? præter quercum Dodonęam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere* 10 *videamur. Nos circiter Kalendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Tu, si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompeianum venito. id & nobis erit periucundum, & tibi non sanè deuium. De muro imperaui Philotimo, ne impediret, quo mi-* 15 *nus id fieret, quod tibi videretur. censeo tamen, adbibeas Vettium. His temporibus, tam dubia vita optimi cuiusque, magni æstimo vnius æstatis fructum palæstræ Palatinæ: sed ita tamen, vt nihil minus velim, quàm Pomponiam, & puerum versari in timo-* 20 *re ruinæ. Vale.*

ANNOTATIONES.

1 Velim sirpe conditione.) Quid agas in loco tam corrupto & obscuro? Libri veteres omnes habent partim, vel sirpiæ, partim, 25 vel Syrpiæ. Vnde Adr. Turnebus vel, sirpe, vel Syrię, legi posse putat, in Aduersarijs. Corradus autem, Cyrnia condicione ego putaui aliquando legi posse, Cypria condicione. nunc verò, sirpe conditione, magis probo. Est enim sirpe idem, quod σιλφίον, vt & Adr. Turnebus significat, & auctor vocabularij Latinogræci indicat. Plautus in Rudente. teque oro, & quæso, si speras tibi Hoc anno multum fore sirpe & Laserpitium, &c. ibidem infrà non longè, seu tibi confidis fore multam ma- 30 guderim..

CICE-

CICERO ATTICO S. 5

CVpio equidem, & iampridem cupio Alexandriam, reliquamq. Aegyptum viſere, & ſimul ab hac hominum ſatietate noſtri diſcedere, & cum ali-
5 *quo deſiderio reuerti: ſed hoc tempore, & his mittentibus,* Αἰδέομαι τρῶας, καὶ τρωάδας ἑλκεσιπέπλους.
Quid enim noſtri optimates, ſiqui reliqui ſunt, loquentur? an me aliquo præmio de ſententia eſſe deductum? Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει. *Cato ille*
10 *noſter, qui mihi vnus eſt pro centum millibus. Quid verò hiſtoriæ de nobis ad annos D. C.*[a] *prędicarint? quas quidem ego multo magis uereor, quàm eorum hominum, qui hodie viuunt, rumuſculos. ſed opinor excipiamus, & expectemus. ſi enim deferetur, erit quæ-*

[a] v. c. prędicarunt? fort. prædicabunt?

15 *dam noſtra poteſtas, & tum deliberabimus. etiam hercule eſt in non accipiendo nonnulla gloria. Quare ſiquid* Θεοφάνης *tecum fortè contulerit, ne omnino repudiaris. De iſtis rebus expecto tuas litteras, quid Arrius narret, quo animo ſe deſtitutum ferat: & qui*
20 COSS. *parentur, vtrùm (vt populi ſermo) Pompeius, et Craſſus, an, vt mihi ſcribitur, cum Gabinio Ser. Sulpicius, & num quæ nouæ leges, & num quid noui omnino: & quoniam Nepos proficiſcitur, cuinam auguratus deferatur: quo quidem vno ego ab iſtis capi*
25 *poſſum.*[1] [b] *Videte ciuitatem meam. Sed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo, atq. omni cura* φιλοσοφεῖν? *Sic, inquam, in animo eſt. ſic vellem ab initio. Nunc verò, quoniam, quæ putaui eſſe præclara, expertus ſum quàm eſſent inania: cum omni-*

[b] L. Vide lenitatem meam.

30 *bus Muſis rationem habere cogito. Tu tamen de Curtio ad me reſcribe certius, et num quis in eius lo-*[c]

[c] v.c. de Tatio.

cum

cum pareturr, & quid de P. Clodio fiat: & omnia, quē admodū polliceris, ἐπὶ σχολῆς scribe: & quo die Roma te exiturum putes, velim ad me scribas, vt certiorem te faciam, quibus in locis futurus sim: epistolamq. statim des de his rebus, de quibus ad te scripsi. valde enim expecto tuas litteras. Vale. 5

ANNOTATIONES.

1 Vide leuitatem meam) Mureti nostri coniecturam sic probo, vt, nisi quid certius afferatur, certissimam putem. Nam quod ait Malaspina se eam probaturum, nisi scrupulum ei iniiciant quæ sequuntur, sed quid ego hæc? vbi ἐπανόρθωσις, inquit, nascitur: en ego ei scrupulum eximo. Nam primum leuitas in eo est, quòd, cum suprà dixerit, velle se ab hominum satietate sui discedere, & cum aliquo desiderio reuerti, nunc dicat, se auguratu capi posse, vt in vrbe maneat Hic, inquam, inest leuitas. Idcirco subiungit. Vide leuitatem meam. Deinde se ad primum institutum consiliumq. reuocat: Sed quid ego hæc? id est, sed quid est quare auguratnm tanti faciam, vt consilium mutem? Quin ego hæc omnia speciosa atque inania honorum simulacra ac nomina flocci non facio, atque omni cura philosophari cupio. Hæc est M. Tullij sententia, quam Muretus sagacissimè, quo ingenio est, odoratus est. Malaspina (quod eius pace dictum sit) minus videtur esse consecutus. Interea non celabo lectorem, in codice Turnesiano, planè scriptum esse, videte vitam meam. 10 15

Verba Græca, Latinis expressa.

Αἰδέομαι τρῶας, καὶ τρωάδας ἑλκεσιπέπλους, vereor Troianos, & Troianas peplos trahentes. 20

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει, Polydamas mihi primus hanc notam inuret.

Θεοφάνης, Theophanes.

φιλοσοφεῖν, philosophari.

ἐπὶ σχολῆς, in otio. 25

CICERO ATTICO S. 6

Quod tibi superioribus litteris promiseram, fore, vt opus exstaret huius peregrinationis: nihil iam magnopere confirmo. sic enim sum complexus otium, vt ab eo diuelli non queam. Itaque aut 30

libris

libris me delecto, quorum habeo Antii festiuam copiam, aut fluctus numero. nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. A scribendo prorsus abhorret animus. etenim γεωγραφικὰ, quæ constitueram,
5 *magnum opus est. ita valde Eratosthenes, quem mihi proposueram, à Serapione, & ab Hipparcho reprehenditur. Quid censes, si Tyrannio accesserit? & hercule sunt res difficiles ad explicandum, & ὁμοειδεῖς, nec tam possunt ἀνθηρογραφεῖσθαι, quàm videbantur:*
10 *&, quod caput est, mihi quæuis, satis iusta causa [a] cessandi est. Quinetiam [b] dubitem, an hic Antii considã, & hoc tempus omne consumam, vbi quidem ego [c] mallem diu nimirum, quàm Romæ fuisse, tu verò sapientior, Buthroti domum parasti. sed, mihi crede,*
15 *proxima est illi municipio hęc Antiatiũ ciuitas. Esse locum tam prope Romam, vbi multi sint [d] qui Vatiniũ numquam viderint? vbi nemo sit, præter me, qui quẽquam [d] ex XXV. viris vnum esse saluum velit? vbi me interpellet nemo? diligant omnes? Hic, hic nimirum*
20 *πολιτευτέον. nam istic consolum non licet, sed etiam tædet. Itaque ἀνέκδοτα à nobis, quę tibi vni legamus, Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangentur. neque aliud iam quidquam πολιτεύομαι, nisi odisse improbos, & id ipsum nullo cum stomacho: sed*
25 *potius cum aliqua scribendi voluptate. Sed, vt ad rem, scripsi ad quæstores Urbanos de Q. fratris negotio. vide quid narrent: [e] & quæ spes sit denarii: an cistophoro Pompeiano iaceamus. Præterea de muro, statuæ, quid faciendum sit. Aliud quid? etiam. quando te pro-*
30 *ficisci istinc putes, fac vt sciam. Vale.*

a v.c. cessandi est.
b L. dubitem, hic, an Antij cons.
c L. mallẽ me duumuirum, quàm R.
d L. ex viginti uiris, uiuum esse audiuerit? ubi.
e L. ecqua spes s.

Verba Græca, Latinis expressa.

γεωγραφικά, commentarios de terræ descriptione.
ὁμοειδεῖς, vniformes.
ἀνθηρογραφεῖσθαι, floridè scribi, ornari.
πολιτευτέον, danda opera reip.
ἀνέκδοτα, non edenda. 5
πολιτεύομαι, publica cura.

CICERO ATTICO S. 7

DE Geographia etiam atq. etiam deliberabimus. [a] Orationes autem à me duas postulas: quarum alteram nō licebat mihi scribere, [1] quia [b] abscideram: alteram, ne laudarem eum, quem non amabam. sed id quoque videbimus. Denique aliquid exstabit, ne tibi planè cessasse videamur. De Publio quæ ad me scribis, sanè mihi iucunda sunt: eaq. etiam velim omnib. vestigiis indagata ad me afferas, cum venies: & interea scribas, siquid intelliges, aut suspicabere, & maximè de legatione quid sit acturus. Equidem antè, quàm tuas legi litteras, [c] hominem ire cupiebam: non mehercule vt differrem cum eo vadimonium: nam mira sum alacritate ad litigandum: sed videbatur mihi, siquid esset in eo populare, quòd plebeius factus esset, id amissurus: Quid enim? ad plebē transisti, vt Tigranem ires salutatum? Narra mihi, Reges Armenii patricios [d] salutare non solent? Quid quæris? acueram me ad exagitandam hanc eius legationem: quam si ille contemnit, & si (vt scribis) bilem id commouet & latoribus, & auspicibus legis Curiatæ: spectaculum egregium. Herculè, verum vt loquamur, subcontumeliosè tractatur noster Publius. primum qui cum in domo Cæsaris quondam vnus vir fuerit, nūc ne in viginti quidem esse potuerit: deinde alia legatio dicta erat, [e] alia data

Marginal notes:
a v. c. orationes autem me duas p.
b v.c. abscideram fort. ἀπέκυρσα
c al. in hominem ire c.
d L. resultare
e v. c. datur.

(Line numbers in margin: 10, 15, 20, 25, 30)

data est. [a] *illa optima ad exigendas pecunias, Druso, vt opinor,* [b] *Pisaurensis nebuloni Vatinio reseruatur. Hæc ieiuna, ac bella relegatio datur ei, cuius tribunatus ad istorũ tempora reseruatur. Incende hominem, amabo te,* [c] *quoad potes. Vna spes est salutis istorum inter istos dissensio: cuius ego quędam initia sensi ex Curione. Iam verò, Arrius consulatum sibi ereptum fremit.* [d] *Megabocchus, & hæc sanguinaria iuuentus,* [e] *inimicissima est. accedat verò, accedat etiam ista rixa auguratus. spero me præclaras de istis rebus epistolas ad te sæpe missurũ. Sed, illud quid sit, scire cupio, quod iacis obscurè, iam etiam* [f] *ex ipsis Quinque viris loqui quosdam. Quidnam id est? si est enim aliquid, plus est boni, quàm putaram. Atque hæc sic velim existimes, non me abs te* κατὰ τὸ πρακτικὸν *quærere, quòd gestiat animus aliquid agere in rep. Iãpridem gubernare me tædebat, etiam cùm licebat: nũc verò, cum cogar exire de naui, non obiectis, sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri: cupio, vt ait tuus amicus Sophocles* κἂν ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκούσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί. *De muro, quid opus sit, videbis. Castritianum mendum nos corrigemus, & tamen* [h] *ad me Q.* CIↃ. CCIↃↃ. ↃↃↃ. *scripserat, non ad sororem tuam,* H-S. *X X X.* CIↃ. *Terentia tibi salutem dicit. Cicero tibi mandat, vt Aristodemo idem de se respondeas, quod de fratre suo, sororis tuæ filio respondisti. De Amalthea quod me admones, non negligemus. Cura, vt valeas.*

a L. illa optima ad exig.
b L. Pisaurensi, an epulonis Vat. reseruatur?
c v.c. quoad pote'st.
d L. Megaboccho hæc sang.
e v.c. inimicissima'st.
f L. de ipsis.
g L. ἀκούειν
h L. ad me Q. CCIↃↃ. IↃↃↃ. scripserat, non, vt ad sor.

ANNOTATIONES.

1 quia abſcideram.) Codex Turneſianus habet, qui abſciram: & item Huraltinus, & Memm. Vnde ſuſpicor cum Malaſpina hic ſubeſſe aliquid vlceris. Quid ſi dicamus deſiderari uerbum Græcum, quod fuerit à ſcriptore librario corruptum? id quod ſæpe factum eſt. Itaque putabam legi poſſe, quia ἀπέτυχον, id eſt, quia non obtinui, quia fidem non feci iudicibus, quia non ſum conſecutus quod uolui. uel ſic, quia ἀπεκύρησα, ſeu, ἀπέκυρσα, ſeu ἀπέκαρον. quod & propiùs accedit ad ſcripturam antiquam, & idem ualet, quod ἀπέτυχον.

2 Piſaurenſi, an epuloni Vatinio.) Nonnulli libri manuſcri. ex Memmianis habent, Piſaurenſi, an eptiloni. unde quidam legi uolunt, Piſaurenſi, an epuloni: quam ſcripturam ego poſtea reperi expreſſam in Turneſiano, eamque ſecutus ſum. Malaſpina autem legendum putat, Iſaurenſis, ſed errat. Præterea nonnulli legi volunt, pro, an epuloni, an nebuloni. De quibus coniecturis iudicet lector. Ego ueterem ſcripturã bona fide repræſentaui.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

ἀπέκυρσα, non obtinui.

κατὰ τὸ πρακτικόν. ad agendi rationem quod ſpectet.

καὶ ὑπὸ στέγῃ πυκνᾶς ἀκούειν ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί, & ſub tecto frequentem audire guttam dormienti animo.

CICERO ATTICO S. 8

EPiſtolam cum à te auidè expectarem ad veſperum, vt ſoleo: ecce tibi nuntius, pueros veniſſe Roma. Voco, quæro, ecquid litterarum? negant. Quid ais, inquam? nihil ne à Pomponio? perterriti voce, & vultu, confeſſi ſunt, ſe accepiſſe, ſed excidiſſe in via. Quid quæris? permoleſte tuli. Nulla enim abs te per hos dies epiſtola, inanis aliqua re utili, & ſuaui venerat. nunc ſi quid in ea epiſtola, quam ante diem XVI. *Kalendas Maias dediſti, fuit hiſtoria dignum: ſcribe quàm primùm, ne ignoremus. ſin nihil præter iocationem: redde id ipſum: & ſcito, Curionem adoleſcentem veniſſe ad me ſalutatum. valde eius ſermo de Publio cum tuis litteris congruebat. Ipſe verò mi-*

randum in modum, Reges odiße superbos. Peræquè narrabat, incensam eße iuuentutem, neque hæc ferre poße. Bene habemus. nos, si in iis spes est: opinor, [a] *aliud agamus. Ego me do historiæ. quamquam, licet*
5 *me Saufeium putes esse: nihil me est inertius. Sed cognosce itinera nostra, vt statuas, vbi nos visurus sis. In Formianum volumus venire Parilibus. inde (quoniam putas prætermittendum nobis esse hoc tempore* [1] *cratera illum* [b] *delicatum) Kalendis Maiis de*
10 *Formiano proficiscemur, ut Antii simus* [c] *ad V. Non. Maias. Ludi enim Antii futuri sunt* [d] *à III. Kalendas ad prid. Non. Maii. eos Tullia spectare vult. inde cogito in Tusculanum: deinde Arpinum: Romam* [e] *ad Kalendas Iun. Te aut in Formiano, aut in Tuscu*
15 *lano, cura vt videamus. Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid noui. Vale.*

a al. illud agamus.
b al. filicatum
c L. a. d. v.
d L. ex a.d. IIII. Kal.
e fort. a. d. I. Kal.

ANNOTATIONES.

1 cratera illum delicatum.) Olim, filicatum, edideram, libris
20 omnibus inuitis. Non enim dubitabam, quin hic idem erratum esset, quod est in paradoxo, Vereor necui, &c. vbi uulgò legitur, delicatas istorum pateras, cùm legendum sit, filicatas, seu felicatas, &c neque tamen hic craterem pro poculo accipi pertinaciter defendebam, quamquam Corradus in hanc sententiam propensior est. sed pro sinu, qui est inter Misenum & Minerium, à uasis similitudine sic appellato. Iam quòd hunc craterem, filicatum dicit, eo venustior tralatio est. Si enim craterem duntaxat dixis-
25 set, simplex esset oratio. sic enim etiam vulgò nominabatur. Nunc cùm addidit, filicatum, effecit hoc ambiguo, orationem venustissimam. Si quis igitur pro sinu illo craterem accipiendum esse existimabit, habebit auctores, quos sequatur: neque valde refellit Corradus. sin pro uase, quod ille magis probat, non pugnabo, utatur suo quisque iudicio. Hæc igitur olim & scripseram, & senseram. Nunc, delicatum, retineo, quod ita habeat codex
30 Turnesia.

CICERO ATTICO S. 9

a fort. S. V. B. E E. Cùm.

b L. abdis,

c L. putissimis

d L. Cæciliam, & D.

a *Subitò cùm mihi dixisset Cęcilius quæstor, puerū se Romam mittere, hæc scripsi raptim, vt tuos eli cerē mirificos cum Publio dialogos, cùm eos, de quibus scribis, tum illum, quem* [b] *addis, & ais longum esse, quę ad ea responderis, perscribere: illum verò, qui nondum habitus est, quem illa* βοῶπις, *cum è Solonio redierit, ad te est relatura: sic velim putes, nihil hoc posse mihi esse iucundius. si verò quę de me pacta sunt, ea non seruantur, in cælo sum: vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebē, quàm bonā meis* [c] *purissimis orationibus gratiam retulerit: quarum expecta diuinam* παλινῳδίαν. *etenim, quantum coniectura auguramur, si erit nebulo iste cum his dynastis in gratia, non modò de Cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se iactare. non enim poterimus vlla esse in inuidia, spoliati opibus, & illa senatoria potentia. sin autem ab iis dissentiet: erit absurdum in nos inuehi. veruntamen inuehatur. festiuè, mihi crede, & minore sonitu, quàm putaram, orbis hic in rep. est conuersus: citiùs omnino, quàm potuit. id culpa Catonis: sed rursus improbitate istorum, qui auspicia, qui Aeliam legem, qui Iuniam, & Liciniam, qui* [d] *Cęliam, & Didiam neglexerunt: qui omnia remedia reip. effuderunt: qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immaneis pecunias paucis dederūt. Video iam quò inuidia transeat, & vbi sit habitatura. nihil me existimaris neq. vsu neq. à Theophrasto didicisse, nisi breui tempore desiderari nostra illa tempora videris. etenim si fuit inuidiosa senatus potentia: cùm ea non ad populum, sed ad treis homines immoderatos*

5 10 15 20 25 30

deratos redacta sit, quidnam censes fore? Proinde isti licet faciant, quos volent, C O S S. *tribunos pl. denique etiam Vatinii strumam sacerdotii* διβάφῳ *uestiant. videbis breui tempore magnos, non modò eos, qui*
5 *nihil titubarunt: sed etiam illum ipsum, qui peccauit, Catonem. nam nos quidem, si per istum tuum sodalem Publium licebit* σοφιστεύειν *cogitamus.*[a] *si ille cogitat, tantum duntaxat nos defendere, et, quod est proprium artis huius,* ἐπαγγέλλομαι ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι, ὅτε τις
10 πρότερος χαλεπήνῃ. *Patria propitia sit. habet à nobis etiam si non plus, quàm debitum est, plus certè, quàm postulatum est. malè uehi mâlo, alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare. Sed hæc coràm commodiùs. nunc audi, quod quæ-*
15 *ris. Antium me ex Formiano recipere cogito*[b] *ad V. Non. Maias. Antio volo Nonis Maiis proficisci in Tusculanum: sed cùm è Formiano rediero, ibi esse*[1] *usque ad prid. Kalendas Maias. faciam statim te certiorem. Terentia tibi salutem.* Κικέρων, ὁ μίκρος, ἀσπά-
20 ζεται Τίτον ἀθηναῖον.

a L. si ille cogit: tantum

b L. a. d. v. Nonas.

ANNOTATIONES.

1. ibi esse vsq. ad prid Kal. Mai. &c.) legendum ut habent o. v. c. κατὰ παρένθεσιν, (ibi esse usque ad prid. Kal. Maias uolo) faciam &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

βοῶπις, bouis oculos habens.
25 παλινῳδίαν, contrarium cantum.
διβάφο, bis madefacta purpura.
σοφιστέυειν, studere litteris.
ἐπαγγέλλομαι ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, præ me fero me vlturum, quicunque prior molestus mihi fuerit.
30 Κικέρων, ὁ μικρὸς, ἀσπάζεται Τίτον ἀθηναῖον, Cicero paruulus salutat Titum Atheniensem.

CICERO ATTICO S. 10

a v. c. meam cōſtantiam:

Volo ames[a] conſtantiam meam: ludos Antii ſpectare non placet. Eſt enim ὑποσόλοικον, *quum velim uitare omnium delitiarum ſuſpicionem, repente* ἀναφαίνεσθαι *non ſolùm delicatè, ſed etiam ineptè peregrinantem. quare vſq. ad nonas Maias te in Formiano exſpectabo. Nunc fac, vt ſciam, quo die te viſuri ſimus. Ab Appii foro, hora[b] quarta. dederam aliam paullo antè à Tribus Tabernis. Vale.* 5

b L. IIII.

Verba Græca, Latinis expreſſa. 10

ὑποσόλοικον, ſubabſurdum.
ἀναφαίνεσθαι, apparere.

CICERO ATTICO S. 11

Nvarro tibi. planè relegatus mihi videor, poſteaquàm in Formiano ſum. dies enim nullus erat, Antii cùm eſſem, quo die non meliùs ſcirē, Romę quid ageretur, quàm ii, qui erant Romæ etenim litteræ tuæ non ſolùm quid Romę, ſed etiam quid in rep. neque ſolùm quid fieret, verùm etiam quid futurum eſſet, indicabant. Nunc, niſi ſi quid [1] ex prætereunte viatore exceptum eſt, ſcire nihil poſſumus. Quare quamquam iam teipſum exſpecto, tamen iſti puero, quem ad me ſtatim iuſſi recurrere, da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modò actorum, ſed etiam opinionum tuarum: ac diem, quo Roma ſis exiturus, cura vt ſciam. Nos in Formiano eſſe volumus vſque ad prid. nonas Maias. eò ſi ante eam diem non veneris, Romę te fortaſſe videbo. Nam Arpinum quid ego te inuitem? Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. οὔ τι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. *Hæc igitur. Cura, vt valeas.* 15 20 25 30

atti c

ANNOTATIONES.

1 ex prætereunte uiatore) sic habent codices Memmiani: & item Turnesianus, & Huraltinus. Nam plerique uulg. habent, ex præcedente, &c. minùs rectè.

Verba Græca, Latinis expressa.

5 Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. οὔτι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι, aspera, sed bona puerorum nutrix: nequaquam ego hac terra possim dulcius quicquam aspicere.

CICERO ATTICO S. 12

10 1 [a] *Negent illi Publium trib. pl. factũ esse. hoc verò regnũ esse ferri nullo pacto potest. emittat ad me Publius qui obsignẽt iurabo, Cn. nostrum, collegam Balbi, Antii mihi narrasse, se in auspicio fuisse. O suaueis epistolas tuas, vno tempore mihi datas duas*

15 *quibus ἀγγέλια quæ reddam, nescio. deberi quidem planè fateor. Sed vide συγκύρημα. emerseram commodè [b] ex Antio in Appiam ad Treis Tabernas, ipsis Cerealibus, cùm in me incurrit Roma ueniens Curio meus. ibidem illicò puer abs te cum epistolis. Ille*

20 *ex me, nihilne audißem noui. ego negare. Publius, inquit, tribunatum pl. petit. Quid ais? & inimicißimus quidem Cæsaris, & ut omnia, inquit, ista rescindat. Quid Cęsar, inquam? Negat, se quidquam de illius adoptione tulisse: deinde suum, Memmii, Metelli, Ne*

25 *potis expromsit odium. Complexus iuuenem, dimisi, properans ad epistolas. Vbi sunt [c] qui aiunt ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι; quanto magis vidi ex tuis litteris, quàm ex illius sermone, quid ageretur, de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, de lituis*

30 *βοώπιδος, de signifero Athenione, de litteris missis ad Cn. de Theophanis, Mẽmiique sermone? Quantã por*

rò

a L. Negent illi, Publium plebeium factum esse. Hoc verò regnum est: & ferri n. p. p.

b L. ex Antiati

c qui aiunt ζώσης φωνῆς quanto m.

rò mihi exſpectationem dediſti cõuiuii iſtius ἀσελγοῦς ſum in curioſitate ὀξύπεινος: ſed tamen facilè patior, te id ad me συμπόσιον non ſcribere: præſentem audire malo. Quòd me, vt ſcribam aliquid, hortaris: creſcit mihi quidem materies, vt dicis: ſed tota res etiam nunc fluctuat κατὰ ὀπώρην τραχὺς, quæ ſi [a] *deceſſerit: magis erunt iudicata quæ ſcribam. quę ſi ſtatim à me ferre non potueris: primus habebis tamen, & aliquandiu ſolus. Dicæarchum rectè amas. luculentus homo eſt, & ciuis haud paullo melior, quàm iſti noſtri ἀδικαίαρχοι. Litteras ſcripſi hora x.* [b] *Cerealibus, ſtatim, vt tuas legeram: ſed eas eram daturus, vt putaram, poſtridie ei,* [2] *qui mihi primus obuiam veniſſet. Terentia delectata eſt tuis litteris, & impertit tibi* [c] *multùm ſalutis, καὶ Κικέρων, ὁ φιλόσοφος, τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται.*

a L. deſederit:

b al. Cerialibus,

c v c. multã ſalutem,

ANNOTATIONES.

1 Negent illi, Publium plebium &c) hæc eſt antiqua & recta ſcriptura, quam in codice Turneſ. expreſſam reperi. nam neq. vulgata, neq. ea, quam Vict. ſecutus eſt, ferri poteſt. ſic autem ille edidit ex illo ſuo codice, quem immeritò tantopere commendat. Negent illi Publium tribun. pleb. factum eſſe. Hoc uerò regnum eſſe, ferre nullo pacto potes.

2 qui mihi primus obuiàm ueniſſet,) codices Memmiani habent, qui mihi primùs obueniſſet. Turneſ. autem, lectionem vulgatam retinet, obuiàm veniſſet. Paulo antè eadem epiſt. idem liber habet, deceſſerit, vbi vulg. habent, deſederit.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

εὐαγγέλια, boni nuncij.
συγκύρημα, caſum.
ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι, viuam vocem magis afficere.
ἀσελγοῦς, intemperantis.
ὀξύπεινος, famelicus, auidus cibi.

κατὰ

κατὰ ὀπώρην τραχύς, autumno asper.
ἀδικαίαρχοι, qui non amant Dicæarchum.
καὶ Κικέρων, ὁ φιλόσοφος, τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζε-
Cicero philosophus Titum salutat reip. deditū. (ται:

5 CICERO ATTICO. S. 13

Facinus indignum: epistolam αὐθωρεὶ *tibi à Tribus Tabernis rescriptam ad tuas suauissimas epistolas, neminem reddidisse? At scito, eum fasciculum,*
10 *quò illam conieceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego dederam, & ad me in Formianum* [a] *relatum esse. Itaque tibi tuam epistolam iussi referri, ex qua intelligeres, quàm mihi tum illæ gratę fuissent. Romæ quòd scribis sileri, ita putabam. at hercule in agris non*
15 *siletur: nec iam ipsi agri regnum uestrum ferre possunt. si uerò in hanc* τηλέπυλον *ueneris* λαιστρυγονίην, *(Formias dico) qui fremitus hominum? quàm irati animi? quanto in odio noster amicus Magnus? cuius cognomē unà cùm Crassi Diuitis cognomine consenescit. Cre-*
20 *das mihi velim: neminem adhuc offendi, qui hęc tam lentè, quàm ego fero, ferret. Quare mihi crede,* φιλοσοφῶμεν. *iuratus tibi possum dicere, nihil esse tanti. Tu, si litteras ad Sicyonios habes, aduola in Formianum, unde nos pr. nonas Maias cogitamus. Vale.*

[a] L relatum fuisse.

25

Verba Græca, Latinis expressa.

αὐθωρεὶ, ipsa illa hora.
τηλέπυλον λαιστρυγονίην, magnam vrbē Lęstrigoniam.
30 φιλοσοφῶμεν, philosophemur.

hunc locum sic lego: Et tamen illud probem? magnum quid aggrediamur, & multæ cogitationis, atque otij quomodo & in codice Turnesian. scriptum est. Et verò longè facilior esset totus hic locus, si ita legeretur, ut conijciebat Petr. Faber Aruernus Castill. homo perquàm eruditus, & ingeniosus. Et tuum illud probem? &c.

5 *Verba Græca, Latinis expreßa.*

εὐανατρέπτους. quæ facile possunt euerti.
ἐντυραννεῖσθαι, sub tyranno esse.

CICERO ATTICO S. 15

10 *VT scribis, ita video. non minus incerta in rep. quàm in epistola tua. sed tamen ista ipsa me varietas sermonum, opinionumque delectat. Romæ enim videor eße, cum tuas litteras lego, & , vt fit in tantis rebus, modò hoc, modò illud audire. illud tamen expli*
15 *care non poßum, quidnam*[a] *inueniri possit, nullo recusante, ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista magnitudo animi in comitiorum dilatione, quid habet, nisi ipsius iudicium, sine vlla correctione reip.? nimirum in Publio spes est. fiat, fiat tribunus pl. si ni-*
20 *hil aliud, vt eo citius tu ex Epiro reuertare. nam, vt illo tu careas, non video poße fieri: præsertim si mecũ aliquid volet disputare. Sed id quidem nõ dubium est, quin, si quid erit eiusmodi, sis aduolaturus. Verùm, vt hoc non sit,*[1] *tamen seruet remp. Præclarum spe-*
25 *ctaculum mihi propono, modò te confeßore spectare liceat. Cùm hæc maximè scriberem, ecce tibi Sebosus: (nondum planè ingemueram) Salue, inquit Arrius. hoc est Roma decedere? quos ego homines effugi, cùm in hos incidi? Ego verò in monteis patrios, & ad incu-*
30 *nabula nostra pergam: denique, si solus non potuero, cum rusticis potius, quàm cùm his perurbanis: ita tamen*

[a] L. inuenire

men, vt, quoniam tu certi nihil scribis, in Formiano tibi prestoler vsque ad III. nonas Maias. Terentiæ pergrata est assiduitas tua, & diligentia in cõtrouersia Muluiana. nescit omnino te communẽ causam defendere eorum, qui agros publicos possideant. sed tamen tu aliquid publicanis pendis: hæc etiam id recusat. Ea tibi igitur, & Κικέρων, ἀριστοκρατικώτατος παῖς, *salutem dicunt.* 5

ANNOTATIONES.

1 tamen seruet remp.) nihil hæc scriptura sincerius, meo quidem iudicio. sed codex Turnes. suspicionem mihi commouet, in quo ita scriptum est, tamen seruetget remp. quod quid sibi velit, quæro. Victorius, suum scilicet codicem secutus, edidit, sique ruet remp. 10

Verba Græca, Latina expreßa.

Κικέρων, ἀριστοκρατικώτατος παῖς, Cicero optimatum studiosissimus puer. 15

CICERO ATTICO S. 16

CEnato mihi, & iam dormitanti prid. Kalendas Maias, epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis. Quid quæris? [a]primò ita me pupugit, vt somnum mihi ademerit: sed id cogitatione magis, quàm molestia. Cogitanti autem hæc ferè succurrebant. primùm ex eo, quòd superioribus litteris scripseras, ex familiari te illius audiße, prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret. maius aliquid timueram. hoc mihi eiusmodi non videbatur. deinde, vt me ego consoler, omnis expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum videtur eße deriuata: qui ager, vt dena iugera sint, non amplius hominũ quinque milia poteſt sustinere. reliqua omnis multitudo ab illis ab alienetur, neceße est. Præterea, si vlla res eſt, quæ 20 25 30

a al. primũ

bonorum

bonorum amicos, quos iam video eſſe commotos, vehementius poſſit incendere, hæc certè eſt, & eo magis, quòd, portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, pręter[a] viceſimā? quæ mihi videtur vna contiuncula, clamore pediſſequorum noſtrorum eſſe peritura. Cnæus quidem noſter iam planè quid cogitet, neſcio. φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι, φορβειᾶς ἄτερ: qui quidem etiam iſtuc adduci potuerit. nam adhuc[b] hoc ἐσοφίζετο, [1] Se leges Cęſaris probare: actiones ipſum præſtare debere: agrariam legē ſibi placuiſſe: potuerit intercedi, necne, nihil ad ſe pertinere: de rege Alexandrino, placuiſſē ſibi aliquando confici: Bibulus de cælo tū ſeruaſſet, necne, ſibi quærendū non fuiſſe de publicanis voluiſſe illi ordini cōmodare:[c] quidquid futurū fuerit, ſi Bibulus tum in forum deſcendiſſet, ſe diuinare nō potuiſſe. nunc verò Sāpſiceramе, quid dices? Vectigal te nobis in monte Antilibano conſtituiſſe, Agri Campani abſtuliſſe? Quid? hoc quemadmodum obtinebis? Oppreſſos vos, inquit, tenebo exercitu Cæſaris. Non mehercule me tu quidem tam iſto exercitu. quàm ingratis animis eorum hominum, qui appellantur boni: qui mihi non modò præmiorum, ſed nc ſermonum quidem vnquam fructum vllum, aut gratiam retulerunt. Quòd ſi in eam me partem incitarem: profectò iam aliquam reperirem reſiſtendi viam. nunc prorſus hoc ſtatui, vt, quoniam tanta controuerſia eſt Dicæarcho, familiari tuo, cum Theophraſto, amico meo, vt ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longè omnibus anteponat: hic autem τὸν θεωρητικόν: vtrique à me mos geſtus eſſe videatur. puto enim me Dicæarcho affatim ſatisfeciſſe.

[a] v c. viceſimam?
[b] L. hæc
[c] L. quid futurum f.

se. Respicio nunc ad hanc familiā, quæ mihi non modò, ut requiescam, permittit: sed reprehendit, quia non semper quierim. Quare incumbamus, ò noster Tite, ad illa preclara studia: & eò, vnde discedere nō oportuit, aliquando reuertamur. Quod de Q. fratris epistola scribis, ad me quoque fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν. *Quid dicam, nescio. Nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, vt quemuis mouere possit. ita rursus remittit, vt me roget, vt annaleis suos emēdem, & edam. Illud tamen, quod scribit, animaduertas velim, de portorio circumuectionis. ait se de consilii sententia, rem ad senatum reiecisse. nondum videlicet meas litteras legerat. quib. ad eum, re consulta, & explorata, perscripseram, non deberi. Velim, si qui Greci iam Romam ex Asia de ea causa venerunt, videas, &, si tibi videbitur, iis demonstres, quid ego de ea re sentiam. Si posium discedere, ne causa optima in senatu pereat: ego satisfaciam publicanis* εἰ δὲ μή: *(verè tecum loquar) in hac re malo vniuersæ Asię, & negociatoribus. nam eorum quoque vehementer interest. Hoc ego sentio valde nobis opus esse Sed tu id videbis. Quęstores autem, quæso, num etiam de cistophoro dubitant? Nam, si aliud nihil erit, cum erimus omnia experti, [a]ego illud ne quidem cōtemnam, quod extremum est. Te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti. Vale.*

a L. ego ne illud quidē cont.

ANNOTATIONES.

1 se leges Cęsaris probare.) sic legendnm est, & ita habet codex Turnesia. nisi quòd videtur esse scriptum, si leges, pro, se leges, quod fortassis induxit Petr. Victorium, ut edendum curaret, si leges Cæsaris probaret: quod ferri non potest.

φυσᾶ

Verba Græca, Latinis expressa.

φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι, φορβειᾶς ἄτερ. inflat enim non paruis tibiolis amplius, sed agrestibus follibus sine capistro.

5 ἐσοφίζετο, cauillabatur, malitiose cogitabat.

τὸν πρακτικὸν βίον, vitam actiuam.

τὸν θεωρητικὸν, contemplatiuam.

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ, ante leo, post verò.

εἰ δὲ μή, si vero non.

10 CICERO ATTICO. S. 17

PRorsus, vt scribis, ita sentio. [a] *turbatur Sampsiceramus. nihil est, quod non timendum sit.* ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται. *Quid enim ista repẽtina affinitatis coniunctio? quid ager Campanus? quid*
15 *effusio pecuniæ significant? quę si essent extrema,* [b] *tamen esset nimium mali: sed ea natura rei est, vt hęc extrema esse non possint. Quid enim eos hæc ipsa per se delectare possunt? numquam huc venissent, nisi ad alia res pestiferas aditus sibi compararent. Dii im-*
20 *mortales! Verùm, vt scribis, hæc in Arpinati* [c] *ad VI. circiter Id. Maias non* [d] *desleamus, ne & opera, & oleum philologiæ nostrę perierit, sed* [e] *conferamus tranquillo animo. neque tam me* δυσελπιστία *consolatur, ut antea, quàm* ἀδιαφορία: *qua nulla in re*
25 *tam vtor, quàm in hac ciuili, & publica. Quinetiam, quod est subinane in nobis, & non* ἀφιλόδοξον *(bellum est enim sua vitia nosse)* [f] *id afficitur quadam delectatione. Solebant enim me pungere, ne Sampsicerami merita in patriam ad annos sexcentos*
30 *maiora viderẽtur, quàm nostra. Hac quidem cura certè iã vacuus sũ.* [g] *iacet.n. ille sic, vt Phocis Curiana*

[a] L. turbat Sampſ.

[b] al. tamen non esset nimium mali?

[c] a.d. vi.

[d] L. deflebimus,

[e] L. conferemus tr.

[f] L. id afficit me quadam d.

[g] L. iacent enim illa. hæc sic, ut focus Curianus, stare videntur.

stare videatur. Sed hæc coram. Tu tamen videris mihi Romæ fore ad nostrum aduentum. quod sanè facilè patiar, si tuo commodo fieri possit. sin, vt scribis, ita uenies: velim è Theophane expiscère, quónam in me animo sit [3] Arabarches. [4] quæres scilicet κατὰ τὸ κηδεμονικὸν, *& ad me ab eo quasi* ὑποθήκας *afferes. quemadmodum me geram, aliquid ex eius sermone poterimus* περὶ τῆς ὅλων *suspicari. Vale.* 5

ANNOTATIONES.

1 Id afficit me quadam delectatione.) sic reposui, leui immutatione facta: quamquam nonnulli reponunt: His afficimur quadam delectatione: quod nec displicet. 10

2 Iacent enim illa. hæc sic, vt focus Curianus, stare uidentur.) sic edendum curaui, Malaspinæ coniecturam secutus: qua, meo iudicio, nihil ad huius loci sententiam accommodatius reperiri, aut excogitari potest. Itaque libenter ex P. Victorio Florentino quæram, qui in Malaspinam Florentinum tam iniquus est, probet ne an improbet. si probat: ergo non omnes Malaspinæ coniecturæ malæ sunt. si improbat: aut excogitet meliorem, aut fateatur, se. sed reprimam me. 15

3 Arabarches) Alabarches esse legendum, libris omnibus inuitis, probat Cuiatius, lib. 8. XXXVII. est autem alabarches, ut docet ille, magister scripturæ. ἄλαβα atramentum, quo scribimus, seu scriptura. vectigal alabarchiæ, est quod ob traductionem pecorum impenditur. Sic autem Pompeium appellat, qui talia uectigalia in Syria populo Ro. quæsierat, irridens. quasi rem non magnam, neque magna laude dignam gesserit. 20

4 quæres scilicet κατὰ) legendum vt habent quidam libri veteres: scilicet, vt soles, κατὰ &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται, sine dubio tyrannidem simul fabricat. 25

εὐελπιστία, bona spes.

ἀδιαφορία, quod nihil interesse puto.

ἀφιλόδοξον, ambitione vacans.

κατὰ τὸ κηδεμονικὸν, curiosè.

ὑποθήκας, documenta, præcepta. 30

περὶ τῶν ὅλων, de summa rerum.

CICE-

CICERO ATTICO S. 18

ACcepi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi, quàm suspenso animo, & sollicito, scire aueres, quid esset noui. Tenemur vndiq., neq; iã, quo minus seruiamus, recusamus. sed mortem, & eiectionem, quasi maiora, timemus: quæ multo sunt minora, atque hic status: qui una uoce omnium gemitur, neque uerbo cuiusquam subleuatur σκοπὸς est, ut suspicor, [1] illis, qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere, vnus loquitur, & palàm aduersatur adolescens Curio, huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, signa præterea [a] beneuolentiæ permulta à bonis impertiuntur. [b] Fusium clamoribus, & conuiciis, & sibilis consectantur. His ex rebus non spes, sed dolor est maior: cùm videas ciuitatis voluntatem solutam, virtutem alligatam. Ac, ne fortè quæras κατὰ λεπτὸν de singulis rebus, vniuersa res est eò deducta, spes vt nulla sit, aliquando non modò priuatos, verùm etiam magistratus, liberos fore. [c] Attamen in oppressione sermo in circulis duntaxat, & in conuiuiis est liberior, quàm fuit. vincere incipit timorem dolor: sed ita, vt omnia sint plenissima desperationis. Habet etiam Campana lex exsecrationem in coitione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur, atque vt ex legibus Iuliis. Non dubitant iurare ceteri. Laterensis existimatur [d] rectè fecisse, quòd tribunatum pl. petere destitit, ne iuraret. Sed de rep. non libet plura scribere, displiceo mihi, nec summo scribo dolore. Me tueor, vt oppressis omnibus, non demissè: vt tantis rebus gestis, parum fortiter. A Cæsare valde liberaliter inui-

a v. c. beniuolentiæ
b L. Fufium.
c v. c. ac tamen fort. Hac tamen
d L. Laterè

tor in legationem illam, sibi vt sim legatus: atque etiam libera legatio voti causa datur. sed hæc, & præsidii [1] [a] *apud furorem Pulchelli non habet satis, & à fratris aduentu me ablegat: illa & munitior est, & nõ impedit, quo minus adsim, cùm velim.* [b] *hanc ego teneo, sed vsurum me non puto, neque tamen scit quisquam. non libet fugere,* [c] *aueo pugnare, magna sunt hominum studia: sed nihil affirmo: tu hæc silebis. De Statio manumißo, & nonnullis aliis rebus, angor equidem: sed iam prorsus occallui. Tu, vellem ego, & cuperem, adesses: nec mihi consilium, nec consolatio deeßet. sed ita te para, vt, si inclamaro, aduoles. Vale.* 5 10

a L. apud pudorem Pulch.
b al. & hanc
c v.c. ab eo

ANNOTATIONES.

1 illis, qui tenent) id est, illis, qui rerum potiuntur. τοῖς κρατοῦσι. 15

2 apud pudorẽ pulchelli.) Non potui tot librorũ ueterũ & Italicor', & nostratium, Mẽmianorũ dico, & Huraltini, & Turnesi. consensum negligere: qui omnes habent, pudorem, pro quo uulgati, furorem: quod ab ijs substitutum puto, qui, pudorem, non uiderint εἰρωνικῶς, seu κατὰ ἀντίφρασιν, aut κατὰ σαρκασμὸν dictum.

Verba Græca, Latinis expressa. 20

σκοπὸς, scopus.

κὰι λεπτὸν, minutatim.

CICERO ATTICO S. 19

M*Vlta me sollicitant, & ex reip. tanto motu, & ex his periculis, quæ mihi ipsi intenduntur, & sexcenta sunt. sed mihi nihil est molestius, quàm Statium manumissum.* nec merum imperium. [a] ac mitto imperium. non [b] simultatem meam reuereri saltem? *nec, quid faciam, scio, neque tantum est in re, quantus est sermo. Ego autem ne irasci* [c] *quidem poßum iis, quos valde amo: tantùm doleo ac mirificè* 25 30

a L. agem.
b v.c. simultatem
c L. possum quidem

.vificè quidem. Cetera in magnis rebus, minæ Clodii,
contentionesque, quæ mihi proponuntur, modicè me
tangunt. etenim vel subire eas videor mihi summa cũ
dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Di-
5 ces fortaße, Dignitatis ἅλις, tanquam δρυός. saluti, si
me amas, consule. Me miserum, cur non ades? nihil te
profectò præteriret. Ego fortasse τυφλώττω, & ni-
mium τῷ καλῷ προσπέπονθα. Scito [a] nihil vmquã fuis-
se [1] [b] tam infame, tam turpe, [2] [c] tam peræquè omni-
10 bus generibus, ordinibus, ætatib. offensum, quàm hunc
statum, qui nunc est: magis mehercule, quàm vellem,
non modò quàm putarem. Populares isti iam etiam
modestos homines sibilare docuerunt, Bibulus in cæ-
lo est: nec, quare, scio: sed ita laudatur, quasi
15 vnus homo nobis cunctando [d] restituit rem.
Pompeius, nostri amores, quod mihi summo dolori
est, ipse se afflixit. neminem [e] tenet. voluntate, an
metu necesse sit iis vti, vereor. Ego autem neque pu-
gno cum illa causa propter illam amicitiam: neq. ap-
20 probo, ne omnia improbem, quæ antea gessi. Vtor via.
populi sensus [3] maximè in theatro, & spectaculis
perspectus est. Nam Gladiatoribus, quà dominus, quà
aduocati, sibilis conscissi. Ludis Apollinaribus Di-
philus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter in-
25 uectus est. Nostra miseria tu es Magnus. millies coa-
ctus est [f] dicere. eandem virtutem istam veniet
tempus cum grauiter gemes. Totius theatri
clamore dixit, itemque cetera. Nam & eiusmodi sunt
ii versus, vt in tempus ab inimico Pompeii scripti esse
30 videantur. Si neque leges, neque mores cogunt, & ce-
tera, magno cum fremitu, & clamore sunt dicta.

a v. c. nil
b al. tam denique
c al. putaram.
d al. restituat
e v.c. tenent
f al. dicere eadem. Virtutem ist. al. dicere-- Virtutem ist.

Cæſar cùm veniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſecutus. Huic ita plauſum eſt, vt ſalua rep. Pompeio plaudi ſolebat. Tulit Cæſar grauiter. litteræ Capuam ad Pompeium volare dicebantur. inimici erant equitibus, qui Curioni ſtantes plauſerant: hoſtes omnibus. 5 *Roſciæ legi, etiam frumentariæ, minitabantur. Sanè res erat perturbata. Equidem malueram, quod erat ſuſceptum ab illis, ſilentio tranſire: ſed uereor, ne non liceat. non fuerunt homines, quod videtur eſſe tamen ferendum. Sed eſt iam vna vox omnium magis odio* 10 *firmata, quàm præſidio. Noſter autem Publius mihi minitatur, inimicus eſt, impendet negotium: ad quod tu ſcilicet aduolabis. uideor mihi noſtrum illum conſularem exercitum bonorum omnium, etiam ſatis bonorum, habere firmiſſimum. Pompeius ſignificat* 15 *ſtudium erga me non mediocre. idem affirmat, uerbum de me illum non eſſe facturum. in quo nō me ille fallit, ſed ipſe fallitur. Coſconio mortuo, ſum in eius locum inuitatus. id erat uocari in locum mortui. Nihil me turpius apud homines fuiſſet: neq. uerò ad iſtā* 20 *ipſam ἀσφάλειαν quidquam alienius. Sunt enim illi apud bonos inuidioſi. ego apud improbos meam retinuiſſem inuidiam, alienam adſumſiſſem. Cæſar me ſibi* [a] *uellet eſſe legatum. honeſtior hæc declinatio periculi, + ſed ego hoc* [b] *non repudio. Quid ergo eſt? pugnare malo. nihil tamen certi. Iterum dico, utinam adeſſes: ſed tamen, ſi erit neceſſe, arceſſemus. Quid aliud? quid? hoc, opinor. certi: ſumus periſſe omnia. Quid enim ἀκκιζόμεθα tam diu? Sed hæc ſcripſi properans, & mehercule timidè. Poſthac ad te, aut, ſi perfidelem habebo, cui dem, ſcribam planè omnia: aut, ſi obſcurè* 25 30

a v. c. uolet fort. volt
b L. nunc repudio.

ſcurè ſcribam, tu tamen intelliges. In his epiſtolis me Lælium, te Furium faciam: cetera erunt ἐν αἰνιγμοῖς. *Hic Cæcilium colimus, & obſeruamus diligenter. Edicta Bibuli audio* [a] *ad te miſſa. his ardet dolore, &*
5 *ira noſter Pompeius. Vale.*

[a] al. ad te eſſe miſſa.

ANNOTATIONES.

1 tam infame,) hæ duæ voces abſunt à codice Turneſiano.
2 tam peræquè) codex Turneſianus habet, tam peræqui. hoc tãtum diſſimilitudinis in eo reperi, quod idcirco adſcripſi, quòd Malaſpina teſtatur, in omnibus manuſcr. quos conſuluit, ſcriptum eſſe, tam deniq;.
10 3 ſed ego hoc nunc repudio,) ſic legendum, vt ingenioſè coniecit, Petr. Faber Aruern. Caſtill. Sępe autem animaduerti, in libris manuſcript. ſcriptum eſſe, non, pro, nunc. & contrà.

Verba Græca Latinis expreſſa.

ἅλις δρυός, ſatis eſt quercus. i. glandium.
τυφλώττω, & nimium.
15 τῷ καλῷ προσπέπονθα, cęcutio, & nimium erga honeſtum ſum affectus.
ἀσφάλειαν, ſecuritatem, cautionem, uitam in tuto poſitam.
ἀκκιζόμεθα, diſſimulamus.
ἐν αἰνιγμοῖς, obſcure dictis.

20 CICERO ATTICO S. 20

ANicato, vt te vellem intellexeram, nullo loco deſui Numeſtium ex litteris tuis ſtudioſè ſcriptis libenter in amicitiam recepi: Cęcilium, quibus rebus poſſum, tueor diligenter: Varro ſatisfacit no-
25 *bis: Pompeius amat nos, caroſque habet. Credis, inquies? Credo. prorſus mihi perſuadet. ſed quia, vt video, pragmatici homines* [a] *omnib. hiſtoricis præceptis, verſibus deniq. cauere iubent, & vetant credere: alterum facio, vt caueam: alterum, vt non credam, fa-*
30 *cere non poſſum. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum: Pompeius affirmat non eſſe periculum, adiu-*

[a] al. omnibus hiſtorijs, pręcep.

rat: addit etiam, se prius [a] *occisum iri ab eo, quàm me violatum iri. Tractatur res. simul quid erit certi, scribam ad te. si erit pugnandum arcessam ad societatem laboris. si quis dabitur: ab Amalthea te non commouebo. De rep. breuiter ad te scribam. iam enim, charta ipsa ne nos prodeat, pertimesco. itaq. posthac si erunt mihi plura ad te scribenda* ἀλληγορίαις *obscurabo. Nunc quidem nouo quodam morbo ciuitas moritur, vt cùm omnes ea, quæ sunt acta, improbent, querantur, doleant, varietas in re nulla sit, aperteque loquantur, & iam clarè gemant: tamen medicina nulla afferatur.* [1] *neq. enim resisti sine* [b] *internecione posse arbitramur: nec videmus, qui finis cædendi, præter exitium, futurus sit. Bibulus hominum admiratione, &* [c] *beneuolenti in cœlo est. edicta eius, & conciones describunt, & legunt. nouo quodam genere in summam gloriam venit. populare nunc nihil tam est, quàm odium popularium. Hæc quo sint eruptura, timeo. sed, si dispicere quid cœpero, scribam ad te apertius. tu, si me amas tantum, quantum profectò amas, expeditus facito vt sis: si inclamaro, vt accurras. sed do operam, & dabo, ne sit necesse. Quòd scripseram, te Furium scripturum: nihil necesse est tuum nomen mutare. me faciam Lælium, & te Atticum: neq. vtar meo chirographo, neque signo, si modò erunt eiusmodi litteræ, quas in alienum incideret nolim. Diodotus mortuus est. reliquit nobis HS.* *fortasse* [d] *centies. Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diē XV. kalendas Nouembr. distulit. A Vibio libros accepi. Poeta ineptus:* [e] *nec tamen scit nihil, & est non inutilis. describo, & remitto. Vale.*

a v.c. occisu iri

b al. internicione

c v. c. beniuolentia;

d al. centum milia.

e v. c. & tamen scit nil. sed est non in.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 neque enim resisti sine internecione, &c.) internecio, uel, ut apud Festum scriptum est, internectio, vitæ priuatio appellatur, & interfectio, à nece denominato uocabulo, inquit ille. hoc ideò adscripsi, quòd quidam non inductus existimabat uel omnibus, vel plerisque in locis, ubi uulgati codices, atque etiam
5 manuscripti habent, internecio, & internecione, legendum esse, interitio, & in teritione, quo modo ego codicibus omnibus antiquis auctoribus, accus. lib. 3. emendaui. Verùm non si interitio eo, quem dixi, loco legendum est, idem de ceteris sentiendum. Nam, ut de hoc loco, quem habemus in manibus, maximè dicam, hoc liquidò confirmo cùm in codicibus omnibus antiquis, tum in Turnesiano planè scriptum esse, internecione,
10 non interitione. Quare de huius quidem loci ueritate non est dubitandum. Sed unus est in oratione pro lege Manilia, non immeritò in controuersiam reuocandus, propter scripturæ uarietatem, quæ in libris antiquis reperitur, quamuis de ea in ijs, quæ ad orationem illam annotata à nobis sunt, lectorem olim non admonuerim. Quod non mea, sed operarum culpa factum est, qui, ut multa alia, ita hoc membrum quoque per incuriam prætermiserunt: neq. ego prætericum esse priùs animaduerti, quàm
15 tomi secundi impressio confecta, atque absoluta est. Quod igitur suo loco, ut debuit, & ut uolumus, positum non est, nos hic alieno inculcabimus, ut lector serò quidem, sed aliquando tamen, intelligat, quid de illo loco sentiamus Primùm igitur uerba illius orationis, quæ iudicamus, hæc sunt, ut quidem edidimus, editionem Manutianam secuti: testis est Gallia, per quã legionibus nostris in Hispaniam iter, Gallorum internicione pa-
20 tefactum est. Ad hunc locum iusseram hæc annotari, libri complures ueteres habent partim, intentione, partim, interemtione, seu, interemptione: quam posteriorem scripturam præ se ferunt, & retinent nonnulli uulgati. Vnde ego suspicabar, ueram esse lectionem, interemptione. quamuis eam reiecerit Hotomanus neque est quòd quiquam hanc uocem improbet, vt minùs Latinam. Qui enim minùs proba analogia est nominis uerbalis interemtio à uerbo interimo, quàm horum nominum em-
25 tio, & redemptio, & ademtio, & similium à uerbis emo, redimo, adimo, & similibus? Sed cùm in uno item uetere codice è bibliotheca Diui Victoris scriptum reperissem, Gallorum internecione, aut ne mentiar, internicione, ego, interemtione damnaui: &, internecione, quemadmodum edidit Manutius retinui. si quis tamen illud, internicione, corruptum esse putabit, & legendum, interitione, contendet, non repugnabo.

30 *Verba Græca, Latinis expressa.*

ἀλληγορίαις, allegorijs.

CICERO ATTICO. S. 21

De rep. quid ego tibi subtiliter? tota periit: atque hoc est miserior, quàm reliquisti, quòd tum videbatur eiusmodi dominatio ciuitatē oppressisse, quæ iucunda esset multitudini: bonis autem ita molesta, vt tamen sine pernicie. nunc repentè tāto in odio est omnibus, vt, quorsum eruptura sit, horreamus. nam iracundiam, atque intemperantiam illorum sumus experti, qui Catoni irati, omnia perdiderunt. sed ita lenibus vti videbantur venenis, vt posse videremur sine dolore interire. nunc verò sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italię, uereor, ne exarserint. Equidem sperabam, ut sæpe etiam loqui tecum solebam, sic orbem reip. esse conuersum, ut uix sonitum audire, uix impressam orbitam uidere possimus: & fuisset ita, si homines transitum tempestatis exspectare potuissent. sed cùm diu occultè suspirassent: iam gemere, ad extremum uerò loqui omnes, & clamare cœperunt. Itaque ille amicus noster, insolens infamiæ, semper in laude uersatus, circunfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò se conferat, nescit. progressum præcipitem, inconstantem reditum uidet: bonos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. Ac uide mollitiem animi. non tenui lacrymas, cùm illum ante VIII. Kalendas Sext. uidi de edictis Bibuli contionantem, qui antea solitus esset iactare se magnificentissimè illo in loco, summo cum amore populi cunctis fauentibus: Vt ille tum humilis, ut demissus erat! ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat! O spectaculum uni Crasso iucundum, ceteris non item. nam quia deciderat ex astris,

lapsus

lapsus potius, quàm progressus uidebatur. Et, ut Apelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum cœno oblitum uideret, magnum, credo, acciperet dolorem: sic ego hunc omnibus à me pictum, & politum artis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore uidi. quamquam nemo putabat, propter Clodianum negotium, me illi amicum esse debere: tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset iniuria. Itaq. Archilochia in illum edicta Bibuli, populo ita sunt iucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, præ multitudine eorum, qui legunt, transire [a] *nequeamus: ipsi ita acerba, ut tabescat dolore: mihi mehercule molesta, quòd & eum, quem semper dilexi, nimis excruciant: & timeo, tam uehemens uir, tamque acer in ferro, & tam insuetus contumeliæ, ne omni animi impetu, dolori & iracundię pareat. Bibuli qui sit exitus futurus, nescio. ut nunc res se habet, admirabili gloria est. qui cùm comitia in mensem Octobr. distulisset, quòd solet ea res populi uoluntatem offendere, putarat Cæsar oratione sua posse impelli contionem, ut iret ad Bibulum. multa cùm seditiosissimè diceret, uocem exprimere non potuit. Quid quęris? sentiunt, se nullam ullius partis uoluntatem tenere. eo magis uis nobis est timenda. Clodius inimicus est nobis. Pompeius confirmat, eum nihil esse facturum contra me. mihi periculosum est credere. ad resistendum me paro. studia spero me summa habiturum omnium ordinum. Te cùm ego desidero, tum uerò res ad tempus illud uocat. plurimum consilii, animi pręsidii denique mihi, si te ad tempus uidero, accesserit. Varro* [b] *satis mihi facit. Pompeius loquitur diuinitus.*

[a] al. nequeant.

[b] L. mihi satisfacit.

diuinitus. [1] *spero nos aut cum summa gloria, aut certè sine molestia discessuros. Tu quid agas, quemadmodum te oblectes, quid cum Sicyoniis egeris, vt sciam, cura. Vale.*

ANNOTATIONES. 5

1 spero nos aut cum summa gl.) libri veteres habent, spero nos aut certè cum summa glor. aut etiam sine mol.

CICERO ATTICO S. 22

a L. Romæ mansisses? vt mãsisses profectò,

QVàm vellem[a] *Romæ mansisse! quod egisses profectò, si hæc fore putaßemus. nam Pulchellum nostrum facillimè teneremus, aut certè, quid esset facturus, scire poßemus. nunc se res sic habet. volitat, furit, nil habet certi, multis denũtiat: quod fors obtulerit, id* [b] *acturus videtur. Cum videt, quo sit in odio status hic rerum, in eos, qui hæc egerunt, impetum facturus videtur. cùm autem rursus* [c] *opes, & vim exercitus recordatur: conuertit se in nos. nobis autem ipsis cùm vim, tum iudicium minatur. Cum hoc Pompeius egit, &, vt ad me ipse referebat, (aliũ enim habeo neminem testem) vehementer egit, cùm diceret, in summa se perfidiæ, & sceleris infamia fore, si mihi periculum crearetur ab eo, quem ipse armaßet,* [d] *quem plebeium fieri* [e] *passus esset: sed fidem recepisse sibi & ipsum. & Appium de me. hanc si ille non seruaret, ita laturum, vt omnes intelligerẽt, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse. Hæc & in eam sententiam cùm multa dixisset: aiebat, illum primò sanè diu multa cõtrà: ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse, nil se contra eius voluntatem esse facturum. sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrimè loqui. quod si non faceret, tamen ei nibil crede-*

b fort. facturus

c L. opes eorum, cum exerc. al. opes eorum, nim, exerc.

d v. c. cùm pleb.

e L. passus esset: fidem dedisse sibi & ips.

10 15 20 25 30

crederemus, atque omnia sicut facimus, pararemus. Nunc ita nos gerimus, ut in dies singulos, & studia in nos hominum, & opes nostræ augeantur. Remp. nulla ex parte attingimus. in caussis, atque in illa opera nostra forensi, summa industria uersamur. quod egregiè non modò iis, qui vtuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. domus celebratur: occurritur: renouatur memoria consulatus: studia significantur: in eam spem adducimur, vt nobis ea contentio, quæ impendet, interdum non fugienda uideatur. Nunc mihi & consiliis opus est tuis, & amore, & fide. quare aduola. expedita mihi erunt omnia, si te habebo. Multa per Varronem nostrum agi possunt: quæ, te [a] urgente, erunt firmiora. multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, quę tibi occulta esse non poterunt: multa etiam: sed absurdum est singula explicare, cùm ego requiram te ad omnia. Vnum illud tibi persuadeas velim, omnia mihi fore explicata, si te uidero. sed totum est in eo, si antè, quàm ille ineat magistratum. Puto Pompeium Crasso urgente si tu aderis, qui per [b] βοώπιδα ex ipso [c] intelligere possis, qua fide ab illis agatur, nos aut sine molestia, aut certè sine errore futuros. Precibus nostris, & cohortatione, non indiges. quid mea voluntas, quid rei magnitudo postulet, [d] intelligis. De rep. nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium in eos, qui tenent omnia. mutationis tamen spes nulla. sed, quod facilè sentias, tædet ipsum Pompeium, uehementerq́. [e] pœnitet. Non prouideo satis, quem exitum futurum putem, sed [f] certò uidentur hæc aliquò eruptura. Libros Alexandri, negligentis hominis,

a v.c. vrguente,
b v.c. βοῶπιν
c v.c. intellegere
d v.c. intellegis.
e v.c. pænitet.
f L. certè

nis, & non boni poetæ, ſed tamen non inutilis, tibi remiſi. Numerium Numeſtium libenter accepi in amicitiam. & hominem grauem, [a] *& prudentem, & dignum tua commendatione cognoui. Vale.*

ANNOTATIONES.

1 Quàm vellem Romæ manſiſſes, vt manſiſſes profectò, &c.) Cùm viderem neque in codicibus Memmianis eſſe, quod egiſſes, neque in ceteris noſtratibus: audiremque neque in Italicis eſſe: ego ſic edendum curaui, nempe, vt verbum, manſiſſes, bis ponatur, hoc modo: Quàm vellem Romæ manſiſſes! vt manſiſſes profectò, hac ratione fretus. Cùm ſcriptor librarius ita ſcriptum in exemplari, vnde deſcribebat, haberet: Quàm vellem Romæ manſiſſes! ut manſiſſes profectò, &c. quo modo edidimus: à priore, manſiſſes, ad poſterius tranſijt, & ita deſcripſit: Quàm vellem Romæ manſiſſes profectò Quod cùm lector aliquis mendoſum eſſe, facilè ſenſiſſet: neque, ubi mendum eſſet, perſpexiſſet, ita emendandum putauit: Quàm vellem Romæ manſiſſes? quod egiſſes profectò. planè ineptè, atque impolitè. Dixiſſet enim potiùs, quòd feciſſes, &c.

2 fidem dediſſe ſibi & ipſum, &c.) Hunc locum miror ab eorum nemine, qui has epiſtolas explicarunt, eſſe emendatum, qui perſpicuè corruptus eſt. Nuſquam enim in tota lingua Latina quiſquam ita locutus eſt, recipere fidem: ſed, dare fidem. Quemadmodum igitur librarius ſcriptor ex, dediſſe, facile fecit, cepiſſe: deinde aliquis ex, cepiſſe, recepiſſe: ita ego hoc, recepiſſe, ueritate fretus, in ſuum ſtatum reſtitui, cùm ex eo feci, cepiſſe, ex, cepiſſe, dediſſe. Iam, ſed, deleui, vt natum ex poſtrema ſyllaba uerbi, eſſet.

CICERO ATTICO S. 23

NVnquam antè arbitror te epiſtolam meam legiſſe, niſi mea manu ſcriptam. ex eo colligere poteris, quanta occupatione diſtinear. nam, cùm vacui temporis nihil haberem, & cùm recreandę voculæ cauſa neceſſe eſſet mihi ambulare, hęc dictitaui ambulans. Primùm igitur illud te ſcire volo, Sampſiceramum, noſtrum amicum, vehementer ſui ſtatus [b] *pœnitere, reſtituique in eum locum cupere, ex quo décidit: doloremq. ſuum impertire nobis, & medicinam inter-*

[a] fort. & prudentem,

[b] v.c. pęnitere,

interdum apertè querere: [1] *quam ego possum inueni-*
re nullam: deinde omneis illius partis auctores, ac so-
cios, nullo aduersario consenescere: consensionem vni-
uersorũ[a] *nec voluntate, nec sermone maiorem vnquã*
5 *fuisse. Nos autem (nam id te scire cupere certò scio)*
publicis consiliis nullis interfuimus: totosque nos ad
forensem operam, laboremque contulimus. ex quo,
quod facilè intelligi possit, in multa commemoratio-
ne earum rerum, quas gessimus, desiderioq. versa-
10 *mur. Sed* βοώπιδος[b] *nostræ consanguineus non medio-*
creis terrores iacit, atque denuntiat, & Sampsicera-
mo negat, ceteris præ se fert, & ostentat. Quam-
obrem, si me amas tantum, quantum profectò amas,
si dormis, expergiscere: si stas, ingredere: si ingrede-
15 *ris, curre: si curris, aduola. Credibile non est, quan-*
tum ego in consiliis, & prudentia tua, [c] *quodq. ma*
ximum est, quantum in amore, & fide ponam. Ma-
gnitudo rei longam orationem fortasse desiderat: con-
iunctio verò nostrorum animorum breuitate contenta
20 *est. permagni nostra interest, te, si comitiis non potue-*
ris, at, declarato illo, esse Romæ. Cura, ut ualeas.

a v.c. nec uoluntatis, nec sermonis, m.

b al. noster al. nostri utrunque mendosè.

c v. c. quod maxim.

ANNOTATIONES.

1 quam ego possum inuenire nullam: d.) Nihil videtur hac scriptura sincerius: sed tamen codex Turnes. habet, quam ego posse inueniri nullam post: deinde, &c. unde suspicari possit aliquis,
25 legendum, quam ego posse inueniri nullam puto.

CICERO ATTICO S. 24

Quas Numestio litteras dedi, sic te his euoca-
bam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri
posset. [1] [a] *ad illam celeritatem ad te etiam,*
30 *si quid potes. ac ne sis perturbatus. noui enim te, &*
non ignoro, quàm sit amor omnis sollicitus, atque
anxius.

a L. ad illa κειλεύματα adde.

stare videatur. Sed hæc coram. Tu tamen videris mihi Romæ fore ad nostrum aduentum. quod sanè facilè patiar, si tuo commodo fieri possit. sin, vt scribis, ita uenies: velim è Theophane expiscère, quónam in me animo sit [3] Arabarches. [4] quæres scilicet κατὰ τὸ κηδεμονικὸν, *& ad me ab eo quasi* ὑποθήκας *afferes. quemadmodum me geram, aliquid ex eius sermone poterimus* περὶ τῆς ὅλων *suspicari. Vale.* 5

ANNOTATIONES.

1 Id afficit me quadam delectatione.) sic reposui, leui immutatione facta: quamquam nonnulli reponunt: His afficimur quadam delectatione: quod nec displicet. 10

2 Iacent enim illa. hæc sic, vt focus Curianus, stare uidentur.) sic edendum curaui, Malæspinæ coniecturam secutus: qua, meo iudicio, nihil ad huius loci sententiam accommodatius reperiri, aut excogitari potest. Itaque libenter ex P. Victorio Florentino quæram, qui in Malæspinam Florentinum tam iniquus est, probet ne an improbet. si probat: ergo non omnes Malæspinæ coniecturæ malæ sunt. si improbat: aut excogitet meliorem, aut fateatur, se. sed reprimam me. 15

3 Arabarches) Alabaraches esse legendum, libris omnibus inuitis, probat Cuiatius, lib. 8. XXXVII. est autem alabarches, ut docet ille, magister scripturæ. ἄλαβα atramentum, quo scribimus, seu scriptura. vectigal alabarchiæ, est quod ob traductionem pecorum impenditur. Sic autem Pompeium appellat, qui talia uectigalia in Syria populo Ro. quæsierat, irridens. quasi rem non magnam, neque magna laude dignam gesserit. 20

4 quæres scilicet κατὰ) legendum vt habent quidam libri veteres: scilicet, vt soles, κατὰ &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται, sine dubio tyrannidem simul fabricat. 25

εὐελπιστία, bona spes.

ἀδιαφορία, quod nihil interesse puto.

ἀφιλόδοξον, ambitione vacans.

κατὰ τὸ κηδεμονικὸν, curiosè.

ὑποθήκας, documenta, præcepta. 30

περὶ τῶν ὅλων, de summa rerum.

CICE-

CICERO ATTICO S. 18

ACcepi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi, quàm suspenso animo, & sollicito, scire aueres, quid esset noui. Tenemur vndiq., neq; iã, quo minus seruiamus, recusamus. sed mortem, & eiectionem, quasi maiora, timemus: quæ multo sunt minora, atque hic status: qui una uoce omnium gemitur, neque uerbo cuiusquam subleuatur σκοπὸς est, ut suspicor, [1] illis, qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere, vnus loquitur, & palàm aduersatur adolescens Curio, huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, signa præterea [a] beneuolentiæ permulta à bonis impertiuntur. [b] Fusium clamoribus, & conuiciis, & sibilis consectantur. His ex rebus non spes, sed dolor est maior: cùm videas ciuitatis voluntatem solutam, virtutem alligatam. Ac, ne fortè quæras κατὰ λεπτὸν de singulis rebus, vniuersa res est eò deducta, spes vt nulla sit, aliquando non modò priuatos, verùm etiam magistratus, liberos fore. [c] Attamen in oppressione sermo in circulis duntaxat, & in conuiuiis est liberior, quàm fuit. vincere incipit timorem dolor: sed ita, vt omnia sint plenissima desperationis. Habet etiam Campana lex exsecrationem in coitione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur, atque vt ex legibus Iuliis. Non dubitant iurare ceteri. Laterensis existimatur [d] rectè fecisse, quòd tribunatum pl. petere destitit, ne iuraret. Sed de rep. non libet plura scribere, displiceo mihi, nec summo scribo dolore. Me tueor, vt oppressis omnibus, non demissè: vt tantis rebus gestis, parum fortiter. A Cæsare valde liberaliter inui-

a v. c. beniuolentiæ
b L. Fufium.
c v. c. ac tamen fort. Hac tamen
d L. laetè

tor in legationem illam, sibi vt sim legatus: atque etiam libera legatio voti causa datur. sed hæc, & præsidii [1] [a] *apud furorem Pulchelli non habet satis, & à fratris aduentu me ablegat: illa & munitior est, & nõ impedit, quo minus adsim, cùm velim.* [b] *hanc ego teneo, sed vsurum me non puto, neque tamen scit quisquam. non libet fugere,* [c] *aueo pugnare, magna sunt hominum studia: sed nihil affirmo: tu hæc silebis. De Statio manumisso, & nonnullis aliis rebus, angor equidem: sed iam prorsus occallui. Tu, vellem ego, & cuperem, adesses: nec mihi consilium, nec consolatio deesset. sed ita te para, vt, si inclamaro, aduoles. Vale.*

a L. apud pudorem Pulch.
b al. & hanc
c v.c. ab eo

ANNOTATIONES.

1 illis, qui tenent) id est, illis, qui rerum potiuntur. τοῖς κρατοῦσι.

2 apud pudorẽ pulchelli.) Non potui tot librorũ ueterũ & Italicor', & nostratium, Mẽmianorũ dico, & Huraltini, & Turnesi. consensum negligere: qui omnes habent, pudorem, pro quo uulgati, furorem: quod ab ijs substitutum puto, qui, pudorem, non uiderint εἰρωνικῶς, seu κατὰ ἀντίφρασιν, aut κατὰ σαρκασμὸν dictum.

Verba Græca, Latinis expressa.

σκοπὸς, scopus.

κατὰ λεπτὸν, minutatim.

CICERO ATTICO S. 19

M*Vlta me sollicitant, & ex reip. tanto motu, & ex his periculis, quæ mihi ipsi intenduntur, & sexcenta sunt. sed mihi nihil est molestius, quàm Statium manumissum.* nec merum imperium. [a] ac mitto imperium. non [b] simultatem meam reuereri saltem? *nec, quid faciam, scio, neque tantum est in re, quantus est sermo. Ego autem ne irasci* [c] *quidem possum iis, quos valde amo: tantùm doleo ac mirificè*

a L. age m.
b v.c. simiLtatem
c L. possum quidem

rificè quidem. Ceteræ in magnis rebus, minæ Clodii, contentionesque, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. etenim vel subire eas videor mihi summa cũ dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortaße, Dignitatis ἄλις, tanquam δρυός. saluti, si me amas, consule. Me miserum, cur non ades? nihil te profectò præteriret. Ego fortaſſe τυφλώττω, & nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα. Scito [a] nihil vmquã fuisse [1] [b] tam infame, tam turpe, [2] [c] tam peræquè omnibus generibus, ordinibus, ætatib. offensum, quàm hunc statum, qui nunc est: magis mehercule, quàm vellem, non modò quàm putarem. Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt, Bibulus in cælo est: nec, quare, scio: sed ita laudatur, quasi vnus homo nobis cunctando [d] restituit rem. Pompeius, nostri amores, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit. neminem [e] tenet. voluntate, an metu neceße sit iis vti, vereor. Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam: neq. approbo, ne omnia improbem, quæ antea gessi. Vtor via. populi sensus [3] maximè in theatro, & spectaculis perspectus est. Nam Gladiatoribus, quà dominus, quà aduocati, sibilis conscissi. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est. Nostra miseria tu es Magnus. millies coactus est [f] dicere. eandem virtutem istam veniet tempus cum grauiter gemes. Totius theatri clamore dixit, itemque cetera. Nam & eiusmodi sunt ii versus, vt in tempus ab inimico Pompeii scripti esse videantur. Si neque leges, neque mores cogunt, & cetera, magno cum fremitu, & clamore sunt dicta.

a v. c. nil
b al. tam denique
c al. putaram.
d al. restituat
e v. c. tenent
f al. dicere eadem. Virtutem ist.
al. dicere-- Virtutem ist.

Cæsar cùm venißet mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, vt salua rep. Pompeio plaudi solebat. Tulit Cæsar grauiter. litteræ Capuam ad Pompeium volare dicebantur. inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant: hostes omnibus. 5
Rosciæ legi, etiam frumentariæ, minitabantur. Sanè res erat perturbata. Equidem malueram, quod erat susceptum ab illis, silentio transire: sed uereor, ne non liceat. non fuerunt homines, quod videtur esse tamen ferendum. Sed est iam vna vox omnium magis odio 10
firmata, quàm præsidio. Noster autem Publius mihi minitatur, inimicus est, impendet negotium: ad quod tu scilicet aduolabis. uideor mihi nostrum illum consularem exercitum bonorum omnium, etiam satis bonorum, habere firmissimum. Pompeius significat 15
studium erga me non mediocre. idem affirmat, uerbum de me illum non eße facturum. in quo nō me ille fallit, sed ipse fallitur. Cosconio mortuo, sum in eius locum inuitatus. id erat uocari in locum mortui. Nihil me turpius apud homines fuisset: neq. uerò ad istā 20
ipsam ἀσφάλειαν quidquam alienius. Sunt enim illi apud bonos inuidiosi. ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam adsumsißem. Cęsar me sibi [a] *uellet esse legatum. honestior hæc declinatio periculi, + sed ego hoc* [b] *non repudio. Quid ergo est? pugna* 25
re malo. nihil tamen certi. Iterum dico, utinam adesses: sed tamen, si erit neceße, arcessemus. Quid aliud? quid? hoc, opinor. certi sumus perisse omnia. Quid enim ἀκκιζόμεθα tam diu? Sed hæc scripsi properans, & mehercule timidè. Posthac ad te, aut, si perfide- 30
lem habebo, cui dem, scribam planè omnia: aut, si obscurè

a V. c. uolet fort. volt
b L. nunc repudio.

scurè scribam, tu tamen intelliges. In his epistolis me Lælium, te Furium faciam: cetera erunt ἐν αἰνιγμοῖς. Hic Cæcilium colimus, & obseruamus diligenter. Edicta Bibuli audio [a] *ad te missa. his ardet dolore, &*
5 *ira noster Pompeius. Vale.*

a al. ad te esse missa.

ANNOTATIONES.

1 tam infame,) hæ duæ voces absunt à codice Turnesiano.
2 tam peræquè) codex Turnesianus habet, tam peræqui. hoc tãtum dissimilitudinis in eo reperi, quod idcirco adscripsi, quòd Malaspina testatur, in omnibus manuscr. quos consuluit, scriptum esse, tam denique.
10 3 sed ego hoc nunc repudio,) sic legendum, vt ingeniosè coniecit, Petr. Faber Aruern. Castill. Sæpe autem animaduerti, in libris manuscript. scriptum esse, non, pro, nunc. & contrà.

Verba Græca Latinis expressa.

ἅλις δρυὸς, satis est quercus. i. glandium.
τυφλώττω, & nimium.
15 τῶ καλῷ προσπέπονθα, cæcutio, & nimium erga honestum sum affectus.
ἀσφάλειαν, securitatem, cautionem, uitam in tuto positam.
ἀκκιζόμεθα, dissimulamus.
ἐν αἰνιγμοῖς, obscure dictis.

20 CICERO ATTICO S. 20

ANicato, vt te vellem intellexeram, nullo loco defui Numestium ex litteris tuis studiosè scriptis libenter in amicitiam recepi: Cæcilium, quibus rebus possum, tueor diligenter: Varro satisfacit nobis:
25 *Pompeius amat nos, carosque habet. Credis, inquies? Credo. prorsus mihi persuadet. sed quia, vt video, pragmatici homines* [a] *omnib. historicis præceptis, versibus deniq. cauere iubent, & vetant credere: alterum facio, vt caueam: alterum, vt non credam, facere non possum. Clodius adhuc mihi denuntiat peri-*
30 *culum: Pompeius affirmat non esse periculum, adiu-*

a al. omnibus historijs, præcep.

rat: addit etiam, se prius [a] occisum iri ab eo, quàm me violatum iri. Tractatur res. simul quid erit certi, scribam ad te. si erit pugnandum arcessam ad societatem laboris. si quis dabitur: ab Amalthea te non commouebo. De rep. breuiter ad te scribam. iam enim, charta ipsa ne nos prodeat, pertimesco. itaq. posthac si erunt mihi plura ad te scribenda ἀλληγορίαις obscurabo. Nunc quidem nouo quodam morbo ciuitas moritur, vt cùm omnes ea, quæ sunt acta, improbent, querantur, doleant, varietas in re nulla sit, aperteque loquantur, & iam clarè gemant: tamen medicina nulla afferatur. [1] neq. enim resisti sine [b] internecione posse arbitramur: nec videmus, qui finis cædendi, præter exitium, futurus sit. Bibulus hominum admiratione, & [c] beneuolenti in cœlo est. edicta eius, & conciones describunt, & legunt. nouo quodam genere in summam gloriam venit. populare nunc nihil tam est, quàm odium popularium. Hæc quo sint eruptura, timeo. sed, si dispicere quid cœpero, scribam ad te apertius. tu, si me amas tantum, quantum profectò amas, expeditus facito vt sis: si inclamaro, vt accurras. sed do operam, & dabo, ne sit necesse. Quòd scripseram, te Furium scripturum: nihil necesse est tuum nomen mutare. me faciam Lælium, & te Atticum: neq. vtar meo chirographo, neque signo, si modò erunt eiusmodi litteræ, quas in alienum incideret nolim. Diodotus mortuus est. reliquit nobis HS. fortasse [d] centies. Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diē XV. kalendas Nouembr. distulit. A Vibio libros accepi. Poeta ineptus: [e] nec tamen scit nihil, & est non inutilis. describo, & remitto. Vale.

(5, 10, 15, 20, 25, 30)

a v. c. occisu iri

b al. internicione

c v. c. beniuolentia:

d al. centum milia.

e v. c. & tamen scit nil. sed est non in.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 neque enim resisti sine internecione, &c.) internecio, uel, ut apud Festum scriptum est, internectio, vitæ priuatio appellatur, & interfectio, à nece denominato uocabulo, inquit ille. hoc ideò adscripsi, quòd quidam non inductus existimabat uel omnibus, vel plerisque in locis, ubi uulgati codices, atque etiam
5 manuscripti habent, internecio, & internecione, legendum esse, interitio, & in teritione, quo modo ego codicibus omnibus antiquis auctoribus, accus. lib. 3. emendaui. Verùm non si interitio eo, quem dixi, loco legendum est, idem de ceteris sentiendum. Nam, ut de hoc loco, quem habemus in manibus, maximè dicam, hoc liquidò confirmo cùm in codicibus omnibus antiquis, tum in Turnesiano planè scriptum esse, internecione,
10 non interitione. Quare de huius quidem loci ueritate non est dubitandum. Sed unus est in oratione pro lege Manilia, non immeritò in controuersiam reuocandus, propter scripturæ uarietatem, quæ in libris antiquis reperitur, quamuis de ea in ijs, quæ ad orationem illam annotata à nobis sunt, lectorem olim non admonuerim. Quod non mea, sed operarum culpa factum est, qui, ut multa alia, ita hoc membrum quoque per incuriam prætermiserunt: neq. ego præteritum esse priùs animaduerti, quàm
15 tomi secundi impressio confecta, atque absoluta est. Quod igitur suo loco, ut debuit, & ut uoluimus, positum non est, nos hic alieno inculcabimus, ut lector serò quidem, sed aliquando tamen, intelligat, quid de illo loco sentiamus. Primùm igitur uerba illius orationis, quæ iudicamus, hæc sunt, ut quidem edidimus, editionem Manutianam secuti: testis est Gallia, per quã legionibus nostris in Hispaniam iter, Gallorum internicione pa-
20 tefactum est. Ad hunc locum iusseram hæc annotari, libri complures ueteres habent partim, intentione, partim, interemtione, seu, interemptione: quam posteriorem scripturam præ se ferunt, & retinent nonnulli uulgati. Vnde ego suspicabar, ueram esse lectionem, interemptione. quamuis eam reiecerit Hotomanus neque est quòd quiquam hanc uocem improbet, vt minùs Latinam. Qui enim minùs proba analogia est nominis uerbalis interemtio à uerbo interimo, quàm horum nominum em-
25 tio, & redemptio, & ademtio, & similium à uerbis emo, redimo, adimo, & similibus? Sed cùm in uno item uetere codice è bibliotheca Diui Victoris scriptum reperissem, Gallorum internecione, aut ne mentiar, internicione, ego, interemtione damnaui: &, internecione, quemadmodum edidit Manutius retinui. si quis tamen illud, internicione, corruptum esse putabit, & legendum, interitione, contendet, non repugnabo.

30 *Verba Græca, Latinis expressa.*

ἀλληγορίαις, allegorijs.

CICE-

CICERO ATTICO, S. 21

DE rep. quid ego tibi subtiliter? tota periit: atque hoc est miserior, quàm reliquisti, quòd tum videbatur eiusmodi dominatio ciuitatē oppressisse, quæ iucunda esset multitudini: bonis autem ita molesta, vt 5 tamen sine pernicie. nunc repentè tāto in odio est omnibus, vt, quorsum eruptura sit, horreamus. nam iracundiam, atque intemperantiam illorum sumus experti, qui Catoni irati, omnia perdiderunt. sed ita lenibus vti videbantur venenis, vt posse videremur si- 10 ne dolore interire. nunc verò sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italię, uereor, ne exarserint. Equidem sperabam, ut sæpe etiam loqui tecum solebam, sic orbem reip. esse conuersum, ut uix sonitum audire, uix impressam orbitam uidere possimus. & 15 fuisset ita, si homines transitum tempestatis exspectare potuissent. sed cùm diu occultè suspirassent: iam gemere, ad extremum uerò loqui omnes, & clamare cœperunt. Itaque ille amicus noster, insolens infamiæ, semper in laude uersatus, circunfluens gloria, defor- 20 matus corpore, fractus animo, quò se conferat, nescit. progreßum præcipitem, inconstantem reditum uidet: bonos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. Ac uide mollitiem animi. non tenui lacrymas, cùm illum ante VIII. Kalendas Sext. uidi de edictis 25 Bibuli contionantem, qui antea solitus esset iactare se magnificentissimè illo in loco, summo cum amore populi cunctis fauentibus: Vt ille tum humilis, ut demissus erat! ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat! O spectaculum uni Craßo iucun- 30 dum, ceteris non item. nam quia deciderat ex astris,

lapsus

lapsus potius, quàm progressus uidebatur. Et, ut Appelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum cœno oblitum uideret, magnum, credo, acciperet dolorem: sic ego hunc omnibus à me pictum, & politum artis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore uidi. quamquam nemo putabat, propter Clodianum negotium, me illi amicum esse debere: tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset iniuria. Itaq. Archilochia in illum edicta Bibuli, populo ita sunt iucunda, ut cum locum, ubi proponuntur, præ multitudine eorum, qui legunt, transire [a] nequeamus: ipsi ita acerba, ut tabescat dolore: mihi mehercule molesta, quòd & eum, quem semper dilexi, nimis excruciant: & timeo, tam uehemens uir, tamque acer in ferro, & tam insuetus contumeliæ, ne omni animi impetu, dolori & iracundię pareat. Bibuli qui sit exitus futurus, nescio. ut nunc res se habet, admirabili gloria est. qui cùm comitia in mensem Octobr. distulisset, quòd solet ea res populi uoluntatem offendere, putarat Cæsar oratione sua posse impelli contionem, ut iret ad Bibulum. multa cùm seditiosissimè diceret, uocem exprimere non potuit. Quid quęris? sentiunt, se nullam ullius partis uoluntatem tenere. eo magis uis nobis est timenda. Clodius inimicus est nobis. Pompeius confirmat, eum nihil esse facturum contra me. mihi periculosum est credere. ad resistendum me paro. studia spero me summa habiturum omnium ordinum. Te cùm ego desidero, tum uerò res ad tempus illud uocat. plurimum consilii, animi pręsidii denique mihi, si te ad tempus uidero, accesserit. Varro [b] satis mihi facit. Pompeius loquitur diuinitus.

[a] al. nequeant.

[b] L. mihi satisfacit.

diuinitus. [1] *spero nos aut cum summa gloria, aut certè sine molestia discessuros. Tu quid agas, quemadmodum te oblectes, quid cum Sicyoniis egeris, vt sciam, cura. Vale.*

ANNOTATIONES. 5

1 spero nos aut cum summa gl.) libri veteres habent, spero nos aut certè cum summa glor. aut etiam sine mol.

CICERO ATTICO S. 22

a L. Romæ mansisses? vt mãsisses profectò,

QVàm vellem [a] *Romæ mansisse! quod egisses profectò, si hæc fore putassemus. nam Pulchellum nostrum facillimè teneremus, aut certè, quid esset facturus, scire possemus. nunc se res sic habet. volitat, furit, nil habet certi, multis denũtiat: quod fors obtulerit, id* [b] *acturus videtur. Cum videt, quo sit in odio status hic rerum, in eos, qui hæc egerunt, impetum facturus videtur. cùm autem rursus* [c] *opes, & vim exercitus recordatur: conuertit se in nos. nobis autem ipsis cùm vim, tum iudicium minatur. Cum hoc Pompeius egit, &, vt ad me ipse referebat, (aliũ enim habeo neminem testem) vehementer egit, cùm diceret, in summa se perfidiæ, & sceleris infamia fore, si mihi periculum crearetur ab eo, quem ipse armasset,* [d] *quem plebeium fieri* [e] *passus esset: sed fidem recepisse sibi & ipsum. & Appium de me. hanc si ille non seruaret, ita laturum, vt omnes intelligerẽt, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse. Hæc & in eam sententiam cùm multa dixisset: aiebat, illum primò sanè diu multa cõtrà: ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse, nil se contra eius voluntatem esse facturum. sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrimè loqui. quod si non faceret, tamen ei nihil crede-*

b fort. facturus

c L. opes eorum, cum exerc. al. opes eorum, num, exerc.

d v. c. cùm pleb.

e L. passus esset: fidem dedisse sibi & ips.

10 15 20 25 30

crederemus, atque omnia sicut facimus, pararemus. Nunc ita nos gerimus, ut in dies singulos, & studia in nos hominum, & opes nostræ augeantur. Remp. nulla ex parte attingimus. in causis, atque in illa opera nostra forensi, summa industria uersamur. quod egregiè non modò iis, qui vtuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. domus celebratur: occurritur: renouatur memoria consulatus: studia significantur: in eam spem adducimur, vt nobis ea contentio, quæ impendet, interdum non fugienda uideatur. Nunc mihi & consiliis opus est tuis, & amore, & fide. quare aduola. expedita mihi erunt omnia, si te habebo. Multa per Varronem nostrum agi possunt: quæ, te [a] *urgente, erunt firmiora. multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, quę tibi occulta esse non poterunt: multa etiam: sed absurdum est singula explicare, cùm ego requiram te ad omnia. Vnum illud tibi persuadeas velim, omnia mihi fore explicata, si te uidero. sed totum est in eo, si antè, quàm ille ineat magistratum. Puto Pompeium Crasso urgente si tu aderis, qui per* [b] *βοώπιδα ex ipso* [c] *intelligere possis, qua fide ab illis agatur, nos aut sine molestia, aut certè sine errore futuros. Precibus nostris, & cohortatione, non indiges. quid mea voluntas, quid rei magnitudo postulet,* [d] *intelligis. De rep. nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium in eos, qui tenent omnia. mutationis tamen spes nulla. sed, quod facilè sentias, tædet ipsum Pompeium, uehementerq́.* [e] *pœnitet. Non prouideo satis, quem exitum futurum putem, sed* [f] *certò uidentur hæc aliquò eruptura. Libros Alexandri, negligentis hominis,*

a v.c. vrguēte,

b v.c. βοῶπιν

c v.c. intelegere

d v.c. intelegis.

e v.c. pænitet.

f L. certè

interdum apertè quęrere: [1] *quam ego possum inuenire nullam: deinde omneis illius partis auctores, ac socios, nullo aduersario consenescere: consensionem vniuersorũ*[a] *nec voluntate, nec sermone maiorem vmquã fuisse. Nos autem (nam id te scire cupere certò scio) publicis consiliis nullis interfuimus: totosque nos ad forensem operam, laboremq́ue contulimus. ex quo, quod facilè intelligi possit, in multa commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderioq. versamur. Sed* Βοώπιδος[b] *nostræ consanguineus non mediocreis terrores iacit, atque denuntiat, & Sampsiceramo negat, ceteris præ se fert, & ostentat. Quamobrem, si me amas tantum, quantum profectò amas, si dormis, expergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. Credibile non est, quantum ego in consiliis, & prudentia tua,* [c] *quodq. maximum est, quantum in amore, & fide ponam. Magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat: coniunctio uerò nostrorum animorum breuitate contenta est. permagni nostra interest, te, si comitiis non potueris, at, declarato illo, esse Romæ. Cura, ut ualeas.*

a v.c. nec uoluntatis, nec sermonis, m.

b al. noster al. nostri utrunque mendosè.

c v. c. quod maxim.

ANNOTATIONES.

1 quam ego possum inuenire nullam: d.) Nihil videtur hac scriptura sincerius: sed tamen codex Turnes. habet, quam ego posse inueniri nullam post: deinde, &c. unde suspicari possit aliquis, legendum, quam ego posse inueniri nullam puto.

CICERO ATTICO S. 24

QVas Numestio litteras dedi, sic te his euocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri posset. [1] [a] *ad illam celeritatem adde etiam, si quid potes. ac ne sis perturbatus. noui enim te, & non ignoro, quàm sit amor omnis sollicitus, atque anxius.*

a L. ad illa χελεύματα adde.

anxius. sed res est, vt spero,[2] *non tam exitu molesta,* [a] *quàm aditu. Vettius ille, ille noster index, Cæsari (vt perspicimus) polliticus est, sese curaturum, vt in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. Itaque insinuatus in familiaritatem adolescentis, & cum eo, vt res indicat, sæpe congressus, rem in eum locum deduxit, vt diceret, sibi certum esse, cum suis seruis in Pompeium impetum facere, eumque occidere. Hoc Curio ad patrem detulit: ille ad Pompeium. res delata ad senatum est. Introductus Vettius, primò negabat, se vmquam cum Curione* [b] *restitisse: neque id sanè diu. nam statim fidem publicam postulauit:*[3] *reclamatum est. tum exposuit, manum fuisse iuuentutis, duce Curione, in qua Paullus initiò fuisset, & Cn. Cæpio hic Brutus, & Lentulus flaminis F. conscio patre: postea C. Septimum, scribam Bibuli, pugionem sibi à Bibulo attulisse. quod totum irrisum est: Vettio pugionem defuisse, nisi ei consul dedisset. Eoque magis id eiectum est, quòd* [c] *ad III. idus Maii, Bibulus Pompeium fecerat certiorem, vt caueret insidias: in quo ei Pompeius gratias egerat. Introductus Curio F. dixit ad ea, quæ Vettius dixerat,* [d] *adolescentum consilium, vt in foro cum gladiatoribus Gabinii Pompeium adorirentur: in eo principem Paullum fuisse: quem constabat eo tempore in Macedonia fuisse. Fit S. C. ut Vettius, quòd confessus esset se cum telo fuisse, in vincula* [e] *coniiceretur: qui eum emisisset,* [f] *contra remp. esse facturum. Res erat in ea opinione, ut putarent id esse actum, vt Vettius in foro cum pugione, & item serui eius comprehenderentur cum telis: deinde ille se diceret indicaturum. Idque ita*

actum

a L. quàm auditu.

b L. constitisse:

c v. c. a. d. III.

d L. adolescentium consil fort. adolescentium consilium fuisse, ut

e v. c. coniiceretur:

f L. eum cōtra r.

actum esset, nisi Curiones rem antè ad Pompeium detulissent. Tum S.C. in contione recitatum est. Postero autem die Cæsar, is, qui olim, prętor cùm esset, Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere, Vettium in
5 Rostra produxit, eumque in eo loco constituit, quò Bibulo cos. adspirare non liceret. Hic ille omnia, quę voluit, [a] de rep. dixit, [b] vt qui illuc factus, institutusq. venisset. Primùm Cæpionem de oratione sua sustulit, quem in senatu acerrimè nominarat, vt appareret, no-
10 ctem, & nocturnam deprecationem intercessisse. Deinde, quos in senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, eos nominauit: Lucullum, à quo solitum esse ad se mitti C. Fannium, illum, qui in P. Clodium subscripserat: L. Domitium, cuius domum constitutam
15 fuisse, vnde eruptio fieret. me non nominauit: sed dixit, consularem disertum, vicinum cos. sibi dixisse. Ahalam Seruilium aliquem, [c] aut etiam Brutum opus esse reperiri. Addidit ad extremum, cùm iam dimissa contione reuocatus à Vatinio fuisset, se audisse à Cu-
20 rione, his de rebus conscium esse Pisonem, generum meum, et M. Laterensem. Nunc reus erat apud Crassum Diuitem Vettius de vi: &, cum esset damnatus, erat [d] iudicium postulaturus. quod si impetrasset, iudicia fore videbantur. ea nos vt pote qui nihil contem-
25 nere solemus, non pertimescebamus. Hominum quidē summa erga nos studia significabantur. sed prorsus vitæ tædet; ita sunt omnium miseriarum plenissima. Modò cædem timueramus, quam oratio fortissimi senis, Q. Considii, discusserat. ea, quam quotidie
30 timere potueramus, subitò exorta est. Quid quæris? 4 [e] nihil me infortunatius, & Catulo, cùm splen-

a L. de omni rep.
b L. & qui illuc f. inst. q. venisset, primum Cęp.
c L. aut Brutum op. al. aut Iun. Brutum
d v. c. indicium post.
e L. nihil me infortunatius: nihil fortunatius Catulo cum spl. vitæ, tū mortis tempore.

ſplendore vitæ, tum hoc tempore. nos tamen in his etiam miſeris erecto animo,& minimè perturbato ſumus, honeſtiſſimeq́. dignitatem noſtrã, & magna cura tuemur. Pompeius de Clodio iubet nos eſſe ſine cura, & ſumma in nos [a] *beneuolentiam* [5] *omni oratione ſignificat. Te habere conſiliorum auctorem, ſollicitudinum ſocium, omni in cogitatione coniunctum, cupio. quare, vt Numeſtio mandaui, tecum vt ageret, item, atque eo, ſi poteſt, acriùs, te rogo, vt planè ad nos aduoles. reſpiraro, ſi te videor. Vale.*

a v.c. beniu.

ANNOTATIONES.

1 ad illa κιλεύματα) Videbatur hic locus in uulgatis à mendo uacuus atque integer, ad illam celeritatem: ſed cùm Adr. Turnebus animaduertiſſet in nonnullis libris manuſcr ita legi κιλευ: nihil præterea. ingenioſiſſimè ſic cenſuit eſſe legendum, ad illa κιλεύματα, i ad illa cohortationes acerrimas, & quaſi nauticas.
2 non tam exitu moleſta, quàm auditu.) ſic habet codex Turneſianus, & ceteri manuſcr. optima ſententia. Quare Petri Victorij coniecturam non probo. Quod ut bona eius venia facere liceat, peto. Non impetrabo, ſcilicet. Poſtulat enim coniecturas omneis ſuas probari: Malaſpinę nonnulla indignatur probari. Quid tum poſtea? nihilo magis hanc probabo. Primùm reclamant codices: deinde nõ adire & exire, inter ſe opponũtur, ſed introire, & exire.
3 reclamatum eſt) Videtur Malaſpinæ coniectura probabilis, atque adeò probanda, qui putat legendum eſſe, relatum eſt. uerumtamen neque quidquam muto, neque mutandum cenſeo.
4 nihil me infortunatius, &c) Sic legendum, nihil me infortunatius, nihil fortunatius Catullo, cùm, &c. Nam libri uulgati ſic habent, nihil me infortunatius, & Catullo cùm &c.
5 omni oratione ſignificat.) Cùm & ij libri ueteres, quibus Malaſpina uſus eſt, & Memmiani, & Turneſianus, oratione, habeant, ubi plerique uulgati, ratione tutius eſſe putaui, ueteres ſequi.
6 Hortalus, q.) ſic habent noſtri libri uet. in his Turneſ.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

κιλεύματα, cohortationes.

CICERO ATTICO S. 25

CVm aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illũ ſcire ex te, me id feciſſe, vt nuper

per me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me rescripsisse, eam rem summę tibi voluptati esse. sed ego mallem ad illum scripsisses, [1] *mibi illũ* [a] *satisfacere. mirabiliter enim* [b] *moratus est, sicut no-*
5 *sti, ἑλικτὰ, κοὐδὲν. Sed nos tenemus præceptum illud, τὰς τῶν κρατούντων. At hercule alter tuus familiaris,* [c] *Hortensius, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit, cùm de Flacci prætura, & de illo tempore Allobrogum diceret! sic habeto, nec aman-*
10 *tius, nec honorificentius, nec copiosius potuisse dici. ei te hoc scribere à me tibi esse missum, sanè volo. Sed quid tu scribas, quem iam ego venire, atque adesse arbitror? ita enim egi tecum superioribus litteris. Valde te expecto, valde desidero: neque ego magis,*
15 *quàm ipsa res, & tempus poscit. His de negotiis quid scribam ad te, nisi idem quod sæpe? Rep. nil desperatius: his, quorum opera, nihil maiore odio. nos, vt opinio, & spes, & coniectura nostra fert, firmissima beneuolẽtia hominum muniti sumus. Quare aduola. aut*
20 *expedies nos omni molestia, aut eris particeps. Idcò sum breuior, quod, vt spero, coram breui tempore conferre, quæ volumus, licebit. Cura, vt valeas.*

a L. satisfacere, non quo faceret, sed vt faceret. mirab.

b L. inodoratus est ἑλ.

c L. Hortalus.

ANNOTATIONES.

25 1 mihi illum satisfacere,] Adde huic loco post hæc verba, ex codice manuscripto Turnesiano, quò faceret, sed ut faceret. Sequitur nunc, mirabiliter &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἑλικτὰ, κοὐδὲν, inuoluta, tortuosa, & nihil.
30 τὰς τῶν κρατούντων, potentium, dominantiumque, stultitias scilicet ferre oportet.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

5

LIBER III.

CICERO ATTICO. S. 1

10

a L. ad iter id, q.

b fort. niteremur:

CVM [1] *antea maximè nostra interesse arbitrabar, te esse nobiscum: tum verò, vt legi rogationem, intellexi* [a] *ad iter, quod constitui, nihil mihi optatius cadere posse, quàm vt tu me quamprimùm consequare:* 15 *vt, cùm ex Italia profecti essemus, siue per Epirum iter esset faciendum, tuo, tuorumq. præsidio* [b] *vteremur: siue aliud quid agendum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. Quamobrem te oro, des operam, vt me statim consequare. facilius* 20 *potes, quoniam de prouincia Macedonia perlata lex est. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur. Vale.*

ANNOTATIONES.

1 Cùm antea max.) ordinem epistolarum, quem reperi in libris manuscr. & vulgatis, seruaui: quamuis in prima editione secus fecerim. neque tamen Paulli Manutij iudicium, aut sententiam reprehendo. 25

CICERO ATTICO S. 2

a v.c. in fundum

ITineris nostri causa fuit, quòd non habebam locũ, *vbi pro meo iure diutius esse possem, quàm* [a] *in* 30 *fundo Sicæ, præsertim nondum rogatione correcta:*

&

& simul intelligebam, ex eo loco, [a] *si te haberem,* [1] *posse me Brundisium referre: sine te autem non esse nobis illas parteis tenendas propter* [b] *Antronium. Nunc, ut ad te antea scripsi, si ad nos ueneris, consi-*
5 *lium totius rei capiemus. iter esse molestum scio: sed tota calamitas omneis molestias habet. Plura scribere non possum, ita sum animo perculso, & abiecto. Cura, ut valeas. Dat.* VI. *Id. April.* [2] . [c] *Narycii Locridis.*

a al. si iter haberem,

b L. Autronium.

c v.c. Naria Luc. fort. Thurij Lucan.

10 ANNOTATIONES.

1 posse me Brundisium referre) propemodum Malaspinæ assentior, qui firmissimis argumentis demonstrat, Brundisium, hic non posse legi: & Buthrotum, legendum.

2 Narycij Locridis) Thurij Lucaniæ, reponit Corradus: cui ferè assentior Nam lectio vulgata, Narycæ Locridis, ferri non potest, vt multis verbis ostendit Malaspina. Codex Turnes. quidem
15 habet, Naris Luc.

CICERO ATTICO S. 3

VTinam illum diem videam, cùm tibi agam gratias, quòd me uiuere coegisti. Adhuc quidem ual de me pœnitet: sed te oro, ut ad me Vibonem statim
20 *uenias, quò ego multis de causis conuerti iter meum. Sed eò si ueneris, de toto itinere, ac fuga mea consilium capere potero. si id non feceris, mirabor: sed confido te esse facturum. Vale.*

CICERO ATTICO S. 4

25 *MIseriæ nostræ potius velim, quàm inconstantiæ tribuas, quòd à Vibone, quò te arcessebamus, subitò discessimus.* [a] *allata est enim rogatio de pernicie mea: in qua,* [b] *quod confectum esse audieramus, erat huiusmodi, Vt mihi ultra quadringenta millia liceret esse.* [c] *Illò cùm peruenire non liceret, sta-*
30 *tim iter Brundisium versus contuli ante diem rogatio-*

a al. allata est enim nobis rog.

b L. quod correctum esse aud.

c L. Illuc

a fort. & ne Sica,

nis,[a] ne & Sica, apud quem eram, periret, & quòd Melitę esse non licebat. Nunc tu propera, vt nos consequare, si modò recipiemur. adhuc inuitamur benignè: sed, quod superest, timemus. Me, mi Pomponi, ualde pęnitet uiuere: qua in re apud me tu plurimùm valuisti. sed hæc coràm. fac modò, vt venias. Vale. 5

CICERO ATTICO S. 5

T*Erentia tibi & sæpe, & maximas agit gratias. id est mihi gratissimum. Ego uiuo miserrimus,* 10 *& maximo dolore cõficior. ad te quid scribam, nescio. si enim es Romę: iã me aßequi non potes. sin es in uia: cùm eris me eris me assecutus, coràm agemus, quæ erunt agenda. tantum te oro, vt, quoniam meipsum semper amasti,[a] eodẽ amore sis. Ego enim idem sum.* 15 *Inimici mei mea mihi, non meipsum ademerunt. Cura, vt valeas. Dat. VIII. Id. April. Thurii.*

a v. c. ut eodem am.

CICERO ATTICO S. 6

N*On fuerat mihi dubiũ, quin te Tarẽti, aut Brundisii visurus essem: idq. ad multa pertinuit: in* 20 *eis, ut & in Epiro consisteremus, & de reliquis rebus tuo consilio vteremur. quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum malorum. Nobis iter est in Asiam, maximè Cyzicum. Tibi meos commendo: me vix, misereq; sustento.* 25 *Dat. VIII. Kalendas Mai.[a] Tarenti.*

a v c. de Tarentino.

CICERO ATTICO S. 7

B*Rundisium ueni[a] ad Kalẽdas Maias. eo die pueri tui mihi à te Litteras reddiderunt: & alii pueri post diem tertium eius diei litteras alias attulerunt.* 30 *Quòd me rogas, & hortaris, ut apud te in Epiro*

a v. c. a. d. XIIII. Kalẽdas Maias.

Epiro sim: voluntas tua mihi valde grata est, & minimè noua: [a] sed consilium mihi quidem optatum, si liceret ibi omne tempus consumere. (Odi enim celebritatem, fugio homines, lucem adspicere vix possum) esset mihi ista solitudo, præsertim tam familiari in loco, non amara: sed itineris causa, [b] vt diuertar, primùm est deuium: deinde ab [c] Antronio, & ceteris, quatriduit: deinde sine te. Nam castellum munitum habitanti mihi prodesset, transeunti non est necessarium. Quòd si auderem, Athenas peterem. sanè ita cadebat, vt vellem. nunc & nostri hostes ibi sunt, & te non habemus: & veremur, ne interpretentur, illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse: nec scribis, quam ad diem te expectemus. Quòd me ad vitam vocas, vnum efficis, vt à me manus abstineam: alterum nō potes, vt me non nostri [d] consilii [1] vtrique pœniteat. Quid enim est, quod me retineat, præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscenteis prosequebatur? Non faciam, ut enumerem miserias omneis, in quas incidi per summā iniuriam, & scelus non tā inimicorū meorum, quàm inuidorum, ne & meum mærorem exagitem, & te in eundem luctum vocem. [e] hoc confirmo, neminem vmquam tanta calamitate esse affectum, nemini mortem magis optandum fuisse: cuius oppetendæ tempus honestissimum prętermissum est. Reliqua tempora [f] non sunt tam ad medicinam, quàm ad finem doloris. de rep. uideo te colligere omnia, quæ putes aliquam spem mihi posse afferre mutandarum rerum: quæ quamquam exigua sunt: tamen, quoniam placet, exspectemus. Tu nihilo minus, si properaris, nos consequére. nam aut accedemus in Epirum, aut

a fort. & consil.

b v.c. ut deuorterer,

c L. Autronio,

d L. consilij, uitræque pœniteat.

e v.c. hoc affirmo,

f v.c. sunt non tam ad medicinam, sed ad fin. d. fort. sunt nō iam ad medicinam, sed fin. d.

tardè per Candauiam ibimus. Dubitationem autem de Epiro non inconstantia nostra afferebat, sed quòd de fratre, ubi eum uisuri essemus, nesciebamus: quem quidem ego, nec quomodo uisurus, nec ubi dimissurus sim, scio. id est maximum, & miserrimum mearum omnium miseriarum. Ego & sæpius ad te, & plura scriberem, nisi mihi dolor meus cùm omneis parteis mentis, tum maximè huius generis facultatem ademisset. Videre te cupio. Cura, vt valeas. Dat. prid. kalendas Maii. [a] *Brundisii, proficiscens.*

a al. Brundisio profic.

ANNOTATIONES.

1 vitæq. pœniteat) Sic habet codex Turnesianus, pro eo, quod est in uulgatis, vtique pœniteat.

CICERO ATTICO. S. 8

SCripseram ad te, quas ab causas in Epirum nō essemus profecti, quòd & Achaia propè esset, plena audacissimorum inimicorum, & exitus difficileis haberet, cùm inde proficisceremur. accessit, cùm Dirrhachii essemus, ut duo nuntii afferrentur: unus classe fratrem Epheso Athenas: alter, pedibus per Macedoniam venire. Itaque illi obuiam misimus Athenas, ut inde Thessalonicam veniret. Ipsi processimus, & Thessalonicam [a] *ad x. kalendas Iun. uenimus, neque de illius itinere quidquam certi habebamus, nisi eum ab Epheso antè aliquanto profectum. Nunc, istic quid agatur,* [b] *magnopere timeo. quamquam tu altera epistola scribis Idib. Maiis* [c] *audire, fore, ut acriùs postularet: altera, iam esse mitiora:* [d] *sed hæc pridie data, quàm illa: quo conturbor magis. Itaque, cùm meus me mæror quotidanus lacerat, & conficit, tum uerò*

a L. a. d. x. Kalendas

b v. c. magno opere

c v. c. audiri, fore, vt acr. for. audiri fore, ut Appius eum postularet:

d L. sed hæc est prid.

verò hęc addita cura uix mihi uitam reliquam facit. Sed & nauigatio perdifficilis fuit: & ille incertus, ubi ego essem, fortasse alium cursum petiuit. nam Phaeton lib. eum non uidit. uento reiectus ab illo in
5 Macedoniam, Pellæ mihi præstò fuit. Reliqua quàm mihi timenda sint, uideo: nec quid scribam, habeo: & omnia timeo: nec tam miserum est quidquam, quod non in nostram fortunam cadere uideatur. Equidem adhuc miser, in maximis meis ęrumnis, & lu-
10 ctibus, hoc metu adiecto, maneo Thessalonicę suspensus, nec audeo quidquam. Nunc ad ea, quæ scripsisti. Tryphonem Cęcilium non vidi. Sermonem tuum, & Pompeii cognoui ex tuis litteris. [1] Motum in rep. non tantum ego uideo, quantum tu aut
15 uides, aut ad me consolandum affers. Tigrane enim neglecto, sublata sunt omnia. Varroni me iubes agere gratias. Faciam. item Hypsæo. Quòd suades, ne longiùs discedamus, dum acta mensis Maii ad nos perferantur: puto me ita esse facturum: sed vbi,
20 nondum statui. atque ita perturbato sum animo de Quincto, vt nihil queam statuere. sed tamen statim te faciam certiorem. Ex epistolarum mearum inconstantia, puto te mentis meæ motum uidere, qui, etsi incredibili, & singulari calamitate afflictus sum, ta-
25 men non tam est ex miseria, quàm ex culpæ nostræ recordatione commotus. cuius enim scelere impulsi, ac proditi simus, iam profectò vides. atque vtinam iam antè vidisses, neque totum animum tuum mœrori mecum simul dedisses. Quare, cùm me afflictum,
30 & confectum luctu audies, existimato, me stultitiæ meæ pœnam ferre grauiùs, quàm euenti, quòd ei credi-

a v.c.putarim.

crediderim, quem eße nefarium non [a] *putaram. Me & meorum malorum memoria, & metus de fratre, in ſcribendo impedit. Tu iſta omnia uide, & guberna. Terentia tibi maximas gratias agit. Litterarum exemplum, quas ad Pompeium ſcripſi, miſi tibi. Vale. Dat.* [b] IIII. *Kalendas Mai. Theßalonicę.*

b L. IIII. Kalendas Iun.

ANNOTATIONES.

1 Motum in repub. non tantum ego uideo) Libri manuſcripti habent, Motum in rep. non tantum ego impendere uideo, &c. Suprà autem, ubi libri uulgati habent, audire, fore, ut acrius poſtularet, &c. manuſcr. aliquot, audiri, fore, ut acrius poſtularet, &c Malaſpina autem putat legendum, poſtularetur, &c. ego legendum arbitror, audiri fore ut eum Appius poſtularet &c. ſententia plana; & aperta, mutatione procliui, ac facili, acrius, in Appius.

CICERO ATTICO. S. 9

QVinctus frater cùm ex Aſia diſceßiſſet ante Kalendas Maias, & Athènas ueniſset idibus: ualde fuit ei properandum, ne quid abſens acciperet calamitatis, ſiquis fortè fuißet, qui contentus noſtris malis non eſſet. Itaque eum malui properare Romam, quàm ad me venire: & ſimul (dicam enim quod verum eſt, ex quo magnitudinem miſeriarum mearum perſpicere poſſis) animum inducere non potui, ut aut illum amantiſſimum mei, molliſſimo animo, tanto in mœrore adſpicerem: aut meas miſerias luctu afflictas, & perditam fortunam illi offerrem: aut ab illo adſpici paterer. Atque etiam illud timebam, quòd profectò accidißet, ne à me [a] digredi non poſſet. uerſabatur mihi tempus illud ante oculos, cùm ille aut lictores dimitteret, aut ui [b] euelleretur ex complexu meo. Huius acerbitatis euentũ, altera acerbitate non videndi fratris, uitaui. In hunc me caſum uos uiuendi auctores impuliſtis. Itaq. mei peccati luo

a L. degredi

b L. auelleretur

luo pœnas. quamquam me tuæ litteræ ſuſtentant: ex quibus, quantum tu ipſe ſperes, facilè perſpicio: quę quidem tamen aliquid habebant ſolatii antè, quàm cò veniſti, A POMPEIO. Nunc Hortenſium al-
5 *lice, & eiuſmodi viros. Obſecro, mi Pomponi, nondum perſpicis, quorum opera, quorum inſidiis, quorum ſcelere perierimus?*[1] *Sed tecum hæc coràm agemus. tantum dico, quod ſcire te puto: nos non inimici, ſed inuidi perdiderunt. Nunc, ſi ita ſunt, quæ*
10 *ſperas: ſuſtinebimus nos, & ſpe, qua iubes, nitemur. ſin, vt mihi videntur*[2] *infirma ſunt: quod* [a] *optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet. Terentia tibi ſæpe agit gratias. Mihi etiam vnum de malis in metu eſt, fratris miſeri negotium: quod ſi ſciam,*
15 *cuiuſmodi ſit: ſciam, quid agendum mihi ſit. Me etiam nunc iſtorum beneficiorum, & litterarum exſpectatio, vt tibi placet, Theſſalonicæ tenet. Si quid erit noui allatum: ſciam, de reliquo quid agendum ſit. Tu, ſi, vt ſcribis, Kalendis Jun. Roma profectus es,*
20 *propediem nos videbis. Litteras, quas ad Pompeium ſcripſi, tibi miſi. Dat. idibus Iun. Theſſalonicæ.*

a v.c. optimo genere

ANNOTATIONES.

1 Sed tecum hæc coram agemus) ſic habent libri omnes uulg.
25 neque aliter codex Turneſianus. Victorius tamen edidit, Sed tecum hęc omnia coràm agemus.
2 infirma ſunt.) libri ueteres habent, firma ſunt: quæ ſcriptura probanda eſt, ſi ſic intelligamus: ſin hæc mala, firma & fixa ſunt, &c Ego tamen uulgatam magis probo, adductus illis proximæ epiſtolæ uerbis: ſi ſpem uidero: aut ibidem oppetiar, aut me ad te conferam. ſin iſta euanuerint, &c.

30

CICERO ATTICO S. 10

Acta quæ essent vsque ad VIII. kalēdas Iun. cognoui ex tuis litteris. reliquas exspectabam (ut tibi placebat) Thessalonicæ: quibus allatis, faciliùs statuere potero, ubi sim. Nam, si erit causa, si quid agetur, si spem uidero: aut ibidem operiar, aut me ad te conferam. sin, ut tu scribis, ista euanuerint: [a] aliud aliquid videbimus. omnino adhuc nihil mihi significatis, nisi discordiam istorum: quæ tamen inter eos de omnibus potius rebus est, quàm de me. itaque, quid ea mihi prosit, nescio. Sed tamen, quoad me uos sperare vultis, vobis obtemperabo. Nam quod me tam sæpe, & tam uehementer obiurgas, & animo infirmo esse dicis: quæso, ecquod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? Ecquis umquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiæ, tantis præsidiis bonorum omnium concidit? possum obliuisci, qui fuerim? non sentire, qui sim? quo caream honore? qua gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quem ego (ut nouum calamitatis genus attendas) cùm pluris facerem, quàm meipsum, semperq. fecissem, vitaui, ne uiderem: ne aut illius luctum, squaloremq. adspicerem: aut me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi, afflictumq. offerrem. Mitto cetera intolerabilia. etenim fletu impedior. Hic vtrùm tandem sum accusandus, quòd doleo, an quòd commisi, ut hæc aut non retinerem, (quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur) [a] aut certè uiuus [b] amitterem? Hæc cò scripsi, ut potiùs [c] reuelares me, quod facis, quàm aut

a v.c. aliqd aliud

a q.v.c. non emitterem?

b al. leuares me,

aut castigatione, aut obiurgatione dignum putares: eoque ad te minus multa scribo, quòd & mœror impedior, & [a] quid expectem isthinc, magis habeo, [b] quàm quid ipse scribam: quæ si erunt allata: faciam te [c] nostri consilii certiorem. Tu, vt adhuc fecisti, quàm plurimis de rebus ad me velim scribas, vt prorsus nequid ignorem. Dat. [d] XIIII. *Kalendas Quinct. Thessalonicæ.*

a L. quod exsp.
b L. quàm quod
c al. consilij nostri. & ita L.
d L. a. d. XIIII. Kalendas Q.

ANNOTATIONES.

1 aut certè uiuus amitterem) libri nostri veteres, in his etiam Turnesianus, habent, non amitterem: quos hic sequor.

CICERO ATTICO S. II

ME & tuæ litteræ, & quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, & expectatio vestrarum litterarum, &, quòd tibi ita placuerat, adhuc Thessalonicę tenebant. Si accepero litteras, quas exspecto: si spes erit ea, quæ rumoribus afferebatur, ad te me conferam. si non erit, faciam te certiorem, quid egerim. Tu me, vt facias, opera, consilio, gratia iuua: consolari iam desine, obiurgare verò noli. quod cùm facis, [a] vt ego tuum amorem, & dolorem desidero! quem ita affectum mea ærumna esse arbitror, vt teipsum consolari nemo possit. Q. fratrem, optimum, humanissimumque, sustenta. Ad me, obsecro te, vt omnia certa perscribas. Dat. IIII. *kalendas Quinct.*

a al. tū ego t. am. & dol. desidero. q.

CICERO ATTICO S. 12

TV quidem sedulò argumentaris, quid sit sperandum, & maximè per senatum: idemque caput rogationis proponi scribis, quare in senatu dici nihil liceat. itaque siletur. Hic tu me accusas, quòd me afflictem, cùm ita sim afflictus, vt nemo vmquam: quod

quod tute intelligis. Spem ostendis secundum comitia. Quæ ista est eodem tribuno pl. & inimico COS. *Des? Percussisti autem me etiam de oratione prolata. cui vulneri, vt scribis, medere, siquid potes. Scripsi equidem [a] olim ei iratus, quòd ille prior scripserat. sed ita compresseram, vt numquam emanaturam putarem. quomodo exciderit, nescio. sed quia numquam accidit, vt cum eo verbo vno concertarem, & quia scripta mihi videtur negligentius, quàm cetera: puto posse probari, non esse meam. Id, [1] si putas me posse [b] sanari: cures velim. sin planè perii: minus laboro. Ego etiam nunc eodem in loco iaceo sine sermone vllo, sine cogitatione vlla. Licet tibi, ut scribis, significarim, [2] vt ad me venires [c] Sidona: [d] tamen intelligo, te istic prodesse, hic ne verbo quidem leuare me posse. Non queo plura scribere: nec est quod scribam. vestra magis expecto. Dat.* XVI. *Kalendas Sextil. Thessalonicæ.*

a q.v.c. olim iratus, alij, vt hic, olim ei iratus,

b L. seruari:

c L. Dodonam:

d fort. tamen te intelligo re istic prod.

ANNOTATIONES.

1 si putas me seruari posse,) sic legendum, libris omnibus inuitis. non ut uulgò, sanari. declarant id quod dico, cùm alia, tum quod sequitur, sin planè perij. sanari, perire, inter se opponuntur.
2 ad me uenires Dodonam.) etiam hic, Dodonam, legendum, non, Sidona: quamuis libri reclament. nam ueritas, quæ potior est, Sidona, ferre non potest. Dodona autem urbs est in Epiro.

CICERO ATTICO S. 13

QVod ad te scripseram, me in Epiro futurum: postea quàm extenuari spem nostram, & euanescere vidi, mutaui consilium: nec me Thessalonica cōmoui, vbi esse [a] constitueram, quoad aliquid ad me de eo scriberes, qđ proximis litteris scripseras fore, vti secundum comitia aliquid de nobis in senatu ageretur: id tibi Pompeium dixisse. Qua de re, quoniam

a v.c. statueram, & ita L.

niam comitia habita sunt, tuque nihil ad me scribis: [a] perinde habebo, ac si scripsisses, nihil esse: meque temporis oon longinqui spe ductum esse, moleste ferã. Quem autem motum te videre scripseras, qui nobis
5 *vtilis fore videretur, eum nuntiant, qui veniunt, nullum fore. In tribunis pl. designatis reliqua spes est: quã si expectaro, non erit, quòd putes me causæ meę, [b] ac voluntati meorum defuisse. Quòd me sæpe accusas, cur hunc meum casum tam grauiter feram, debes*
10 *ignoscere, cùm ita me afflictum videas, vt neminem vmquam nec uideris, nec audieris. Nam quòd scribis, te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi verò mens integra est: atque vtinam tam in periculo fuisset, cùm ego iis, quibus meam salutem caris-*
15 *simam esse arbitrabar, inimicissimis, crudelissimisque vsus sum: qui vt me [c] paullum inclinari timore viderunt, sic impulerunt, vt omni suo scelere, & perfidia abuterentur ad exitium meum. Nunc, [d] quoniam est Cyzicum nobis eundum, quo rarius ad me litte-*
20 *ræ perferentur, hoc velim diligentius omnia, quæ putaris me scire opus esse, perscribas. Q. fratrem meum fac diligas: quem ego miser, si incolumem relinquo, non me totũ perisse arbitrabor. Dat. nonis Sextilibus.*

a L. proinde

b veteres cod. non habent copulationem, ac,

c L. paullulum

d al. quoniam iam est

CICERO ATTICO S. 14

25 *EX tuis litteris plenus sum exspectatione de Pompeio, quidnam de nobis uelit, aut ostendat. Comitia enim credo esse habita: quibus absolutis, scribis illi placuisse agi de nobis. Si tibi stultus esse videor, qui sperem: facio tuo iussu: [a 1] & scio te me iis epistolis*
30 *potius, & meas spes solitum esse remorari. Nunc velim mihi planè perscribas, quid videas. Scio, nos no-*

a L. & si scio te his epistolis potius meas sp.

stris

stris multis peccatis in hanc ęrumnam incidisse. ea si qui casus aliqua ex parte [a] *correxerint, minùs molestè feremus nos vixisse, & adhuc viuere. Ego propter viæ celebritatem, & quotidianam exspectationem rerum nouarum, non commoui me adhuc Thessalonica: sed iam extrudimur, non à Plancio, (nam is quidem retinet) verum ab ipso loco, minimè apposito ad tolerandum in tanto luctu calamitatem. In Epirum ideò, vt scripseram,* [b] *non iui,* [c] *quòd subiti mihi aduersi nuntii venerunt, & litterę, quare nihil esset necesse quam proximè Italiam esse. Hinc si aliquid à comitiis audierimus,* [d] *nos in Asiam conuertemus: neque adhuc stabat, quò potissimùm. sed scies. Dat.* XII. *Kalendas Sextil. Thessalonicæ.*

a L. correxerit,
b v. c. non ueni,
c L. quòd subitò mihi uniuersi nuntij uen. & ita v. c.
d al. nos iter in As.

ANNOTATIONES.

1 etsi scio te his epist.) sic nunc edi iussi, non longè à scriptura uetere discedens. hac sententia. etsi scio te solitum esse his epistolis, quas antè accepi, meas spes remorari potius, ne scilicet eas abijcerem, subintell. quàm putasse aliquid esse, quod sperare deberem.

CICERO ATTICO S. 15

Accepi Id. Sextilib. quatuor epistolas à te missas: vnam, qua me obiurgas, & rogas, vt sim firmior: alteram, qua Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine, macieque narrasse: tertiam, qua demonstras acta in senatu: quartam de eo, quod à Varrone scribis tibi esse confirmatum de voluntate Pompeii. Ad primam tibi hoc scribo, me ita dolere, vt non modò à mente non deserar, sed idipsum doleam, me, tam firma mente vbi vtar, & quibuscum, non habere. Nā, si tu me vno nō sine mærore cares, quid me censes, qui & te, & omnibus? &, si tu [a] *incolumis me requiris,* [b] *quomodo à me ipsam* [c] *incolumitatē desiderari putas?*

a v. c. incolomis
b v.c. & quo modo
c v.c. incolomitatem

Nolo

Nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solùm quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. Hoc confirmo, neque tantis bonis esse priuatum quemquam, neque in tantas miserias inci-
5 *disse. Dies autem non modò non leuat luctū hunc, sed etiam augeat. nam ceteri dolores mitigātur vetustate: hic non potest non & sensu pręsentis miseriæ, & recordatione præteritæ vitæ quotidie augeri. Desidero enim non mea solùm, neque meos, sed meipsum. Quid*
10 *enim sum? Sed non faciam, vt aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sępius manus afferam. Nam quòd purgas eos, quos ego mihi scripsi inuidisse, & in eis Catonem: ego verò tantùm illum puto ab isto scelere* [a] *abfuisse, vt maximè doleam,*
15 *plus apud me simulationem aliorum, quàm istius fidem valuisse.* [b] *Ceteri, quo purgas,* [1] *debent mihi*[c] *purgati esse, tibi si sunt. sed hęc serò agimus. Crassi libertum nihil puto sincerè locutum. In senatu rem probè scribis actam. Sed quid Curio? an illam oratio-*
20 *nem non legit? quę vnde sit prolata, nescio. Sed Axius eiusdem diei scribens ad me acta, non ita laudat Curionem. At potest ille aliquid prætermittere: tu, nisi quod erat, profectò non scripsisti. Varronis sermo facit exspectationem Cæsaris: atque utinam ipse*
25 *Varro incumbat in causam: quod profectò cùm sua sponte, tum te instante faciet. Ego, si me aliquando vestri, & patriæ compotem fortuna fecerit, certè efficiam, vt maximè lætere vnus ex omnibus amicis: meaque officia, & studia: quæ parum antea luxerunt*
30 *(fatendum est enim) sic exsequar, vt me æquè tibi, ac fratri, & liberis nostris, restitutum putes. Si quid in*

a L. afuisse,

b L. Ceteros quòd purgas, deb. & ita v. c.

c v. c. probati

te peccaui, ac potiùs quoniam peccaui, ignosce. in me enim ipsum peccaui vehementiùs. Neque hæc cò scribo,[a] quò te non meo casu maximo dolore esse affectum sciam: sed profectò, si, quantùm me amas, & amasti, tantùm amare deberes, ac debuisses, numquam esses passus, me, quò tu [b] abundas, egere consilio: nec esses passus mihi persuaderi, vtile nobis esse; legem de collegiis perferri. Sed tu tantùm lacrymas præbuisti dolori meo, quod erat amoris, tanquam ipse ego: quod meritis meis perfectum esse potuit, vt dies, & nocteis, quid mihi faciendum esset, cogitares, id abs te, meo, non tuo scelere, prætermissum est. Quòd si non modò tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeii minùs liberali responso perterritum, à turpissimo consilio reuocaret, quod vnus tu facere maximè potuisti: aut occubuissem honestè, aut uictóres hodie viueremus. Hîc mihi [c] ignoscas. me enim ipsum multo magis accuso: deinde te, quasi me alterum, & simul meæ culpæ socium quæro. [d] si restituor, etiam minùs videbimur deliquisse, abs teque certè, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur. Quòd te cum Culleone scribis de priuilegio locutum: est aliquid. sed multo est melius abrogari. si enim nemo impediet, [e] sic est firmius. sin erit qui ferri non sinat: idem S.C. intercedet: nec quidquam aliud opus est, quàm abrogari. nam prior lex nos nihil lædebat: quam si, ut est promulgata, laudare voluissemus, aut, vt erat negligenda, negligere: nocere omnino nobis non potuisset.[f] Hîc mihi primùm non modò consilium defuit, sed etiam obfuit. Cæci, cæci, inquam, fuimus in uestitu mutando, in populo rogan-

a al. quòd

b L. abundabas, & ita v.c.

c L. ignosces.

d v c. Ac si rest. L. At si rest.

e L. quid est firmius? & ita v.c.

f v.c. Hic mihi primùm meum consiliũ defuit, sed etiã obf.

rogando. quod nisi nominatim mecum agi cœptum esset, fieri perniciosum fuit. sed pergo præterita. uerumtamen ob hanc causam, vt, si quid[a] ageretur, legem illam, in qua popularia multa sunt, ne tangatis. Verùm
5 *est stultum, me præcipere, quid agatis, aut quomodo. Vtinam modò agatur [b] aliquid: Multa occultant tuę litteræ: credo, ne uehementiùs desperatione perturber. Quid enim uides agi posse, aut quomodo? per senatum ne? [c] at tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clo-*
10 *dium in curię poste fixisse, ne referri, neue dici liceret. Quomodo igitur Domitius se dixit relaturum? Quomodo autem iis, quos tu scribis, & de re dicentibus, & vt referretur, postulantibus, Clodius tacuit? [d] At si per populum: poteritne nisi de omniũ tribunorũ*
15 *pl. sententia? quid de bonis? quid de domo? poteritne restitui? aut, si non poterit, egomet quomodo potero? Hęc nisi vides expediri, quam in spem me vocas? [e] si autem spei nihil est, quæ est mihi vita? Itaque exspecto Thessalonicæ acta Kalendarum Sext. ex quibus*
20 *statuam, in tuosne agros confugiam, vt neque uideam homines, quos nolim: & te, ut scribis, uideam, & propiùs sim, si quid agatur: idque intellexi cùm tibi, tum Q. fratri placere: an abeam Cyzicum. Nunc, Pomponi, quoniam nihil impertisti tuæ prudentiæ ad sa-*
25 *lutem meam, quòd aut in meipso satis esse consilii decreueras, aut te [g] nil plus mihi debere, quàm vt prestò esses: [h] quando quidem ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia mea pręsidia neglexi, totam Italiam in me erectam ad me defenden-*
30 *dum, destitui, & reliqui, [i] me meis tradidi inimicis inspectante, & tacente te: qui si nō plus ingenio ualebas,*

a fort. ageretur.
b L aliquid. in quo ipso multa occ.
c L. at tute
d v.c. Ac si
e L. sin autem
f L. decreras, & ita v.c.
g L. nihil
h L. quoniamque ego pr. & ita v.c. al. cumq. ego
i v.c, me, meos, me trad. inim. fort me meos meis trad. al. me, meosque trad. inim.

quàm ego, certè timebas minùs: si potes, erige afflictos, & in eo nos iuua. sin omnia sunt obstructa: id ipsum fac ut sciamus, & nos aliquando aut obiurgare, aut[a] comiter consolari desine. Ego si tuam fidem ac curarem, non me potissimum tuis tectis crederem: me ã 5 *amentiam accuso, quòd me à te tantùm amari, quantùm ego vellem, putaui. quod si fuisset: fidem eandem, curam maiorem adhibuisses. me certè ad exitum præcipitantẽ retinuisses: istos labores, quos nunc in naufragiis nostris suscipis, non subisses. Quare fac, ut om-* 10 *nia ad me perspecta, & explorata perscribas: meque, vt facis, velis esse aliquem, quoniam, qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum: & ut his litteris non te, sed meipsum à me esse accusatũ putes. Si qui erunt, quib. putes opus esse meo nomine litteras dari, velim* 15 *conscribas, curesque dandas. Dat.* XIIII. *Kalendas Septembr.*

a q.v.c. communiter non pl.

ANNOTATIONES.

1 debent mihi probari esse, tibi, &c.) Sic habent libri veteres. 20 Sed ego putarim legendum, debent mihi purgati esse, &c. Quòd autem suprà edidimus. Ceteros quòd purgas, pro quibus libri uulgati habent, Ceteri, quos purgas, in eo codicis Turnes. auctoritatem secuti sumus, quod eò adscripsi, quòd Victorius edidit, Ceteros, quos purgas, &c. plane mendosè.

2 aut occubuissem honestè,) hoc membrum desideratur in cod. Turnesiano. quod eò adscripsi, ut intelligant ij, qui codices antiquos usquequaq sequi dicunt oportere, codices illos 25 à scriptorib. liberarijs non solùm indoctis, uerùm etiam interdum negligentib. esse descriptos: & multa ab eis uel properantibus uel aliud agentibus, & errantibus esse & præterita, & mendosè scripta.

CICERO ATTICO S. 16

TOtum iter mihi incertũ facit exspectatio litterarum[a] tuarum, Kalendis Sext. Datarũ: non aliud 30 *aliquid.*

a L. uestrarum, & ita v. c.

aliquid. si spes erit, Epirum: si minùs, Cyzicum, aut aliud quid sequemur. Tuæ quidem litteræ, quo sæpius à me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem, [a] [1] quàm cùm lectæ sunt: tum, id, quod attulerunt ad
5 *spem, infirmant: vt facilè appareat, te & consolationi seruire, & veritati: [b] idque te rogo planè, vt ad me, quæ scis, vt erunt; quæ putabis, [c] ita scribas. Dat.* XII. *kalendas Septembr.*

a L. quòd cùm lectæ sunt, tum id, q.
b fort. Itaque te r.
c v. c. ita scribas, ut putabis. D.

ANNOTATIONES.

10 1 quòd cùm lectę sunt, tum id, quod attulerunt.) alij aliter: Corradus sic hunc locum restituendum putat, & leuissima immutatione facta, & sententia optima atque apertissima. Non mihi displicet tamen hæc lectio, quam codex Turnesianus habet, quòd cùm latæ sunt, tum id, &c.

CICERO ATTICO S. 17

15 *DE Q. frater nuntii nobis tristes, nec varii venerant, ex ante diem nonas Iun. vsq; ad prid. kal. Setembreis. Eo autem die [a] Liuinus M. Reguli lib. ad me à Regulo missus, venit. is omnino mentionem nullam factam esse nuntiauit: sed fuisse tamen sermonem*
20 *de C. Clodii filio: isque mihi tum à fratre litteras attulit. Sed postridie Sextii pueri venerunt, qui à te litteras attulerunt, non tam exploratas à timore, quàm sermo [b] Liuini fuerat. Sanè sum in meo infinito mærore sollicitus. et eo magis, [1] quòd Appii [c] quæstio*
25 *est. Cetera, quæ ad me eisdem litteris scribis de nostra spe, intelligo esse languidiora, quàm alii ostendunt. Ego autem, quoniam non longè ab eo tempore absumus, in quo res diiudicabitur: aut ad te conferam me, aut etiã nunc circũ hæc loca cõmorabor. Scribit ad me frater,*
30 *omnia sua per te vnum sustineri. Quid te aut horter, quod facis, aut agam gratias, quod non expectas?*

a al. Leuineius. & ita v. c.
b L. Leuinei
c q. v. c. spectio est. cod. Turnes. ut vulg. quæstio est

Tantùm velim fortuna det nobis potestatem. vt incolumes amore nostro perfruamur. Tuas litteras semper maximè exspecto: in quibus [a] *caue, ne aut diligentia tua mihi molesta, aut veritas acerba sit. Dat. Pridie Non. Septemb.* 5

a L. caue uereri, ne aut dilig. t. mihi m. aut ueritas ac.

ANNOTATIONES.

1 quod Appij quæstio est:) sic habet codex Turnesianus, & Memmiani, quo modo & vulgati. & placet. Nam hic Appius prætor erat designatus, & quæsitor futurus erat anno proximo certa lege. Spectio, quod sequitur Victorius, hoc loco nihil ad rem. 10
2 caue vereri ne aut dilig. mihi molesta, aut varietas acerba sit) Codices Memmiani habent, caue ne aut dilig. mihi m. aut varietas acerba sit: qua scriptura recepta ac probata, vitabimus eas, in quas se ipse Malaspina redigit, angustias. Quin etiam si legamus, varietas, nullo modo subintelligendum ast, aut, putes, aut, existimes, quod ille putat. Quis porrò ita loquitur: Caue putes, seu, noli putare, ne &c. & non potius, noli putare, seu caue putes illud fore? Omnino, varietas, mihi valde probaretur, si post, caue, non esset scriptum, veteri. Sic enim infrà proxima epistola: Tuæ autem litteræ sunt variæ, &c. Nunc autem, cùm planè scriptum sit in codice Turnesiano, caue vereri, (quamquam postrema syllaba non admodum appareat, &, veritas, non, varietas: nullus iam dubitandi relinquitur locus. Sentencia enim est perspicua, caue, inquit, vereri, id est, noli vereri, ne aut diligentia tua mihi sit molesta, aut ueritas acerba. hoc est, scribe ad me audacter, quæ scis, vt erunt: quæ putabis, vt putabis. quibus verbis úsus est in epist. superiore. 15 20

CICERO ATTICO S. 18

EXpectationem nobis non paruam attuleras, cùm scripseras, Varronem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompeium certè suscepturũ, & simul à Cæsare ei litteræ, quas exspectaret, remissæ essent, [1] [a] *auctorem etiam daturum. Virùm id nihil fuit? an aduersatę sunt Cæsaris litteræ? an est aliquid in spe? Etiam illud scripseras, eundem secundum comitia dixisse. Fac, si vides, quantis in malis* 25 30

a L. actorẽ & ita v. c. Turnes.

iaceam,

iaceam, &, si putas esse humanitatis tuę, me, fac de tota causa nostra certiorem. Nam Q. frater, homo mirus, qui me tam valde amat, omnia mittit spei plena, metuens, credo, [a] *defectionem animi mei. Tuæ* 5 *autem litteræ sunt variæ, neque enim me desperare vis, nec temerè sperare. Fac, obsecro te, vt omnia, quæ* [b] *prospici à te possunt, sciamus. Vale.*

a κατοψυχίαν

b L. perspici

ANNOTATIONES.

1 actorem etiam datur.) sic habet codex Turnesianus.

10

CICERO ATTICO S. 19

[a] QVòd eiusmodi mihi litteræ à vobis afferebãtur, vt aliquid ex iis esset expectandum spe, & cupiditate Thessalonicę [b] detentus sum. Postea-15 quàm omnis actio huius anni confecta nobis videbatur: in Asiam ire nolui, quòd & celebritas mihi odio est, &, si fieret aliquid à nouis magistratibus, abesse longè nolebam. Itaque id Epirum ad te statui me conferre: non quo mea interesset loci natura, qui lucem 20 omnino fugerem: [c] sed aut ad salutem libentissimè ex tuo portu proficiscar: aut, si ea præcisa erit, nusquam facilius hanc miserrimam vitam vel sustentabo, vel, quod multo est melius, abiecero. Ero cum paucis, multitudinem dimittam. Me tuæ litteræ nun-25 quam in tantam spem adduxerunt, quantam aliorum. attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quàm tuæ litteræ. Sed tamen, quoniam cœptum est, age, quoquo modo cœptum est, & quacumque de causa, non deseram neque optimi, atque vnici fratris mi-30 seras, ac luctuosas preces, nec [d] Sestii, ceterorumque promissa, nec spem ærumnosissimæ mulieris, Teren-

a L. Quoad & ita v. c.

b L. retentus sum. & ita v. c.

c v.c. sed & ad salutem &c. &, si ea præc.

d al. Sexti,

tiæ,nec miserrimæ mulieris, Tulliolæ,obsecrationem, & fideleis litteras tuas. Mihi Epirus aut iter ad salutem dabit:aut,quod scripsi suprà. Te oro, & obsecro, [a] Pomponi,si me omnibus amplissimis,carissimis,iucundissimisque rebus perfidia hominum spoliatum : si me à meis consiliariis proditum, & proiectum vides: si intelligis,me coactum, vt ipse me, & meos perderem,vt me tua misericordia iuues,& Q. fratrem,qui potest esse saluus, sustentes: Terentiam, liberosque meos tueare:me, [b] si putas te istic visurum,expectes: si minus,inuisas, si potes: [1] mihique ex agro tuo tantum assignes , quantum meo corpore occupari potest: & pueros ad me cum litteris quamprimum, et quàm sæpissimè mittas. Data. XV I. *Kalendas Octobr.*

a L.T.Pomponi, & ita v.c. Turnes.

b L. si putas, me te istic uis.

ANNOTATIONES.

1 mihique ex agro tuo tantum ass.) hic operę omiserant olim uocem , tuo .

CICERO SAL. D. Q. CAECILIO, Q. F. Pomponiano Attico. 20

QVod quidem ita esse, & auunculum tuum functum esse officio, vehementissimè probo: [1] gaudere me tum dicam , si mihi hoc verbo licebit vti. Me miserum,quàm omnia essent ex sententia, si nobis animus,si consilium,si fides eorum,quibus credidimus,non defuisset. quæ colligere nolo, ne augeam mærorem. Sed tibi venire in mentē certò scio,quę vita esset nostra,quæ suauitas, quę dignitas: ad quæ [a] recuperanda,per fortunas,incumbe, vt facis:diemque natalem reditus mei cura, ut in tuis ædibus amœnissimis agam tecum,& cum meis. Ego huic spei,& expectationi,quæ nobis proponitur, [2] maximè [b] tamen volui præstolari apud te in Epiro: sed ita ad me scribitur, vt putem

a L. recipe-randa,

b fort.antea

putem esse commodius nos eisdem in locis esse. De do
mo, & Curionis oratione, vt scribis, ita est. In vniuer
sa salute, si ea modò nobis restituetur, inerunt omnia:
ex qnibus nihil malo, quàm domū. sed tibi nihil man-
5 *da nominatim.* [a]*me totum tuo amori, fideiq. commen-*
do. Quòd te in tanta hereditate ab omni occupatione
expedisti, valde mihi gratū est. Quòd facultates tuas
ad meam salutem polliceris, vt omnibus rebus à te
præter ceteros iuuer: id quantum sit presidium, vi-
10 *deo: intelligoque, te multas parteis meæ salutis &*
suscipere, & posse sustinere, neque, ut ita facias, ro-
gandum esse. Quòd me uetas quidquam suspicari acci
disse ad animum tuum, quod secus à me erga te com-
missum, aut prætermissum videretur: geram tibi mo-
15 *rem, & liberabor ista cura: tibi tamen eo plus debe-*
bo, quo tua in me humanitas fuerit excelsior, quàm
in te mea. Velim, quid videas, quid intelligas, quid
agatur, ad me scribas, [b] *omneisq. ad nostram salutem*
adhortere. Rogatio Sextii neq. dignitatis satis habet,
20 *nec cautionis. nam & nominatim ferre oportet, & de*
bonis diligentius [c] *scribi: & id animaduertas, uelim.*
Dat. IIII. nonas Octobr. Thessalonicæ.

a v. c. totum me tuo am. & ita L.

b v. c. tuosque oēis, ad nost. & ita L.

c al. scribi. id anim.

ANNOTATIONES.

1 gaudere me tum dicam, si mihi &c.) si mihi, id est, cum
25 mihi, &c.
2 maximè tamen &c.) approbata Petri Fabri Aruerni Castil. coniectura legendum arbitror, maximè antea &c.

CICERO ATTICO S. 21

TRiginta dies erant ipsi, cùm has dabam litteras,
30 *per quos nullas à uobis acceperam. Mihi autem*
erat in animo, iam, ut antea ad te scripsi, ire in Epi-
rum,

rum, & ibi omnem casum potissimùm expectare. Te oro, vt, si quid erit, quod perspicias, quamcumque in partem, quamplanissimè ad me scribas, & meo nomine, vt scribis, litteras, quibus putabis opus esse, vt des Data v. kalendas Nouemb. 5

CICERO ATTICO S. 22

ETsi diligenter ad me Q. frater, & Piso, essent acta, scripserant, tamen vellem tua te occupatio non impedisset, quo minus, vt consuesti, ad me, quid ageretur, & quid intelligeres, perscriberes Me 10 adhuc Plancius liberalitate sua retinet, iam aliquoties conatum ire in Epirum. Spes homini est iniecta, non eadem, quæ mihi, posse nos vnà decedere: quàm rem sibi magno honori sperat fore. Sed iam, cùm aduentare milites [a] dicentur, faciendum nobis erit, vt 15 ab eo discedamus: quod cùm faciemus, ad te statim mittemus, vt scias, vbi simus. Lentulus suo in nos officio, quod & re, & promissis, & litteris declarat, spem nobis nonnullam affert Pompeii voluntatis. sæpe enim tu ad me scripsisti, eum totum esse in illius 20 potestate. De Metello scripsit ad me frater, quantum speraret profectum esse per te. mi Pomponi, pugna, vt tecum, & cum meis mihi liceat viuere: & scribe ad me omnia. [b] premor cùm luctu, tùm desiderio omnium rerum, quæ mihi me cariores semper fuerant. 25 Cura, vt valeas. Ego, quòd, per Thessaliam si rem in Epirum, perdiu nihil eram auditurus, & quòd mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cum illa superiora Thessalonicæ scripsissem. inde cum ad te me conuertam, faciam, vt scias. tuque ad me velim omnia quamdiligentissimè, [c] cuiusmodi sunt, scribas. 30

a al. dicuntur.

b q.v.c. premor cùm luctu, tum desiderio rerum omnium, tum eorum, qui mihi me car.

c L. cuicuimodi sunt, al. cuiuscuiusmodi sunt.

bus. Ego iam aut rem, aut ne spem quidem exspecto. Dat. VI. Kalendas Decemb. Dyrrhachii.

CICERO ATTICO S. 23

A D. V. *kalendas Decemb. treis epistolas à te accepi. vnam, datam*[a] *ad* VIII. *kalendas Nouemb. in qua me hortaris, vt forti animo mensem Ian. exspectem: eaque, quæ ad spem*[b] *putas pertinere, de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pompeii ratione perscribis. In altera epistola, præter consuetudinem tuam, diem non adscribis: sed satis significas tempus. Lege enim ab octo tribunis pl. promulgata, scribis te eas litteras eo ipso die dedisse: id est,*[c] *ad* IIII. *kalendas Nouemb. &, quid putes vtilitatis eam promulgationem attulisse, scribis. In quo*[d] *si etiam nostra salus cum hac lege desperata erit: velim, pro tuo in me amore, hanc inanem meam diligentiam, miserabilem potius, quàm ineptam putes. sin est aliquid spei: des operam, vt maiore diligentia posthac à*[e] *nostris magistratibus defendamur. Nam ea veterum tribunorum pleb. rogatio tria capita habuit: Vnum, de reditu meo, scriptum incautè: nihil enim restituitur, præter ciuitatem, & ordinem: quod mihi pro meo casu satis est: sed quæ cauenda fuerint, & quo modo, te non fugit. Alterum caput est tralatitium, de impunitate, siquid contra alias leges eius legis ergò factum sit. Tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, & à quo sit inculcatum, vide. scis enim Clodium sanxisse, vt vix,*[f] *aut omnino non posset, nec per senatum, nec per populum infirmari sua lex. Sed vides nunquam esse obseruatas sanctiones earum legum quæ abrogarentur.*

nam

[a] L. a. d. VIII.
[b] al. putes
[c] L. a. d. IIII.
[d] L. si iam
[e] L. nonis
[f] L. aut ut omnino

nam si id eßet, nulla ferè abrogari poßet. neq. enim vlla est, quæ non ipsa se sæpiat difficultate abrogationis. sed cùm lex abrogatur; [a] illud ipsum abrogaretur, [b] quomodo eam abrogari oporteat. Hoc cùm ƺe vera ita sit, cùm semper ita habitum, obseruatumq. sit, octo nostri tribuni pl. caput posuerunt hoc: 5

SI QVID IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM EST, QVOD PER LEGES, PLEBIS VESC ITA: HOC EST, QVOD PER LEGEM CLODIAM, PROMVLGARE, ABROGARE, [c] DEROGARE, S.F. SVA NON LICEAT, NON LICVERIT: QVOD. EI, QVI PROMVLGAVIT, ABROGAVIT, DEROGAVIT, OB EAM REM POENÆ, MVLTÆVE SIT, [d] E. H. L. N. R. 10

Atque hoc in illis tribunis pl. non lædebat. Lege enim [e] collegii sui non tenebātur. quo maior est suspicio malitię alicuius, cùm id, quod ad ipsos nihil pertinebat, erat autem contra me, scripserunt, vt noui tribuni pl. si essent timidiores, multo magis sibi eo capite vtendum putarent. Neq. id à Clodio prætermissum est. dixit enim in contione [f] ad III. nonas Nouemb. hoc capite, designatis tribunis pl. præscriptum esse, quid liceret. Tamen, in lege nulla eße eiusmodi caput, te non fallit. quod si opus esset: omnes in abrogando veterentur. [g] Numiū, ac ceteros fugerit, inuestiges, velim, & qui attulerit, & quare octo tribuni pl. ad senatū de me referre non dubitarint. [h] siue, ꝙ obseruandum illud caput nō putabant: iidem in abrogando tā cauti fuerunt, vt id metuerent, soluti cùm essent: quod ne iis quidem, qui lege tenentur, est curandum: Id caput sanè nolim nouos tribunos pl. ferre. sed perferant, modò [i] quidlibet. 15 20 25 30

vno

[a] L. illud ipsum abrogatur, & ita v. c.
[b] L. quo nō eam abr.
[c] L. DEROGARE, OBROGARE SINE FRAVDE SVA.
[d] L. OBROGAVIT, OB EAM..
[e] al. collegæ sui
[f] L ad III.
[g] L. Vt Ninnium, aut ceteros fug.
[h] L. si enim quòd obs. ill. cap. non putabant: cur eidem in abr. tam cauti fuerunt, ut id met soluti cum essent? i. v. c
[i] quidlibet. quod

vno capite, quo reuocabor (modò res conficiatur) ero contentus. Iamdudum pudet tam multa scribere. Vereor enim, ne, re iam desperata, legas: vt hæc mea diligentia, miserabilis tibi, aliis irridenda uideatur. Sed, si est aliquid in spe, vide legē, quam T. Fadio scripsit T. Visellius. ea mihi perplacet. nam Sextii nostri, quam tu tibi probari scribis, mihi non placet. Tertia est epistola prid. idus Nouembr. data: in qua exponis prudenter, & diligenter, quæ sint, quę rem distinere videantur, de Crasso, de Pompeio, de ceteris. Quare oro te, vt, si qua spes erit, posse studiis bonorū, auctoritate, multitudine comparata rē confici, des operam, ut uno impetu perfringatur: in eam rem incumbas,[a] ceterosque tu excites. sin, vt ego perspicio[b] tum tua coniectura, tum etiam mea spei nihil est, oro, obtestorq. te, ut Q. fratrem ames, quem ego miserum misere perdidi: neue quid eum patriare grauius consulere de se, quàm expediat sororis tuæ filio. Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo, præter inuidiam & ignominiam nominis mei,[c] tueare, quoad poteris: Terentiam vnam omnium ærumnosissimam sustentes tuis officiis. Ego in Epirum proficiscar, cùm primorum dierum nuntios excepero. Tu ad me velim proximis litteris, vt se initia dederint, perscribas. Dat. pridie Kalendas Decembr.

a v. c. ceterosque excites. & ita L.

b L. cùm tua com.

c q. v. c. tuare, non pl.

ANNOTATIONES.

1 E.H L.N.R.) id est, eius hac lege nihilum rogatur.
2 Si enim quòd obseruandum, &c.) Paullum quiddam Manutianæ emendationi, quæ à doctis omnibus, vt audio, probatur, addidi. Sic enim ille. Si enim quòd obseruandum illud caput non putabant, iidem postea, &c. Ego sic: Si enim q. obs. ill. c. n. putabant, cur iidem, &c. uel, vt habet codex Turnesianus, eidem &c.

CICERO ATTICO S. 24

ANtea cùm ad me scripsissetis, vestro consensu [a] consulareis prouincias ornatas esse: etsi verebar, quorsum id casurum esset, tamen sperabam vos aliquid aliquando vidisse prudentiùs. Posteaquàm mihi & dictum est, & scriptum, vehementer consilium vestrum reprehendi, [b] grauiter sum commotus, quòd illa ipsa spes exigua, quę erat, videtur esse sublata. nam si tribuni pl. nobis [c] succensent, quæ potest spes esse? ac videntur iure [d] succensere, cùm & expertes consilii fuerint, qui causam nostram susceperant, & nostra concessione omnem vim sui iuris amiserint: præsertim cùm ita dicant, se nostra causa voluisse suā potestatem esse de consulibus ornandis, non ut eos impedirent, sed ut ad nostram causam adiungerent. nunc si COSS. à nobis alieniores esse uelint, posse id liberè facere: sin vellent nostra causa, nihil posse, se inuitis. Nam quod scribis, ni ita [e] nobis placuisset, illos hoc idem per populum assecuturos fuisse: Inuitis tribunis pl. fieri nullo modo potuit. ita vereor, ne & studia tribunorum amiserimus, &, si studia maneant, [f] vinculum illud adiungendorum COSS. amissum sit. Accedit aliud non paruum incommodum, quod grauis illa opinio ut quidem ad nos perferebatur, senatum nihil decernere antè, quàm de nobis actum esset, amissa est: prę sertim in ea causa, quę non modò necessaria non fuit, sed etiam inusitata, ac noua. neque enim umquam arbitror ornatas esse prouincias designatorum: ut, cùm in hoc illa constantia, quæ erat mea causa suscepta, imminuta sit, nihil iam possit non decerni. Iam his, ad quos relatum est, amicis placuisse, [g] non mirum sit.

a v.c. consulum prouinc.
b v.c. sum grauiter
c v.c. suscensent,
d v.c. suscensere,
e L. uobis
f v.c. uinclum. & ita L.
g L. non mirum est. v c. non mirum'st.

(line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30)

sit, erat n. difficile reperire, qui contra tanta commoda duorum consulum palàm sententiam diceret: & fuit omnino difficile non obsequi vel amicissimo homini Lentulo, uel Metello, qui simultatem humanissimè deponeret. Sed vereor, [a] ne hos cum tenere potuerimus, tribunos pl. amiserimus. Hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas: & ita, ut instituisti. nam ista veritas, etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. Dat. IIII. idus Decembr.

a v.c. ne hos tamen tenere pot.

CICERO ATTICO S. 25

POst tuum à me discessum, litteræ mihi Roma allatæ sunt: ex quibus [a] prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse. neq; enim (sed bonã in partem accipies) si vlla spes [b] salutis nostris subesset, tu, pro tuo amore in me, hoc tempore discessisses. Sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiscum una interire uideamur, [c] hæc omitto. Illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmasti, ut te antè Kalendas Ian. ubicumque erimus, sistas. Vale.

a al. perspicio
b al. saluti nostræ. fort. salutis nostre
c al. hoc om.

CICERO ATTICO S. 26

LItteræ mihi à Q. fratre cum S.C. quod de me est factum, allatæ sunt. [a] mihi in animo est legum lationem expectare. si obtrectabitur, [b] utar auctoritate senatus: & potiùs uita, quàm patria, carebo. Tu, quęso, festina ad nos venire. VI. Kal. Ian.

a v.c. in animo st.
b al. nitar

CICERO ATTICO S. 27

EX tuis litteris, & ex re ipsa, nos funditus perisse video. Te oro, ut, quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miseriis ne desis. Ego te, ut scribis, citò videbo. [a] plura non scribo. Cura, vt valeas.

a hoc totum, plura non scribo. Cura, ut ualeas, non reperitur in cod. Turnesian. neque in aliquot alijs.

M.T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM,

LIBER IIII.

CICERO ATTICO S. I

10

CVM *primùm Romam veni, fuitque cui rectè ad te litteras darem, nihil priùs faciendum mihi putaui, quàm vt tibi absenti de reditu nostro gratularer. Cognoram enim (ut verè scribam) te in consiliis mihi* 15 *dandis nec fortiorem, nec prudentiorem, quàm meipsum,*[1] [a]*nec etiam propter meam in te obseruantiam, nimiùm in custodia salutis meæ diligentem: eundemque te, qui primis temporibus, erroris nostri,* [b] *aut totius furoris particeps, & falsi*[c]*rumoris socius fuisses, acerbissimè* [d] *dissidium nostrum tulisse: plurimumquè operæ, studii, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditũ meum contulisse. Itaque hoc tibi uerò affirmo, in maxima lętitia, & exoptatissima gratulatione, unum ad cumulandum gaudium conspectum,* 25 *aut potiùs complexum mihi tuum defuisse: quem semel nactus, numquam dimisero: ac, nisi etiam prętermissos fructus tuæ suauitatis pręteriti temporis omneis exegero, profectò hac restitutione fortunæ me ipse non satis dignum iudicabo. Nos adhuc in nostro* 30 *statu, quod difficillimè*[e] *recuperari posse arbitrati sumus,*

a L. nec etiã pro uetere tua in me obseruantia, al. nec etiam propter tuã in me obs. b L. aut potiùs c L. timoris d L. discidium. & ita v. c.

e q. v. c. reciperari

mus splendorem nostrum illum forensem, & in senatu auctoritatem, & apud viros bonos gratiam, magis quàm optaramus, consecuti sumus: in re autem familiari, quæ quemadmodum fracta, dissipata, direpta
5 *sit, non ignoras, valde laboramus: tuarumque non tã facultatum, quas ego nostras esse iudicio, quàm consiliorum, ad colligendas, et constituendas reliquias nostras indigemus. Nunc, etsi omnia aut scripta à tuis arbitror, aut etiam nuntiis, ac rumore perlata, tamen*
10 [a]*ea inscribam breui, quæ te puto potissimùm ex meis litteris velle cognoscere. Prid. nonas Sext. Dyrrhachio sum profectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis. Brũdisiũ veni nonis Sext. Ibi mihi Tulliola mea fuit presto natali suo ipso die, qui casu idem natalis*
15 *erat & Brundisinæ coloniæ, & tuæ vicinæ Salutis: quæ res animaduersa à multitudine, summa Brundisinorum gratulatione celebrata est. Ante diem VI. Id. Sext.* [b] *cognoui litteris Q. fratris, mirifico studio omnium ætatum, atque ordinum incredibili concursu*
20 *Italiæ, legem comitiis centuriatis esse perlatam. inde à Brundisinis* [c] *honestissimis ornatus, iter ita feci, vt vndique ad me cum gratulatione legati conuenerint. Ad vrbem ita veni, vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non vene-*
25 *rit, præter eos inimicos, quibus idipsum nõ liceret aut dissimulare, aut negare. Cùm venissem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant: à qua plausu maximo cùm esset mihi gratulatio significat, similis & frequentia, & plausus me vsque*
30 *ad Capitoliũ celebrauit.* [d]*In foro, & in ipso Capitolio, miranda multitudo fuit. Postridie in senatu, qui fuit*

a L. ea scribam br.

b L. cognoui, cum Brundusij essem, litteris

c fort. honestissimè

d L. in foro verò, & in ipso. al. In foroq. & in ipso Capitol.

dies nonarũ Septembr. senatui gratias egimus. Eo biduo cum esset annonę summa caritas, & homines ad theatrum primò, deinde ad senatum concurrissent impulsu Clodii, mea opera frumenti inopiam esse clamarent, cùm per eos dies senatus de annona haberetur, 5 *& ad eius procurationem sermone non solùm*[a] *plebis, verùm etiam bonorum, Pompeius vocaretur; idque ipse cuperet, multitudoque à me nominatim, vt id decernerem, postularet: feci, & accuratè sententiam dixi, cùm abessent consulares, quòd tutò se negarent posse sententiam dicere, pręter Messallam, et Afranium.* 10 *Factum est S.C. in meam sententiam, ut cũ Pompeio ageretur, ut eam rem susciperet, lexque ferretur. Quo S.C. recitato, cùm contio, more hoc insulso, & nouo, plausum* [b]*meo nomine in recitando dedisset, habui cõtionem: omnes magistratus præsentes, præter vnum pretorem, & duos tribunos pleb. dederunt. Postridie* 15 *senatus frequens, & omnes consulares nihil Pompeio postulanti negarunt. Ille legatos quindecim cùm postularet, me principem nominauit,* [c] *& ad omnia me alterum se fore dixit. Legem* COSS. *conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ, toto orbe terrarum daretur.* 4 *Alteram* 20 [d] *Messius, qui omnis dat pecunię potestatem, &* [e] *adiungit classem, & exercitum, & maius imperium in prouinciis, quàm sit eorum, qui eas obtineant. Illa nostra lex consularis, nunc molesta videtur: hæc*[f] *Messii, non ferenda. Pompeius illam velle se dicit: familiares hanc. Consulares duce Fauonio fremunt: nos tacemus,* 25 *& eo magis, quòd de domo nostra nihil adhuc pontifices responderant: qui si sustulerint religionem, areã* 30

a v.c. plebi.

b L. meo nomine recitando dedissĕ.

c q. v. c. & omnia al. & omnino

d L. Mescinius, qui omnis pecunię dat p.

e al. adiunxit cl.

f L. Mescinij,

præcla-

præclaram habebimus. Superficiẽ COSS. *ex S.C. æſtimabunt. ſin aliter: demolientur, ſuo nomine locabunt, rem totam æſtimabunt. Ita ſunt res noſtræ, vt in ſecundis, fluxæ: vt in aduerſis, bonę. In re familiari valde ſumus, vt ſcis, perturbati. Præterea ſunt quædam domeſtica, quæ litteris non cõmitto. Q. fratrem inſigni pietate, virtute, fide præditum, ſic amo, vt debeo. Te expecto, & oro, vt matures venire, eoque animo venias, vt me tuo conſilio egere non ſinas. Alterius vitæ quoddam initium ordimur. Iam quidam, qui nos [a] abſenteis defenderunt, incipiunt præſentibus occultè iraſci, apertè inuidere. vehementer te requirimus.*

[a] v. c. abſentis.

ANNOTATIONES.

1 nec etiam pro uetere tua) Sic repoſui, cùm offenſus uulgata lectione, quam aures Latinis ſcriptis probatis aſſuefactæ, ferre non poſſunt, tum ab vno codice Memmiano admonitus, atque adductus: in quo ſcriptum eſt, propterea tua. propterea enim minus deprauatum à rectó, pro vetere. Non celabo lectorem tamen, in codice Turneſ. planè ſcriptum eſſe, nec etiam propter meam in te obſeruantiam, &c. vt intelligat, quod ſæpe admonui, libros veteres cum iudicio, & cautè eſſe tractandos, ut non vſquequaque incorruptos. Non longè abiero. ſuprà, eadem epiſt. pro, ut ue rè ſcribam, quod rectum eſt, in codice Turneſi. ſcriptum eſt, vt bene ſcribam. quod quis non uidet eſſe deprauatum?

2 aut potius furoris.) Sic emendauit Erricus Stephanus, & rectè. Nam mendosè habent libri omnes, aut totius. Paullo poſt liber unus manuſcr. longè optimus habet, falſi moris. Vnde, ſuſpicor legendum, falſi timoris. & mox, diſcidium, edendum curaui, pro uulgato, diſſidium, noſtros codices ueteres ſecutus.

3 cognoui cnm Brund. eſſem, ex litteris) liber Turneſi. habet: cognoui cum Brunduſij eſſem, ex litteris &c. & ita legendum. Nam hoc totum, cùm Brunduſij eſſem, abeſt à libris vulgatis.

4 Alteram Meſcinius) ſic uidetur legendum potius, quàm, Meſſius, ut rectè exiſtimat Manutius, quamquam malim, Meſcinius, quam Meſſinius. Sed codices Memm. planè habent, Meſſalla, iſque: à qua ſcriptura non longè abeſt Beſſarionis liber, quo uſus eſt Manutius.

CICERO ATTICO S. 2

SI fortè rarius tibi à me, quàm à ceteris, litteræ redduntur, peto à te, [a] vt id non modò non negligentiæ meæ, sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri, & officii mei. nam, vt ueni Romam, iterum nunc sum certior factus, esse cui darem litteras. itaque has alteras dedi. Prioribus tibi declaraui, aduentus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostræ quemadmodum essent, vt in secundis, fluxę: ut in aduersis, bonæ. [b] Post illas datas, secuta est summa contentio de domo. Diximus apud pontifices pridie Kalendas Octobr. acta res est accuratè à nobis: et, si umquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si numquam alias fuimus, tum profectò [c] doloris magnitudo uim quandam nobis dicēdi dedit. [1] Itaq. oratio iuuentuti nostrę deberi non potest: quam tibi, etiam si non desideras, tamen mittam citò. Cùm pontifices decreßent ita, SINE QVE POPVLI IVSSV, NEQVE PLEBISCITO, [d] QVI SE DEDICASSE DICERET, NOMINATIM EI REI PRÆFECTVS ESSET, NEQVE POPVLI IVSSV, AVT PLEBISCITO ID FACERE IVSSVS ESSET, VIDERI, POSSE SINE RELIGIONE [e] EAM PARTEM AREAE MI RESTITVI: *mihi facta statim est gratulatio. Nemo enim [f] dubitat, quin domus nobis esset adiudicata.* [g] *Tum subitò ille in contionem adscendit, quam Appius ei dedit.* [h] *nuntiat iam populo, pontifices secundum se decreuiße, me autem vi conari in poßessionem*

5 10 15 20 25 30

a L. vt id non modò negligentię meæ
v. c. vt id non modò neglegentiæ m.

b v. c. Post illas datas litteras,

c al. dolor, & magnitudo &c.

d L. IS, QVI

e al. IAM GIONE P. mendosè.

f L. dubitabat,

g al. Cùm

h al. nuntiantq. pop.

sionem venire. hortatur, vt se, & Appium sequantur, & suam libertatem ut defendant. Hic cùm etiam illi infimi partim admirarentur, partim irriderent hominis amentiam, ego statueram illuc non accede-
5 *re, nisi cùm* coss. *ex S. C. porticum Catuli restituendam locassent. kalendis Octobr. habetur senatus frequens: adhibentur omnes pontifices, qui erant senatores: à quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quæsiuit,*
10 *quid essent in decernendo secuti. Tum* [a] *Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, religionis iudices, pontifices fuisse: legis, senatum: se & collegas suos de religione statuisse: in senatu de lege statuturos.* [b] *quisque horum loco sententiam rogatus,*
15 *multa secundum causam nostram disputauit. Cùm ad Clodium ventum est, cupiit diem consumere: neq. ei finis est factus: sed tamen* [c] *cùm H.* III. *ferè dixisset, odio & strepitu senatus, coactus est aliquando perorare. Cùm fieret S.C. in sententiam Marcellini, omnib.*
20 *prÿter unum, assentientibus, Serranus intercessit. De intercessione statim ambo* coss. *referre cœperunt. Cùm sententiæ grauissimæ dicerentur, Senatui placere mihi domum restitui, porticum Catuli locari, auctoritatem ordinis ab omnib. magistratibus defendi:*
25 [d] *si quæ vis esset facta, senatum existimaturum eius opera factum esse, qui S.C. intercessisset: Serranus pertimuit, & Cornicinus ad suam ueterem fabulam rediit: abiecta toga se ad generi pedes abiecit. ille noctem sibi postulauit. non concedebant. reminiscebantur*
30 *tur enim kalen. Ian.* [e] *Vix tamen sibi de mea uoluntate cõcessum est. Postridie S.C. factum est id, quod ad*

a q. v.c. M. Lucullus. & ita L.

b L. suo quisque horum loco.

c v.c. cùm horas tris.

d al. si qua.

e L. Vix tamen, de mea uol. v. c. Vix tamen tibi de m. fort. Vix tamen id de mea v.

te misi. Deinde COSS. *porticum Catuli restituendam locarunt. illam porticum redemtores statim sunt temoliti libentissimis omnibus. Nobis superficiem ædiũ* COSS. *de consilii sententia æstimarunt* [a] H-S. *vicies: cetera valde illiberaliter. Tusculanam villam quingentis mil. Formianum* H-S. *ducentis quinquaginta mil. quæ æstimatio non modò vehementer ab optimo quoque, sed etiam à plebe reprehenditur. Dices, quid igitur causę fuit? Dicũt illi quidem: pudorem meum, quòd neq. negarim, neque vehementius postularim. Sed non est id. nam hoc quidem etiã profuisset. verùm iidem,* [b] *T. Pomponi, iidem, inquam, illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi* [c] *pennas inciderant, nolunt easdem renasci: sed, vt spero, iam renascuntur. Tu modò ad nos ueni. quod vereor ne tardiùs, interuentu Varronis tui, nostrique facias. Quoniam acta quę sint, habes: de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me à Pompeio legari ita sum passus, vt nulla re impedirer,* [d] *quin, si vellem, mihi esset integrum: aut, si comitia censorum proximi* COSS. *haberent, petere possem, aut votiuam legationem* [e] *suscipere propè omnium fanorum, ac sacrorum locorum.* [2] *Sic enim nostræ rationes postulabant. Sed uolui meam potestatem esse uel petendi, uel ineunte æstate exeundi: & interea me esse in oculis ciuium, de me optimè meritorum, non alienum putaui. Ac forensium quidem rerum hęc nostra consilia sunt: domesticarum autem, ualde impedita. Domus ædificatur. scis quo sumtu, qua molestia* [f] *reficitur Formianum: quod ego nec relinquere possum, nec videre. Tusculanum proscripsi. Suburbano non facilè careo. Amicorum benignitas exhau-*

sta

a v.c. sestertio uicies,

b q.v.c. mi T. Pomp.

c v.c. pinnas & ita L.

d al. quominùs, si uellem,

e al. susciperem q. v.c. sumsisse &c. non plac.

f L. reficiatur Form. & ita v. c.

sta est in ea re, quæ nihil habuit præter dedecus: quod sensisti tu absens: præsentes, quorum studiis ego & copiis, si esset per meos defensores licitum, facilè essem omnia consecutus: quo in genere nunc vehementer
5 *ter laboratur. Cetera, quæ me sollicitant,* μυστικώτερα *sunt. Amamur à fratre, & à filia. te exspectamus.*

ANNOTATIONES.

1 Itaque oratio iuuentutis &c.) codex Turnes. habet, Itaque oratio iubent uti nostræ &c. quæ scriptura deprauata est nam, iu-
10 bent uti, scriptum ab imperito librario, pro, iuuentuti. sic autem scriptum esse etiam in suo manuscr. testatur Victorius.
2 sic enim nostræ rationes) codex Turnesianus habet, nostræ rationes, utilitates meæ postulabant.

Verba Græca, Latinis expressa.

μυστικώτερα, secretiora.

15 CICERO ATTICO. S. 3

A *Vere te certò scio, [a] tum scire quid hic agatur, [1] [b] tum à me scire: non quò certiora sint ea, quæ in oculis omnium geruntur, si à me scribantur, quàm cùm ab aliis aut scribuntur tibi, aut nuntiantur: [c] verùm ut perspicias ex meis litteris, [d] quo modo ea feram, quæ geruntur, & qui sit hoc tempore aut mentis meæ sensus, aut omnino uitæ status. Armatis hominibus ante diem tertium Non. Nouembr. expulsi sunt fabri de area nostra: disturbata porticus Catuli,*
25 *quæ ex S. C. coss. locatione reficiebatur, & ad tectum pæne peruenerant. Q. fratris domus primò fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflammata iussu Clodii, inspectante urbe, [e] coniectis ignibus, magna querela & gemitu non dicam bonorum,*
30 *qui nescio an [f] ulli sint, sed planè hominū omnium. [2] Ille vehemens [g] furere. post hunc uerò furorem, nihil nisi*

a L. cùm
b L. tum ea à me scire:
c L. sed id persp.
d L. quo animo.
e al. iniectis.
f L. nulli sint.
g L. ruere. & ita v. 4.

cędem inimicorum cogitare, vicatim ambire, seruis apertè spem libertatis ostendere. Etenim antea, [3] *cùm iudicium* [a] *nolebat: ille quidem difficilem, manifestamque causam. sed tamen causam. id poterat infitiari: poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere. Post has ruinas, incendia, rapinas, desertus à suis, vix iam Decimum designatorem, vix Gellium retinet. Seruorum consiliis vtitur. videt, si omneis, quos vult, palàm occiderit, nihilo suam causam difficiliorem, quàm adhuc sit, in iudicio futuram. Itaque ante diem tertium idus Nouembr.* [4] *cùm sacra via descẽderem, insecutus est me cum suis. clamor, lapides, fustes, gladii. hæc improuisa omnia. discessimus* [b] *in vestibulum M. Tetii Damionis. qui erant mecum, facilè operas aditu prohibuerunt: ipse occidi potuit. Sed ego diæta curaui incipio: chirurgię tædet. Ille omnium vocibus cùm se non ad iudicium, sed ad supplicium præsens trudi videret, omneis Catilinas, Acidinos postea reddidit. Nam Milonis* [c] *domum, meamq.* [5] *Ceramio prid. idus Nouembr. expugnare, & incendere ita conatus est, vt palàm hora quinta, cum scutis homines, eductis gladiis, alios cum accensis facibus adduxerit. ipse domum P. Syllæ pro castris sibi* [6] *ad eam impugnationem sumserat. Tum ex Anniana Milonis domo Q. Flaccus eduxit viros acreis. occîdit homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos: ipsum cupiuit:* [7] *sed ille se* [d] *in interiorem partem ædium abdidit. Sulla se in senatu postridie Id. domi Clodius. egregius Marcellinus: omnes acres. Metellus Kalumnia dicendi tempus exemit, adiuuante Oppio, etiam hercule familiari tuo: de*

a al. tollebat: fort. uiolabat:

b al. in uestibulum Tetij. Dam.

c L. domũ, eam, quæ est in Cermalo,

d L. in interiora ędium Syllæ. is in senatu postridie idus domi Clodius.

de cuius constantia, virtute,[a] *verissimæ litteræ. Sextius furere. Ille postea, si comitia sua non fierent, urbi minari. Proposita Marcellini sententia, quam ille de scripto ita dixerat, ut totam nostram causam, areæ, in-*
5 *cendiorum, periculi mei, iudicio complecteretur, eaque omnia comitiis anteferret, proscripsit, se per omneis dies comitiales de cælo seruaturum. Contiones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furiosissimæ Publii. Hæc tamen summa.*[b] *nisi Miloni C. Appius*
10 *obnuntiasset, comitia futura. Ante diem* XII. *Kalendas Decembr.*[c] *Milo ante mediam noctem*[d] *cum magna manu in cāpum venit. Clodius* [8] *cùm haberet fugitiuorum*[e] *deiectas copias, in campum ire non est ausus. Milo permansit ad meridiem, mirifica homi-*
15 *num lætitia, summa cum gloria. Contentio fratrum trium turpis, fracta vis,* [9] *contemtus furor. Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur: nihil esse; quòd in campum nocte veniretur: se hora prima in comitio fore. Itaq. ante diem* XI.
20 *Kalendas Ian. in comitium Milo de nocte venit. Metellus cum prima luce furtim in campum itinerib. propè deuiis currebat. Assequitur inter lucos hominē Milo: obnunciat. ille se recepit magno, & turpi Q. Flacci conuicio. Ante diem* X. *Kalendas nundinæ. contio biduo nulla ante diem*[f] VIII. *Kalend. hæc ego scribebā,*
25
hora noctis nona. Milo campū iam tenebat. Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego vicinus audirem. Clodii uestibulū uacuū sanè mihi nunciabatur. [10] [g] *paucis pānosis sine laternà. meo cōsilio omnia illi fieri querebantur, ignari, quantū in illo heroe esset animi, quan-*
30 *tum etiam consilii. miranda virtus est. noua quædam, diuina*

a L. tuæ verissimæ litt.
b L. nisi Milo in campum obnuntiasset, &c. c. q. v. c. Milo media nocte cum m.
d v. c. cum manu magna.
e al. delectas.
f v. c. VIIII.
g L. Pauci pannosi, sine lacerna.

diurna mitto. Sed hæc summa est: comitia fore non arbitror.[11] [a] *reum Publium, nisi antè occisus erit, fore à Milone puto.*[12] [b] *si se interim obuiam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone uideo. non dubitat facere, præ se fert. casum illum nostrum non extimescit. num quam enim cuiusquam inuidi, & perfidi consilio est usus, nec inerti nobili crediturus. Nos animo dun taxat uigemus, etiam magis, quàm cùm florebamus. re familiari comminuti sumus. Q. fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, ne omnino exhaustus* [c] *essem, illo recusante, subsidiis amicorum respondemus. Quid consilii de omni nostro statu capiamus, te absente, nescimus. Quare appropera.*

a L. præt. Publiũ, nisi ante occisus erit, fore puto.

b al. si se inter uiam obt. al. si se inter uias obt. al. si se ultro in uia obt.

c L. esset,

ANNOTATIONES.

1 tum à me scire) codex Turnesian. habet, tum mea à me scire. Quam scripturam probo.

2 Ille uehemens ruere) etiam Memmiani codices habent, ruere: quomodo & ij, quibus usus est Malaspina, & item Turnesianus, non, ut uulgati, furere.

3 cùm iudicium nolebat,) sic habent nostri libri ueteres omnes Manutius arbitratur legendum, tollebat, quod non equidem improbo: sed quid si quis dicat, legi posse, uiolabat? Sic enim suprà lib. 1. dixit constupratum esse iudicium ab hoc eodem Clodio.

4 cùm sacra uia descenderem) Sic antea emendaram, coniectura ductus: quam scripturam postea Memmianorum codicum, & Turnesiani auctoritate reperi confirmatam.

5 In Cermalo) legendum censet Malaspina, in Carinis. Sed cùm libri omnes & manuscri. & uulgati habeant, Ceramio, magis mihi probatur Adr. Turnebi coniectura, existimantis legendum esse, Cermalo: de quo loco Varro lib. 4 de lingua Latina,

6 ad eam impugnationem) libri nonnulli manuscr. habent ad eam pupugnationem unde legendum uidetur, oppugnationem.

7 sed ille se in interiora ædium Syllæ.) nulli libri ueteres habent uerbum, abdidit, quod est in uulg. Idcirco nos deleuimus. in ceteris, Manutij coniecturam secuti sumus: qui similiter uerbum, abdidit, non agnoscit, & facilè subintelligi posse existimat.

8 cùm haberet fugitiuorum deiectas copias) Quid si legamus, delectas, seu dilectas copias? Namque animaduerti in libris manuscri sæpe i, pro l, ab errante & insciente librario scriptum esse: ut, coniectus, pro, conlectus: eijcere, pro, elicere. & contrà. Verum

rumtamen, deiectas copias, retineo. Extenuat enim & deprimit Clodij copias.

9 contemtus furo)leue est, quod huc adscripturus sum: sed tamen adscribam. Codex Turnesianus habet hic contentus furor, pro contemtus furor.

10 pauci pannosi sine laterna)quidam legi uolunt,sine lacerna. Libri fere omnes ueteres habent,sine lanterna,aut,alanterna. planè opinor, mendosè.

5

11 prætorem Publium &c)Codex Turnesianus habet, ut uulgati,reum Publium,nisi antè occisus, erit,fore à Milone puto. (Mendosè autem hic operæ olim, tribunum,ediderunt, pro,prætorem libris omnibus, sic edidi,præt.seu, prætorem Publium nisi antè occisus erit,fore puto. cuius mei facti hanc rationem, afferro.primùm genus hoc loquendi, reum fore à Milone, insolens & inusitatum: deinde falsum,quod hic dicitur. multo enim ante hoc tempus reus Milonis erat Clodius. Iam ex, reum,præt. feci, ut ex, rep. quod reperitur in libris scriptis, sæpe necessariò fieri debet,pop.R.aut prætor. Nam cùm hic scriptum esset,præt. Publium: ex,præt.factum est,re, ex, re, reum. sic locus deprauatus est. Petiuisse autem hoc tempore præturam Clodium, & prætorem futurum fuisse, nisi à Milone antè occisus esset, constat. duas porrò has uoces, à Milone,vt alieno loco inculcatas, deleui.

10

15

12 si se ultrò in uia,&c.)Locus est corruptissimus. Alij legunt si se inter uiam obtulerit: alij, si se ituro Lanuuium obtulerit, quomodo Aldus Manutius edidit:alii,si se ultrò in uia,&c Victorius, si se interim obuiam obtulerit. Omnino quid sequi, aut probare debeam in tanta uarietate,non uideo. Scriptura uetus codicis Turnesiani hæc est, si se uti turbæ iam obt. aliorum, hæc: si sentitur ne iam obt.

20

CICERO ATTICO S. 4

PEriucundus mihi Cincius fuit ante diem III. *kalendas Febr. ante lucem. dixit enim mihi,te esse in Italia,seseque ad te pueros mittere:quos sine meis litteris ire nolui: non quo haberem quod tibi, præsertim iam propè præsenti, scriberem: sed vt hoc ipsum significarem* [a] *mihi tuum aduentum, suauissimum,exspectatissimumq.esse.quare aduola ad nos,eo animo,ut nos ames,te amari scias.cetera coràm agemus: hęc properantes scripsimus. Quo die uenies, vtique cum tuis apud me sis. perbellè feceris, si ad*

25

30

nos

nos veneris.[a]*offendes*[1] *designationem Tyrrannionis, mirificam librorum meorum bybliothecam: quorum reliquiæ multo meliores sunt, quàm putaram. Etiam* [b]*velim, mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrrannio vtatur glutinatoribus, ad cetera administris: iisque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci (vt opinor)* συλλάϐυς, *appellatis. sed hęc, si tibi erit commodum. ipse verò vtique fac venias, si potes in his locis adhęrescere, & Piliam adducere. ita enim & ęquum est, & cupit Tullia.*[2] [c]*Medius fidius, nę tu emisti locum præclarum. Gladiatores audio pugnare mirificè. si locare voluisses, duobus his muneribus liberasses. sed hæc posteriùs. Tu fac venias, & de librariis, si me amas, diligenter.*

a L. offendes design. Tyrannionis mirificam lib. meorum: q.
b al. uellem,
c L. MeDius Fidius, Nomenti emisti loc.

5 10 15

ANNOTATIONES.

1 designationem Tyrannionis mirificam librorum meorum) uocem, bibliothecam, ex ora libri in contextum uerborum Ciceronis translatam. secutus librorum ueterum auctoritatem, deleri iussi. Per designationem enim librorum significatur eorum dispositio, collocatio, descriptio, & distributio suo cuiusque loco. Argumento est locus epist. 8 non longè à principio, posteaquam verò Tirannio mihi libros disposuit, &c. 20

2 Medius fid. Nomenti &c.) secutus sum Paulli Manutij coniecturam: quam adiuuat codex Turnes. Nam vulgata lectio, nę tu, ferri non potest.

Verba Gręca, Latinis expressa. 25

συλλάϐους, iudices ex membranula.

CICERO ATTICO S. 5

[a]A *In tu'an me existimas ab vllo malle mea legi, probariq., quàm à te? cur igitur cuiquam nisi priùs?* [b]*vrgebar ab eo, ad quem misi, & non habebam exemplar. Quid? etiam, (dudum enim circumrodo* 30

a libr. q. uulg. An tu me existimas, &c.
b v. c. urguebar

quod

quod deuorandum est) subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία. *sed valeant recta, vera, honesta consilia. Non est credibile: quę sit perfidia in istis principibus, vt volunt esse, &, vt essent, si quidquàm*
5 *haberent fidei. Senseram, noram, inductus, relictus, proiectus ab iis. tamen hoc erat in animo, vt cum iis in rep. consentirem. iidem erant, qui fuerant. Vix aliquando te auctore* [a] *resipui. Dices, ea te monuisse, suasisse, quæ facerem, non etiam vt scriberem. ego,*
10 *mehercule, mihi necessitatem volui imponere huius nouæ coniunctiones, nequà mihi liceret labi ad illos, qui etiam tum, cùm misereri mei debent, non desinunt inuidere. sed tamen modici fuimus* ὑποθέσει, *vt scripsi. erimus vberiores, si & ille libenter accipiet,*
15 *& hi subringentur, qui villam me molestè ferunt habere, quæ Catuli fuerat:* [b] *aut etiam emisse non cogitant: qui domum negant oportuisse me ædificare, vendere aiunt oportuisse. Sed quid ad hoc, si,* [c] *quibus sententiis dixi, quod & ipsi probarent, lętati sunt*
20 *tamen me contra Pompeii voluntatem* [d] *dixisse? Sed quoniam qui nihil possunt, ii me nolunt amare: demus operam, vt ab iis, qui possunt, diligamur. Dices: vellem iampridem. Scio te voluisse,* [e] *& me. Ast num germanum fuisse. Iam tempus est meipsum*
25 *à me amari, quando ab illis nullo modo possum. Domum meam quòd crebrò* [f] *inuisis, est mihi valde gratum. Viaticum Crassipes prçripit. Tu de via, recta in hortos. Videtur commodius. ad te postridie scilicet. quid enim tua? sed viderimus. Bybliothecam mi-*
30 *hi tui pinxerunt constructione, & sittybis. eos velim laudes.*

a L. resipui. & ita v. c.

b L. à Vertio em.

c L. quib. in sent.

d v. c. dixisse? finis. sed quon. fort. finis esto: & quon.

e L. & me mastigiam, germanũ f. al. Ast. me nugigerũ f.

f L. inuises,

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Ain tu? an me existimas,&c.) Secutus sum codicis Turnesiani auctoritatem: qui sic habet planè, neque hic mihi fuit opus ulla coniectura, &c.

2 & me mastigiam germanum fuisse Nihil, meo quidem iudicio, diuinius, quàm Leon. Malaespinae in hoc maximè loco restituendo coniectura: reclamet, aut indignetur licet Victorius, non laboro. Nam primum sententia est horum uerborum huic loco aptissima: deinde litteras omneis scripturę veteris, quae à uulgata non discrepat, retinet eas tantum transmouet, seu potius, quae transmotae, & loco motae fuerant, suo quamque loco reponit. mastigiam, autem, germanum, id est uerberonem, seu flagrionem verissimum: nempe qui tuis consilijs non obtemperarim. Quod autem Victorius, idem ualere putat geminum, germanum, ἀδελφὸν, Budaeum, nostrum secutus, erat. Nam, geminum, usurpatur à bonis scriptoribus pro simillimo: quod Graeci ἀδελφὸν appellant. germanum autem, valet idem fere, quod, uerum, non simulatum: quod Graeci dicunt γνήσιον.

Verba Graeca, Latinis expressa.

παλινῳδία, mutatio cantus.

ὑποθέσει, argumento.

CICERO ATTICO S. 6

DE Lentulo scilicet sic fero, vt debeo. virum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi, multa humanitate temperatum, perdidimus: [1] nosq. malo solatio, [a] sed non multo tamen consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus; non vt Saufeius, [b] & vestri mehercule, quia sic amabat patriam, vt mihi aliquo deorum beneficio videatur ex eius incendio esse ereptus. Nam quid foedius nostra vita, praecipuè mea? Nam tu quidem, etsi es natura πολιτικός, *tamen nullam habes propriam seruitutem. [c] communi frueris nomine. ego verò, qui, si loquor de rep. quod oportet, insanus: si, quod opus est, seruus existimor: si taceo, oppressus, & captus: quo*

a L. sed nō nullo tamen

b L. & vestri, sed me herc.

c v. c. communi frueris nonne ego v.

quo dolore esse debeo? quo sum scilicet: hoc etiam acriore, quòd ne dolore quidem possum, vt non ingratus videar. Quid si cessare libeat, & in otii portum confugere? nequidquam: immò etiam in bellum, &
5 *in castra.* [1] *Ergo erimus* ὀπαδοὶ, *qui* γαγοὶ *esse noluimus? sic faciendum est. tibi enim ipsi) cui vtinam semper paruissem) sic video placere.* [a] *Reliquum est,* σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. *Nam mehercule possum: & Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem*
10 *maluit. verumtamen idipsum mecum in his locis commentor,* [b] *vt ista improbem: idque tu, cùm vna erimus, confirmabis. At te litteras crebrò ad me scribi video, sed omneis vno tempore accepi. Quæ res etiã auxit dolorem meum. Casu enim trinas antè legeram,*
15 *quibus meliusculè Lentulo esse, scriptum erat. ecce quartæ fulmen. sed ille, vt scripsi, non miser: nos verò* [c] *serui. Quòd me admones, vt scribam illa Hortensiana: in alia incidi, non immemor istius mandati tui: sed mehercule incipiendo refugi.* [d] *ne, quòd videor*
20 *stultè illius amici non intemperiem tulisse, rursus stultè iniuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero: & simul ne* βαθύτης *mea, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit occultior, & aliquid satisfactio leuitatis habere videatur. Sed viderimus. Tu modò quàm sæ-*
25 *pissimè ad me aliquid. Epistolam Lucceio* [e] *quam misi, qua, meas res vt scribat, rogo,* [f] *fac vt ab eo sumas. valde bella est: eumque, ut approperet, adhorteris: &, quòd mihi se ita facturum rescripsit, agas gratias. Domum nostram, quoad poteris, inuisas*
30 *Vestorio aliquid significes. valde enim est in me liberalis* [1] [g] *nihil* ἀκαιρότερον. *Vale.*

a v. c. & uulg. Reliqui est,

b L. ut ista probem.

c al. ferrei. & ita L.

d L. ne, qui videor non stulte illius amici intemp. al. sic qui uideor stultè illius non amici intemp.

e :L. nunc quam m.

f L. fac ab eo sumas.

g L. CICERO ATTICO S. 7 Nihil iv-καιρότερον epistto tua: quę me sollicitum &c.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 nosq. malo ſolatio', ſed nonnullo tamen, &c.) Quemadmodum Malaſpina & Corradus legendum eſſe coniecerunt, ſic nos dilucidè ſcriptum reperiemus in codicibus Memmianis: & in eiſdem, veſtris, pro, ueſtri, ſed &c.

2 Ego erimus ὀπαδοὶ, qui ταγοὶ &c.) Memm. cod. habent, Ergo erimus ὁπλῖται, fortaſſe non malè. 5

Verba Græca, Latinis expreſſa.

παδοὶ, affectatores aliorum in malitia.

ταγοὶ, duces.

σπάρταν ἔλεχες, ταύταν κόσμει, ſpartam ſortitus es, hanc orna. 10

βαθύτης, profunditas.

εὐκαιρότερον, opportunius.

CICERO ATTICO S. 7

EPiſtola tua me ſollicitum de Q. noſtro, puero optimo, valde leuauit: uenerat horis duabus antè Chærippus, mera monſtra nuntiarat. de Apollonio quod ſcribis, qui illi Dii irati, homini Græco, qui conturbare quidē putat ſibi licere, quod equitibus Rom. nam Terentius ſuo iure. De Metello, οὐχ ὅσίη φθιμένοισιν*. ſed tamen multis annis* [2] *ciuis nemo erat mortuus.* [b] *Quid quidem tibi? nummi meo periculo ſint. Quid enim vereris: quemcumque heredem* [c] *fecit? niſi Publium fecit. verùm fecit non improbè, quamquam fuit ipſe. Quare in hoc thecam nummariam non retexeris: in aliis eris cautior. Mea mandata de domo curabis, præſidia locabis: Milonem admonebis. Arpinatium fremitus eſt incredibilis* [d] *de Laterio. Quid quæris? Equidem dolui,* ὁ δ᾽ οὐκ ἐμπάζετο μύθων. *Quod ſupereſt, etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, vt facis.* 15 20 25 30

a L. ciuis improb. nemo erat mort.

b L. Quid quid eſt, tibi nummi, meo p.

c L. fecerit?

d al. De laterio quid quæris?

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Nihil εὐκαιρότερον epist.) sic legendum: ita habet codex Turnes.

Verba Græca, Latinis expressa.

οὐχ ὅσιη φθιμένοισι, non sanctum mortuis.

5 ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων, hic uerò non curabat seniores.

CICERO ATTICO S. 8

10 *MVlta me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quàm patina tyrotarichi. nam de raudusculo quod scribis,* [a] μήτω μέγαν εἴπης, πρὶν τελευτήσαντ᾽ ἴδῃς. *ędificati tibi in agris nihil reperio. in oppido est quiddam, de quo est dubium, sit ne venale:*

15 *ac proximum quidem nostris ædibus. Hoc scito, Antium, Buthrotum esse Romæ, vt Corcyræ illud tuum: nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius.* [b] EIMHI-CHTΩΦIΔOC.KOC. *postea uerò quàm Tyrãnio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis ædibus:*

20 *qua quidem in re mirifica opera Dionysii, & Menophili tui fuit. Nihil venustius, quàm illa tua pegmata.*[1] [c] *postquam misisti libros, illustrarunt* [d] *valde. Et scribas ad me velim de gladiatoribus: sed ita, bene si rem gerunt. non quæro,* [e] *male sic egisse. Apenas vix*

25 *discesserat, cum epistola. Quid ais? putas ne fore, vt legem non ferat? dic, oro te, clariùs. vix enim mihi exaudisse videor. uerùm statim fac vt sciam,* [f] *si modò est cõmodum. Laudis quidem, quoniã dies est additus, eo etiã meliùs hic cũ diem cum Dionysio contere*

30 *mus. De Trebonio prorsus tibi assentior. De Domitio,* τύχω μὰ τὴν δήμητρα, σύκον οὐδὲ ἐν οὕτως ὅμοιον γέγονε,

a al. Μήπω μέγ᾽ εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ᾽ ἴδῃς. L. μήπω μέγ᾽ εἴπῃς, πρὶν τέλους ἀντιάσαι.

b L. ἐμοὶ ἴσω σίλος οἶκος. al. εἰ μὴ ἦ τῷ φίλος οἶκος.

c L. post quę fuerụbę libros illustr.

d L. valde. Scribas.

e L. male si se gessere. Apen.

f L. si modo tibi est comm.

a L. nostræ.

γονε, quàm est ista περίστασις, [a] *nostra, uel quòd ab iisdem, uel quòd præter opinionem, uel quòd uiri boni nusquam. unum dissimile, quòd huic meritò. nam de ipso casu nescio, an illud melius. quid enim hoc miserius, quàm eum, qui tot annos, quot habet, designatus consul fuerit, fieri* COS. *non posse, præsertim cùm aut solus, aut certè non plus, quàm cum altero petat? Si uerò id est, quod nescio an sit, ut non minùs longas iam in codicillorum fastis, futurorum* COSS. *paginulas habeat, quàm factorum, quid illo miserius? nisi resp. in qua ne speratur quidem melius quidquam. De Natta ex tuis primùm sciui litteris. oderam hominem. De poemate quòd quæris: quid si cupiat effugere?* [b] *quid si sinat? De Fabio Lusco quod eram exorsus, homo peramans* [c] *semper nostri fuit, nec mihi umquam odio. satis enim acutus, & permodestus, ac bonę frugi. eum quia non uidebam, abesse putabam. audiui ex Gauio hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduum. percussit animum. Dices, Tantuláne causa? Permulta ad me detulerat non dubia de Firmanis fratribus. quid sit, quòd se à me remouit, si modò remouit, ignoro. De eo, quod me mones,* [d] *ut & me geram πολιτικῶς, & in eo γραμμὴν teneam, ita faciam: sed opus est maiore prudentia. quàm à te, vt soleo, petam.* [1] *Tu velim & Fabium, si quem habes aditum, odore re, & istum conuiuam tuum degustes: & ad me* [e] *de istis rebus, & de omnibus quotidie scribas. Vbi nihil erit, quod scribas, idipsum scribito. Cura ut valeas.*

b L. quid? sinas.

c L. nostri semper f.

d v. c. ut & πολιτικῶς me geram, & in eo &c.

e al. de his

5 10 15 20 25

ANNOTATIONES.

1 Post quæ, sittybę libros, &c.) Pantagathi, uiri doctissimi & ingeniosissimi coniecturam, quam probat & Malaspina, non potui

30

tui non magno opere probare:quæ talis eſt: poſt quæ ſittybæ libros illuſtrarunt ualde, prĕſertim cùm codicis Turneſiani aucto ritate confirmetur: in quo ita ſcriptum eſt: poſtquàm ſitibæ libros illuſtrarunt valde. Sunt autem ſittybæ, ut docet Heſychius, δερματῖναι ςολαὶ, μικρὰ ἱματιάρια, id eſt, membranæ quædam, ſeu cortices tenues: & paruæ quædam pelles. Malunt tamen quidam ſic legi, vt ad ſcripturam codicis Antoniani & Memmiani propiùs accedant: Poſtquàm ſittybas miſiſti, libros valde illuſtrarunt. mendoſè autem hic operæ olim pro, ſittybæ, ſittybi, impreſſerunt.

5

2 Tu velim & Fabium &c.)libri veteres habent partim, Tu uelim è Fabio &c. partim, Tu uelim & Fabio, &c. Ego, probo, Tu uelim & è Fabio, &c.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

10 μήπω μέλ' εἴπης, πρὶν τελευτῆς ἀντιάσαι: nihil magnũ dixeris prius, quàm finem ſis conſecutus.

ἐμοὶ ἔσω φίλος οἶκος, ſit mihi cara domus.

σύκῳ κατὴν δάμητρα, σύκον, οὐδὲν οὕτως ὅμοιον γέγονε, fico, per Cererem, ficus nulla vnquã tã ſimilis fuit.

περίστασις, ſtatus.

15 πολιτικῶς, ciuiliter.

γραμμὴν, lineam.

CICERO ATTICO S. 9

SAnè velim ſcire, num cenſum[a] impendant tribuni[1] dieb.[b] vitiandis (eſt enim hic rumor) totaque de

20 *cenſura quid agant, quid cogitent. Nos hic cum Pompeio [c] fuimus. multa mecum de rep. ſanè ſibi diſplicens, ut loquebatur, (ſic eſt enim in hoc homine dicendum) Syriam ſpernens, Hiſpaniam iactans. hic quoque, ut loquebatur, & opinor vſque quaque, de hoc cùm dicemus:[2] ſit hoc quaſi, καὶ τόδε φωκυλίδου. Tibi etiam gratias agebat, quòd ſigna componenda ſuſcepiſſes. [d] In nos uerò [3] ſuauis mehercule, & effuſus: venit etiam ad me [e] in Cumanum, ac ſe nihil minus velle mihi uiſus eſt, quàm Meſſallam conſulatum petere. de quo ipſo, ſi quid ſcis, velim ſcire. Quòd Lucceio ſcribis te noſtram gloriam commendaturũ: et*

25

30

a L. impediant.
b fort. inijciendis,
c al. ſumus.
d L. In nos uerò ſuauiſſimè mehercule effuſus, uenit.
e fort. in Cumanum à ſe. nihil m.

ędificium nostrum quòd crebrò inuisis, gratum. Q. frater ad me scripsit, se, quoniam Ciceronem suauissimum[a] *secum haberet, ad te nonis Maiis uenturum. Ego me de Cumano moui ante diem v. kal. Maii. eo die Neapoli apud Lætum. ante diem IIII. kalend. Maias ieas in Pompeianum bene manè, hęc scripsi. Puteolis magnus est rumor, Ptolæmeum esse in regno. Si quid habet certius, velim scire. Ego hic pascor bybliotheca Fausti: fortasse tu putabas, his rebus Puteolanis, & Lucrinensibus. ne ista quidem desunt: sed mehurcule à ceteris oblectationibus deseror,* [b]*& uoluptatibus, propter remp. Sic litteris sustentor, & recreor, maloq. in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quàm in istorum sella curuli: tecumq. apud te ambulare, quàm cnm eo, quo cũ video esse ambulandum. sed* [c] *de ea ambulatione fors uiderit,* [d]*aut si quis est, qui curet, deus. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque, quæ Cyrea sint, velim, cùm poteris, inuisas: & vrgeas Philotimum, ut properet, ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. Pompeius in Cumanum Parilibus venit. misit ad me statim qui salutem nuntiaret. Ad eum postridie manè uadebam, cùm hæc scripsi.*

[a] L. tecum haberes,

[b] v.c. & uoluptatum,

[c] v.c de illa amb.

[d] v.c. aut si qui est,

ANNOTATIONES.

1 diebus uitiandis) Non displicet mihi Manutij coniectura, ut legatur inijciendis, quam ex eo facit, quòd nonnulli lib. antiqui habent, initiandis: quo modo habent & Memmiani. Tnrnesianus tamen cum uulgatis congruit.

2 sit hoc, quasi καὶ τόδε φωκυλίδου.) Alludit M. Tullius ad Phocylidis uersus, ex quibus complures hoc habent initium. καὶ τόδε φωκυλίδου, quod eo consilio à Phocylide factum esse probabile est, nè quis alius hîs uersibus suum nomen inscriberet, ne ue se eorum auctorem faceret. Profert hos Phocylidis uersus Dion. Chrysost. in or. περὶ ὁμονοίας. καὶ τόδε φωκυλίδου· πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον οἰκοῦσα, σμικρὴ κρείσσων.

σων, Νίνου ἀφρανούσης; Reperi & hos apud Stobæum.
καὶ τόδε φωκυλίδου. τὸ πλέον γένος, εὐγενές ἐστιν., Οἷς
οὐδ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῆ,

3 ſuauiſſimè meherc. eff.) ſic habet codex Turneſ. ſine vlla varietate, neque quidquam mutandum arbitror. quamquam illam, quam reponit Victorius non damno. In nos verò ſuauis meher-
5 cule, & effuſus, ven.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

καὶ τόδε φωκυλίδου, & hoc Phocylidis.

CICERO ATTICO S. 10

10 *Delectarunt me epiſtolæ tuæ, quas accepi vno tempore duas, ante diem v. kalend. Perge reliqua. geſtio ſcire iſta omnia: etiam illud, cuiuſmodi ſit, velim perſpicias; potes à Demetrio.* [a] *Dixit Pompeius, Craßum à ſe in Albano expectari ante diem*
15 *IIII. kalend. is cùm veniſſet, Romam eſſe ſtatim venturos, vt rationes cum publicanis putarent. Quæſiui, Gladiatoribus ne? reſpondit, Antè, quàm inducerentur. Id, cuiuſmodi ſit, aut nunc, ſi ſcias, aut, cùm is Romam venerit, ad me mittas, velim. Nos hic vo-*
20 *ramus litteras cum homine mirifico (ita mehercule ſentio) Dionyſio: qui te, omneisq. nos ſalutat.* οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι. *Quare, vt homini curioſo, ita perſcribe ad me, quid primus dies, quid ſecundus, quid cēſores, quid Appius, quid illa populi Apu*
25 *leia: denique etiam quid à te fiat, ad me velim ſcribas. non enim (vt verè loquamur) tam rebus nudis, quàm tuis litteris, delector. Ego mecum, præter Dionyſium,* [b] *duxi neminem, nec metuo tamen, ne mihi ſermo deſit abs te:* [1] [c] *quo magnopere delector. Tu*
30 *Lucceio noſtrum librum dabis. Demetrii Magnetis cibi mitto, ſtatim vt ſit, qui à te mihi epiſtolam referat.*

a L. Dixit mihi Pomp.

b L. eduxi
c v. c. quo opere delector.

ANNOTATIONES.

1 quo magnopere delector.) etiam codex Turnes. ita legit, quo opere, delector. quin etiam abest, quo. Sed ego hoc totum, quo magno, omissum à librario esse puto. Quod Victorius scribit Liuium non semel usum esse, opere, quo modo hic fortasse Cicero usus est, fallitur. Nam fallitur hoc loco, & septimi casus à recto, opus. operæ uero apud Liuium est à recto, opera. itaque cum diphthongo scribitur, operæ. 5

Verba Græca, Latinis expreßa.

οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι, nihil dulcis, quàm omnia scire.

CICERO ATTICO S. II 10

EGnatius Romæ est: sed ego cum eo de re Halimeti vehementer[a] antè egi. grauiter se acturum cum Aquillio, confirmauit. Videbis ergo hominem, si voles, Macroni vix video [b] præstò esse. Idibus enim auctionem Larini video, [1] & biduum præterea. id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mi velim. sed, si me diligis, postridie kalend. cena apud me cum[b] Petilia. prorsus id[d] facias. kalend. cogito in hortis Crassipedis, quasi in deuersorio, cenare. Facio fraudem S. C. Inde domum cenatus, vt sim manè præstò Miloni. ibi te igitur videbo, [2] [e] & promouebo. Domus te nostra tota salutat. 15 20

a v. c. Antij egi, & ita L.

b L. præstò esse posse. Idib.

c L. Pilia. al. Cæcilia.

d al. facies.

e v. c. & promonebo. al. & perui debo.

ANNOTATIONES.

1 & biduum præterea.) sic habent omnes libri vulgati: neque longè secus codex Turnes. nisi quòd pro, biduum, habet vsitato illorum temporum vitio, viduum. u, pro, b. quemadmodum uene, pro, bene. & contrà, iubentuti, pro, iuuentuti, suprà scriptum esse in codice illo Turnes. lectorem admonuimus: & paulo antè pro, leuitatis, scriptum est lebitatis. Quare nihil est, quod hic anxiè tricetur Victorius. sententia plana est: scriptura vulgata, recta, & sincera. & biduum præterea autem, subintell. Larini mihi commorandum est, aut aliquid aliud tale. Supra autem, codex Turnesianus, & Hurlatinus habent, Idibus enim actionem video, vt & vulgati. à ceteris abest uox, Idib. Victorius porrò sic edidit. 25 30

edidit. Mađoni uix videor præsto esse. enim auctionem Larini video, &c.

2 & promonebo.) Sic habet codex vetus Turnes. Malaspina vult legi, præmonebo, cùm libri vulgati habeant, promouebo. Sed placet mihi magis ea quæ in uno codice manuscripto reperitur, & peruidebo.

5 CICERO ATTICO S. 12

Nos in Tusculanum venisse[a] ad XVII. *kalend. Decembr. video te scire. ibi Dionysius nobis præstò fuit. Romæ[b] ad* XIIII. *kalend. uolumus esse. quid dico volumus? immò verò cogimur. Milonis nuptiæ. comitiorum nonnulla[c] opinio est.* 1 *Ergo, vt sit rata [d] abfuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non molestè. Nam aut defendissem, quòd non placeret: aut defuissem, cui non oporteret. Sed [e] mehercule velim res istas, & præsentem statum reip. & quo animo* COSS. *ferant hunc σκυλμὸν, rescribas ad me, [f] quantum potes, & vales. Sum ὀξύπεινος: & si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quàm olim æqualem eius, L. Paullum, iterum* COSS. *O hominem nequam! De libris Oratoriis, factum est à me diligenter. diu, multumque in manibus fuerunt. describas licet. Illud etiam te rogo τὴν παροῦσαν κατάστασιν ἐν τύπῳ δός, ne istuc hospes veniam. Vale.*

a L. a. d. XVII.
b a.d. XIIII.
c v. c. opinio'st.
d L afuisse me in alt.
e v. c. mercule, al. merculi,
f L. quantū potes. valde sum ὀξύπ. v. c. quantū pote. valde sum ὀξ.
g L. τυπώδως.

25 ANNOTATIONES.

1 Ergo, vt sit rata afuisse me, &c.) Alij aliter. Ego sic hunc locum esse restituendum puto, parua immutatione facta, nempè facto ex, erga, ergo: ex, etsi irata, vt si rata, & mutata interpunctione. præterea, afuisse, edendum curaui, vt semper alibi. sic.n. hoc loco habent melioris notæ codices: in his Turnesianus, neq. vsquam aliter. qua de re alibi plura notauimus. Idem autem de, 30 afore, sentiendum. non enim, abfore, sed, afore, scribendum. Itaque apud Horat. lib. 1. sat. 4. sic reponendum est. quod vitium

procul a fore chartis, &c. quod cùm olim in quibusd. libris manuscr. expressum reperissem, non sum ausus in prima Horatij editione tamen lectionem vulgatam immutare, quorundam nimis religiosorum, seu potius ineptorum ac stultorum iudicium reformidans, quibus nihil placet immutari in codicibus impressis, neque intelligunt, si nihil ab ipsis, aut ab eorum nostrisque patribus & maioribus immutatum fuisse futuram, cur nunc illorum posteri, in eis vindicandis laboraremus. eadem religione deterritus infra lib. 9. cum reperissem in omnibus lib. manuscript. Illim quidem Cnæum profectum puto: secutus sum olim vulgatos, qui habent, Illinc quidem &c. Si tamen me omnes audire volent, ita in aliquo talijs locis, in quibus sic habent cod. veteres, reponunt: & item, him, istim, pro, hinc, istinc. 5

Verba Græca, Latinis expressa. 10

σκυλμὸν, altercationem, concertationem.
ὀξύπεινος, fame percitus.
τὴν παροῦσαν κατάςασιν τυπωδῶς; præsentem statū reip. crassa Minerua. 15

CICERO ATTICO S. 13

V Estorius noster me per litteras[a] facit certiorem, te Roma[b] ad VI. id. Maii putare profectum esse, tardiùs, quàm dixerat,[c] quo minùm valuisses. si iam melius vales, vehementer gaudeo. Velim domum[1] ad tuos scribas, vt mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cùm ceteri, tum Varronis. est enim mihi vtendum quibusdam rebus[d] ex iis libris, ad eos, quos in manibus habeo, quos, vt spero, tibi valde probabo.[e] velim, si quid fortè noui habes, maximè à Q. fratre, deinde à C. Cesare. & si quid fortè de comitiis, de rep. (soles enim tu hæc[f] festinè odorari)[g] conscribas ad me. Si nil habebis, tamen scribas aliquid. numquam enim mihi tua epistola, aut intempestiua, 20 25 30

a L. fecit
b L. a. d. VII.
c L. quòd minus
d v. c. ex his l.
e v. c. Tu velim,
f v. c. festiuè
g L. scribas

pestilua, aut loquax uisa est. Maximè autem rogo, reb. tuis, totoq. itinere [a] *ex sententia confecto, nos quàm primùm reuisas. Dionysium iube saluere. Cura vt valeas.*

a q. v. c. è sententia

5 ANNOTATIONES.

1 ad tuos scribas,) Quidam vet. cod. habent, ad te scribas, & c. & Ita Turnesian.

CICERO ATTICO S. 14

10 *DE Eutychide gratum: qui vetere prænomine, nouo nomine, T. erit Cæcilius: ut est ex me, et ex te iunctus Dionysius M. Pomponius. Valde mehercule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me* [a] *beneuolentiam cognoscet,* [b] *suam illam in meo dolore* 15 *συμπάθειαν, neque tum mihi obscuram, neque post ingratam fuisse. Iter Asiaticum tuum puto tibi suscipiendum fuisse. nunquam enim tu sine iustissima causa tam longè à tot tuis & hominibus, & rebus carissimis & suauissimis abesse voluisses, Sed humanitatem* 20 *tuam, amoremque in tuos, reditus celeritas declarabit. Sed vereor, ne lepore suo detineat diutius* [c] *Pr. Clodius, & homo pereruditus (vt aiunt) & nunc quidẽ deditus Græcis litteris* [d] *Pituanios. Sed si vis homo esse, recipe te ad nos, ad quod tẽpus confirmasti. cũ* 25 *illis tũ, cùm salui venerint, Romæ viuere licebit. Aue re te scribis accipere aliquid à me litterarũ. Dedi, ac multis quidem de rebus, ἡμερόλεγδον perscripta omnia: sed, ut coniicio, quoniam mihi non uideris in Epiro diu fuisse, redditas tibi non arbitror. genus* 30 *autem mearum* [e] *ad te litterarum, eiusmodi ferè est, vt non libeat cuiquã dare, nisi de quo exploratum sit,*

a v. c. beniuolentiam

b L. etiam suam

c al. P. Clodius, L. L. Clodius,

d L. Pituanius. al. L. Antonius.

e q. v. c. ad te quidem litt.

tibi

tibi eum rediturum. Nunc Romanas res accipe [a] *Ad* III. *nonas Quinct. Suffenas, & Cato, absoluti :* [b] *Procilius, condemnatus: ex quo intellectum est, treis* [c] *ἀρεοπαγίτας, ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam deniq. remp. flocci non facere. Debemus patrem familias domi suæ occidere nolle, neque tamen id ipsum abundè. Nam absoluerunt* XXII. *condemnauerunt* XXVIII. *Publius sanè diserto epilogo* [d] *criminans, menteis iudicum mouerat.* [e] *Ortalus in ea causa fuit, cuiusmodi solet. nos verbum nullum.* [f] *veritas est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animum Publii* [g] *offenderet. His rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, vt agerem causam contra Interamnateis apud* COS. *& decem legatos, quòd locus Velinus à* [h] *M. Curio emissus, interciso monte* [i] *in Nar defluit:* [k] *ex quo est nulla siccata, & humida tamen modicè* [l] *Rosea. Vixi cum Axio:* [m] *qui etiam me* [n] *ad* VII. *Aquas duxit. Redii Romam Fonteii causa,* [o] *ad* VII. *id. Quinct. veni spectaculum primum magno & æquabili plausu: sed hoc ne curaris: ego impetus, qui scripserim: deinde Antiphonti operam: is erat antè manumissus, quàm productus. ne diutius pendeas, palmam tulit. Sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce,* [1] *nihil tam verum. Hæc tu tecũ habeto. In Andromacha tamen* [2] *maior fuit, quàm* [p] *Astyanacte. nam in ceteris parem habuit neminem. Quæris nunc de Arbuscula. Valde placuit. Ludi magnifici, & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campum. Ardet ambitus. σῆμα δ' ἐ τοι ἐρέω. Fænus ex triente idibus Quinctil. factum erat bessibus. Dices, Istuc quidem non molestè*

a L. A. d.
b al. Procillus
c L. θεὶς ἀρεοπ. & ita v. c.
d al. criminatus,
e al. Hortalus
f L. veritas est enim pus.
g L. offenderem.
h L. à M. Curio
i fort. in Narem
K L. ex quo est illa quidem siccata,
l al. Rosia
m al. quin etiam
n L. ad septem Aq.
o L. a. d. VII. idus Quinct. ueni in spect.
p L. Astyanax. in cet.

ftè fero. O virum, ò ciuem! Memmium Cæsaris omnes opes confirmant. cum eo Domitium [a] COS. iunxerunt: qua pactione, epistolæ committere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed

5 utrum fronte, an mente, dubitatur. [b] ἐξοχὴ nulla est. pecunia, omnium dignitatem exęquat. Messalla languet, non quo aut animus desit, aut amici: sed coitio COSS. & Pompeius obsunt. ea comitia puto fore vt ducantur. Tribunitii candidati iurarunt, se arbi-

10 trio Catonis petituros. Apud eum HS. [c] quingena deposuerunt, vt, qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. Hęc ego pridie scribebam, quàm comitia fore putabantur: sed ad te V. kalendas Sextil. si facta erunt, & tabellarius non

15 erit profectus, tota comitia perscribam: quæ si, vt putantur, grauita fuerint: plus vnus Cato potuerit, quàm omnes quidem iudices. Messius defendebatur à nobis, è legatione reuocatus, nam eum Cęsari [d] legarat Appius. Seruilius edixit, ut adesset. tribus

20 habet [e] Pontinam, Velinam, [f] Metiam. pugnatur acriter: agitur tamen satis. Deinde me expedio ad Drusum: inde ad Scaurum. parantur orationibus [g] iudices gloriosi. fortasse accedent etiam COSS. DES. in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio ualde

25 laborabit. Ex Q. fratris litteris, suspicor iam eum esse in [h] Britannia. suspenso animo expecto, quid agat. Illud quidem sumus adepti, quod multis, & magnis indiciis possumus iudicare, nos Cæsari & carissimos, et iucundissimos esse. Dionysiũ uelim saluere iubeas, [i]

30 & eũ roges, & hortere, vt quàmprimũ ueniat, vt possit Ciceronẽ meum, atq. etiam meipsum erudire. Vale.

[a] al. COS.

[b] L. ἐξοχὴ in nullo est pec. & ita v. c.

[c] al. quinquagena

[d] q. v. c. legerat.

[e] L. Pomtinam,

[f] L. Mæciã.

[g] v. c. indices glor.

[h] v. c. Bricania.

[i] q. v. c. & eum roges, ut te hortetur, vt q̃ primum nenias, vt p.

ANNOTATIONES.

1 nihil tam verum.) Sic habent omnes libri manuſcripti, etiam noſtri. neque Manutius improbat, quaſi, verum, hic ſignificet ſimplex, & artis expers. Sed Malaſpina non probat, ſuſpicaturque legendum, vietum, id eſt molle, lentum, languidum, flaccidum.

2 maior fuit, quàm Aſtyanax) vel legendum, minor fuit, quàm, &c. Vel maior, accipiendum εἰρωνικῶς.

3 ἐξοχὴ in nullo eſt.) Sic habent libri veteres complures. Vulgati ἐξοχὸ nulla eſt utro modo legatur, parum refert. 5

Verba Græca, Latinis expreſſa.

συμπάθειαν, animæ affectionem.

ἡμερολεγδὸν, vt quæque ſingulis diebus acciderunt.

θείους ἀρεοπαγίτας, diuinos Areopagitas.

τέμπη, loca amœna. 10

σῆμα δὲ τοι ἐρέω, ſignum autem tibi dicam.

ἐξοχὴ, excellentia.

CICERO ATTICO S. 15

Occupationum mearum vel hoc ſignum erit, quòd epiſtola, librarii manu eſt. De epiſtolarum frequentia te nihil [a] *accuſabo: ſed pleræque tantummodo mihi nuntiabãt, vbi eſſes,* [1] [b] *quòd erat abs te: vel etiam ſignificabant, rectè eſſe. quo in genere maximè delectarunt duę ferè eodem tempore abs te* [c] *Bruto datæ. ſcire enim volebam te commodè nauigaſſe. Sed hæc epiſtolarum frequentia nō tam vbertate ſua, quàm* [d] *celeritate delectauit. illa fuit grauis, & plena rerum, quam mihi M. Paccius, hoſpes tuus, reddidit. ad eam reſcribam igitur, et hoc quidem primùm Paccio* [e] *& verbis, & re oſtendi, quid tua commendatio ponderis haberet. itaque in intimis eſt meis, cùm antea notus non fuiſſet. Nunc pergam ad cetera. Varro, de quo ad me ſcribis, includetur in aliquem locum, ſi modò erit locus. ſed noſti genus dialogorum meorum: vt in Oratoriis, quos tu in cælum fers,* [f] *non potuit*

a L. accuſo: & ita v. c

b L. quòd erant abs te

c L. Buthroto datæ. & ita v.c.

d q.v c. celebritate ſort. crebritate

e. q.v.c. re, & verbis oſt.

f lib. uulg. non mentio pot.f.

potuit mentio fieri cuiusquam ab iis, qui disputant, nisi eius, qui illis notus, aut auditus esset. Hanc ego de rep. quam institui, disputationem, in Africani personam, & Phili, & Lælii, & Manilii contuli. adiun 5 *xi adolescent eis, Q. Tuberonem, P. Rutilium,* [a] *duos Lęlii generos,* [b] *Scæuolam, & Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris vtor procemiis, ut* Ἀριστοτέλης *in iis, quos* ἐξωτερικοὺς *vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem: id quod* 10 *intelligo tibi placare. utinam modò conata efficere possim. rem enim (quod te non fugit) magnam complexus sum, & grauem, & plurimi otii: quo ego maximè egeo. Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras* [c] *Scæuolæ, non eam temerè* [d] *dimoui, sed* 15 *feci idem, quod in* πολιτείᾳ *deus ille noster Plato. cùm in Piræeum Socrates venisset ad Cephalum, locupletem, & festiuum senem: quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex. deinde, cùm ipse quoque commodissimè locutus esset, ad rem diuinam dicit se uelle discedere. neque postea reuertitur.* 20 *Credo Platonem uix putasse satis consonum fore, si hominem id ętatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multo ego satius hoc mihi cauendum putaui in* [e] *Scæuolæ, qui & ætate,* [f] *& valetudine erat ea,* 25 *qua meministi, & iis honoribus, vt vix satis decorum videretur, eum plureis dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo, non alienus à* [g] *Scæuolę studiis. reliqui libri* τεχνολογίαν *habent, vt scis.* 2. [h] *Huic ioculatoriæ disputationi senem illum, vt* 30 *noras, interesse sanè nolui. De re filiæ quod scribis, erit mihi curæ. etenim est luculēta res,* 3. [i] *Aureliani, ut*

a v. c. du.
b L. Scæuulam,
c L. Sceuulæ,
d L. demoui.
e al. Scæuula,
f v. c. & ualitudine.
g al. Scęuulę.
h v. c. Huic ioculatorem senem illum,
i L. Aureliani, ut scribis, indicis, al. Aureliani, ut scribis, indicijs.

ANNOTATIONES.

1 nosq. malo solatio, sed nonnullo tamen, &c.) Quemadmodum Malaspina & Corradus legendum esse coniecerunt, sic nos dilucidè scriptum reperiemus in codicibus Memmianis: & in eisdem, vestris, pro, uestri, sed &c.

2 Ego erimus ὀπαδοὶ, qui ταγοὶ &c.) Memm. cod. habent, Ergo erimus ὁπλῖται, fortasse non malè. 5

Verba Gręca, Latinis expressa.

παδοὶ, assectatores aliorum in malitia.
ταγοὶ, duces.
σπάρταν ἔλεχες, ταύταν κόσμει, spartam sortitus es, hanc orna. 10
βαθύτης, profunditas.
εὐκαιρότερον, opportunius.

CICERO ATTICO S. 7

EPistola tua me sollicitum de Q. nostro, puero optimo, valde leuauit: uenerat horis duabus antè Chærippus, mera monstra nuntiarat. de Apollonio quod scribis, qui illi Dii irati, homini Græco, qui conturbare quidē putat sibi licere, quod equitibus Rom. nam Terentius suo iure. De Metello, οὐχ ὅσιη φθιμένοισιν. sed tamen multis annis [a] *ciuis nemo erat mortuus.* [b] *Quid quidem tibi? nummi meo periculo sint. Quid enim vereris: quemcumque heredem* [c] *fecit? nisi Publium fecit. verùm fecit non improbè, quamquam fuit ipse. Quare in hoc thecam nummariam non retexeris: in aliis eris cautior. Mea mandata de domo curabis, præsidia locabis: Milonem admonebis. Arpinatium fremitus est incredibilis* [d] *de Laterio. Quid quæris? Equidem dolui,* ὁ δ᾽ οὐκ ἐμπάζετο μύθων. *Quod superest, etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, vt facis.*

a L. ciuis improb. nemo erat mort.
b L. Quid quid est, tibi nummi, meo p.
c L. fecerit?
d al. De laterio quid quæris?

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Nihil ἐυχαιρότερον epist.) sic legendum: ita habet codex Turnes.

Verba Græca, Latinis expressa.

οὐχ ὁσίην φθιμένοισι, non sanctum mortuis.

5 ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων, hic uerò non curabat seniores.

CICERO ATTICO S. 8

10 *MVlta me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quàm patina tyrotarichi. nam de raudusculo quod scribis,* [a]μήπω μέγαν εἴπης, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδης. *ędificati tibi in agris nihil reperio. in oppido est quiddam, de quo est dubium, sit ne venale:*

15 *ac proximum quidem nostris ædibus. Hoc scito, Antium, Buthrotum esse Romæ, vt Corcyræ illud tuum: nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius.* [b] ΕΙΜΗΙ-ΣΗΤΩΦΙΔΟΣ.ΚΟΣ. *postea uerò quàm Tyrānio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis ædibus:*

20 *qua quidem in re mirifica opera Dionysii, & Menophili tui fuit. Nihil venustius, quàm illa tua pegmata.*[1] [c]*postquam misisti libros, illustrarunt* [d] *valde. Et scribas ad me velim de gladiatoribus: sed ita, bene si rem gerunt. non quæro,* [e]*male sic egiße. Apenas vix*

25 *discesserat, cum epistola. Quid ais? putas ne fore, vt legem non ferat? dic, oro te, clariùs. vix enim mihi exaudiße videor. uerùm statim fac vt sciam,* [f]*si modò est cōmodum. Laudis quidem, quoniā dies est additus, eo etiā meliùs hic cū diem cum Dionysio contere-*

30 *mus. De Trebonio prorsus tibi assentior. De Domitio,* τύκῳ μὰ τὴν δήμητρα, σῦκον οὐδὲ ἓν οὕτως ὅμοιον γέ-

a al. Μήπω μέγ' εἴπης, πρὶν τέλος ἀντίσαι.
L. μήπω μέγ' εἴπης, πρὶν τέλους ἀντίσαι.
b L. ἐμοὶ ἴσω φίλος οἶκος.
al. εἰ μὴ ἦ τῷ φίλος οἶκος.
c L. post quę fictybę libros illustr.
d L. valde. Scribas.
e L. male si se gessere. Apen.
f L. si modo tibi est comm.

a L. nostra. *γονε, quàm est ista περίστασις,*[a] *nostra, uel quòd ab iisdem, uel quòd præter opinionem, uel quòd uiri boni nusquam. unum dissimile, quòd huic meritò. nam de ipso casu nescio, an illud melius. quid enim hoc miserius, quàm eum, qui tot annos, quot habet, designatus consul fuerit, fieri* COS. *non posse, præsertim cùm aut solus, aut certè non plus, quàm cum altero petat? Si uerò id est, quod nescio an sit, ut non minùs longas iam in codicillorum fastis, futurorum* COSS. *paginulas habeat, quàm factorum, quid illo miserius? nisi resp. in qua ne speratur quidem melius quidquam. De Natta ex tuis primùm sciui litteris. oderam hominem. De poemate quòd quæris: quid si cupiat effugere?*[b] *quid si sinat? De Fabio Lusco quod eram exorsus, homo peramans*[c] *semper nostri fuit, nec mihi umquam odio. satis enim acutus, & permodestus, ac bonę frugi. eum quia non uidebam, abesse putabam. audiui ex Gauio hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduum. percussit animum. Dices, Tantuláne causa? Permulta ad me detulerat non dubia de Firmanis fratribus. quid sit, quòd se à me remouit, si modò remouit, ignoro. De eo, quod me mones,*[d] *ut & me geram πολιτικῶς, & in eo γραμμὴν teneam, ita faciam: sed opus est maiore prudentia. quàm à te, vt soleo, petam.*[1] *Tu velim & Fabium, si quem habes aditum, odore re, & istum conuiuam tuum degustes: & ad me*[e] *de istis rebus, & de omnibus quotidie scribas. Vbi nihil erit, quod scribas, idipsum scribito. Cura ut valeas.*

b L. quid? sinas.

c L. nostri semper f.

d v. c. ut & πολιτικῶς me geram, & in eo &c.

e al. de his

ANNOTATIONES.

1 Post quæ, sitty be libros, &c.) Pantagathi, uiri doctissimi & ingeniosissimi coniecturam, quam probat & Malaspina, non potui

tui non magno opere probare: quæ talis est: post quæ fittybæ libros illustrarunt ualde, præsertim cùm codicis Turnesiani auctoritate confirmetur: in quo ita scriptum est: postquàm sitibæ libros illustrarunt valde. Sunt autem sittybæ, ut docet Hesychius, δερματῖναι στολαὶ, μικρὰ ἱματιάρια, id est, membranæ quædam, seu cortices tenues: & paruæ quædam pelles. Malunt tamen quidam sic legi, vt ad scripturam codicis Antoniani & Memmiani propiùs accedant: Postquàm sittybas misisti, libros valde illustrarunt. mendosè autem hic operæ olim pro, sittybæ, sittybi, impresserunt.

2 Tu velim & Fabium &c.) libri veteres habent partim, Tu uelim è Fabio &c. partim, Tu uelim & Fabio, &c. Ego, probo, Tu uelim & è Fabio, &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

μήπω μέγ' εἴπῃς, πρὶν τελευτῆς ἀντιάσαι: nihil magnū dixeris prius, quàm finem sis consecutus.

ἐμοὶ ἔστω φίλος οἶκος, sit mihi cara domus.

σῦκον κατὰ τὴν Δήμητρα, σύκον, οὐδὲν οὕτως ὅμοιον γέγονε, fico, per Cererem, ficus nulla vnquā tā similis fuit.

περίστασις, status.

πολιτικῶς, ciuiliter.

γραμμὴν, lineam.

CICERO ATTICO S. 9

Sanè velim scire, num censum[a] impendant tribuni[1] dieb.[b] vitiandis (est enim hic rumor) totaque de censura quid agant, quid cogitent. Nos hic cum Pompeio[c] fuimus. multa mecum de rep. sanè sibi displicens, ut loquebatur, (sic est enim in hoc homine dicendum) Syriam spernens, Hispaniam iactans. hic quoque, ut loquebatur, & opinor vsque quaque, de hoc cùm dicemus:[2] sit hoc quasi, καὶ τόδε φωκυλίδου. Tibi etiam gratias agebat, quòd signa componenda suscepisses.[d] In nos uerò[3] suauis mehercule, & effusus: venit etiam ad me[e] in Cumanum, ac se nihil minus velle mihi uisus est, quàm Messallam consulatum petere. de quo ipso, si quid scis, velim scire. Quòd Lucceio scribis te nostram gloriam commendaturū: et

a L. impediant.

b fort. inijciendis,

c al. fumus.

d L. In nos uerò suauissimè mehercule effusus, uenit.

e fort. in Cumanum à se. nihil m.

ędificium nostrum quòd crebrò inuisis, gratum. Q. frater ad me scripsit, se, quoniam Ciceronem suauissimum[a] *secum haberet, ad te nonis Maiis uenturum. Ego me de Cumano moui ante diem* v. *kal. Maii. eo die Neapoli apud Lętum, ante diem* IIII. *kalend. Maias ieas in Pompeianum bene manè, hęc scripsi. Puteolis magnus est rumor, Ptolameum esse in regno. Si quid habet certius, velim scire. Ego hic pascor bybliotheca Fausti: fortasse tu putabas, his rebus Puteolanis, & Lucrinensibus. ne ista quidem desunt: sed mehercule à ceteris oblectationibus deseror,* [b]*& uoluptatibus, propter remp. Sic litteris sustentor, & recreor, maloq. in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quàm in istorum sella curuli: tecumq. apud te ambulare, quàm cum eo, quo cũ video esse ambulandum. sed* [c] *de ea ambulatione fors uiderit,* [d]*aut si quis est, qui curet, deus. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque, quæ Cyrea sint, velim, cùm poteris, inuisas: & vrgeas Philotimum, ut properet, ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. Pompeius in Cumanum Parilibus venit. misit ad me statim qui salutem nuntiaret. Ad eum postridie manè uadebam, cùm hæc scripsi.*

a L. tecum haberes,

b v.c. & uoluptatum,

c v.c de illa amb.

d v.c. aut si qui est,

ANNOTATIONES.

1 diebus uitiandis) Non displicet mihi Manutij coniectura, ut legatur inijciendis, quam ex eo facit, quòd nonnulli lib. antiqui habent, initiandis: quo modo habent & Memmiani. Turnesianus tamen cum uulgatis congruit.

2 sit hoc, quasi καὶ τόδε φωκυλίδου.) Alludit M. Tullius ad Phocylidis uersus, ex quibus complures hoc habent initium. καὶ τόδε φωκυλίδου, quod eo consilio à Phocylide factum esse probabile est, nè quis alius his uersibus suum nomen inscriberet, ne ue se eorum auctorem faceret. Profert hos Phocylidis uersus Dion. Chrysost. in or. περὶ ὁμονοίας. καὶ τόδε φωκυλίδου· πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον οἰκοῦσα, σμικρὴ κρείσσων.

σων, Νίνου ἀφρανούσης; Reperi & hos apud Stobæum.
καὶ τόδε φωκυλίδου. τὸ πλέον γένος, εὐγενές ἐστιν. Οἷς
οὐδ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,

3 ſuauiſſimè meherc. eff.) ſic habet codex Turneſ. ſine vlla varietate, neque quidquam mutandum arbitror. quamquam illam, quam reponit Victorius non damno. In nos verò ſuauis meher-
5 cule, & effuſus, ven.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

καὶ τόδε φωκυλίδου, & hoc Phocylidis.

CICERO ATTICO S. 10

10 *Delectarunt me epiſtolæ tuæ, quas accepi vno tempore duas, ante diem V. kalend. Perge reliqua. geſtio ſcire iſta omnia: etiam illud, cuiuſmodi ſit, velim perſpicias; potes à Demetrio.* [a] *Dixit Pompeius, Craſſum à ſe in Albano expectari ante diem*
15 *IIII. kalend. is cùm veniſſet, Romam eſſe ſtatim venturos, vt rationes cum publicanis putarent. Quæſiui, Gladiatoribus ne? reſpondit, Antè, quàm inducerentur. Id, cuiuſmodi ſit, aut nunc, ſi ſcias, aut, cùm is Romam venerit, ad me mittas, velim. Nos hic vo-*
20 *ramus litteras cum homine mirifico (ita mehercule ſentio) Dionyſio: qui te, omneiſq. uos ſalutat. οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι. Quare, vt homini curioſo, ita perſcribe ad me, quid primus dies, quid ſecundus, quid cēſores, quid Appius, quid illa populi Apu-*
25 *leia: denique etiam quid à te fiat, ad me velim ſcribas. non enim (vt verè loquamur) tam rebus nudis, quàm tuis litteris, delector. Ego mecum, præter Dionyſium,* [b] *duxi neminem, nec metuo tamen, ne mihi ſermo deſit abs te:* 1 [c] *quo magnopere delector. Tu*
30 *Lucceio noſtrum librum dabis. Demetrii Magnetis ci bi mitto, ſtatim vt ſit, qui à te mihi epiſtolam referat.*

a L. Dixit mihi Pomp.

b L. eduxi

c v. c. quo opere delector.

ANNOTATIONES.

1 quo magnopere delector.) etiam codex Turnes. ita legit, quo opere, delector. quin etiam abest, quo. Sed ego hoc totum, quo magno, omissum à librario esse puto. Quod Victorius scribit Liuium non semel usum esse, opere, quo modo hic fortasse Cicero usus est, fallitur. Nam fallitur hoc loco, & septimi casus à recto, opus. operæ uero apud Liuium est à recto, opera. itaque cum diphthongo scribitur, operæ. 5

Verba Græca, Latinis expreßa.

οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι, nihil dulcis, quàm omnia scire.

CICERO ATTICO S. II 10

EGnatius Romæ est: sed ego cum eo de re Halimeti vehementer[a] antè egi. grauiter se acturum cum Aquillio, confirmauit. Videbis ergo hominem, si voles, Macroni vix video [b] præstò esse. Idibus enim auctionem Larini video, [1] & biduum præterea. id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mi velim. sed, si me diligis, postridie kalend. cena apud me cum[c] Petilia. prorsus id[d] facias. kalend. cogito in hortis Crassipedis, quasi in deuersorio, cenare. Facio fraudem S. C. Inde domum cenatus, vt sim manè præstò Miloni. ibi te igitur videbo, [2] [e] & promouebo. Domus te nostra tota salutat. 15 20

a v. c. Antij egi, & ita L.

b L. præstò esse posse. Idib.

c L. Pilia. al. Cæcilia.

d al. facies.

e v. c. & pro monebo. al. & peruidebo.

ANNOTATIONES.

1 & biduum præterea.) sic habent omnes libri vulgati: neque longè secus codex Turnes. nisi quòd pro, biduum, habet vsitato illorum temporum vitio, viduum. u, pro, b. quemadmodum uene, pro, bene. & contrà, iubentuti, pro, iuuentuti, suprà scriptum esse in codice illo Turnes. lectorem admonuimus: & paulo antè pro, leuitatis, scriptum est lebitatis. Quare nihil est, quod hic anxiè tricetur Victorius. sententia plana est: scriptura vulgata, recta, & sincera. & biduum præterea autem, subintell. Larini mihi commorandum est, aut aliquid aliud tale. Supra autem, codex Turnesianus, & Hurlatinus habent, Idibus enim actionem video, vt & vulgati. à ceteris abest uox, Idib. Victorius porrò sic edidit. 25 30

edidit. Maçoni uix videor præsto esse. enim auctionem Larini video, &c.

2 & promonebo.) Sic habet codex vetus Turnes. Malaspina vult legi, præmonebo, cùm libri vulgati habeant, promouebo. Sed placet mihi magis ea quæ in uno codice manuscripto reperitur, & peruidebo.

CICERO ATTICO S. 12

Nos in Tusculanum venisse[a] *ad* XVII. *kalend. Decembr. video te scire. ibi Dionysius nobis præstò fuit. Romæ*[b] *ad* XIIII. *kalend. uolumus esse. quid dico volumus? immò verò cogimur. Milonis nuptiæ. comitiorum nonnulla*[c] *opinio est.* [1] *Ergo, vt sit rata*[d] *abfuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non molestè. Nam aut defendißem, quòd non placeret: aut defuißem, cui non oporteret. Sed*[e] *mehercule velim res istas, & præsentem statum reip. & quo animo* COSS. *ferant hunc* σκυλμὸν, *rescribas ad me,*[f] *quantum potes, & vales. Sum* ὀξύπεινος: *& si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quàm olim æqualem eius, L. Paullum, iterum* COSS. *O hominem nequam! De libris Oratoriis, factum est à me diligenter. diu, multúmque in manibus fuerunt. describas licet. Illud etiam te rogo* τὴν παροῦσαν κατάστασιν[g] τύπῳ δὸς, *ne istuc hospes veniam. Vale.*

a L. a. d. XVII.

b a. d. XIIII.

c v. c. opinio'st.

d L afuisse me in alt.

e v. c. mercule, al. merculi,

f L. quantū potes. valde fum ὀξύπ. v. c. quantū pote. valde ium ὀξ.

g L. τυπωδῶς.

ANNOTATIONES.

1 Ergo, vt sit rata afuisse me, &c.) Alij aliter. Ego sic hunc locum esse restituendum puto, parua immutatione facta, nempè facto ex, erga, ergo: ex, etsi irata, vt si rata, & mutata interpunctione. præterea, afuisse, edendum curaui, vt semper alibi. sic.n. hoc loco habent melioris notæ codices: in his Turnesianus, neq. vsquam aliter, qua de re alibi plura notauimus. Idem autem de, afore, sentiendum. non enim, abfore, sed, afore, scribendum. Itaque apud Horat. lib. 1. sat. 4. sic reponendum est. quod vitium

procul afore chartis, &c. quod cùm olim in quibusd. libris manuscr. expressum reperissem, non sum ausus in prima Horatij editione tamen lectionem vulgatam immutare, quorundam nimis religiosorum, seu potius ineptorum ac stultorum iudicium reformidans, quibus nihil placet immutari in codicibus impressis, neque intelligunt, si nihil ab ipsis, aut ab eorum nostrisque patribus & maioribus immutatum fuisse futuram, cur nunc illorum posteri, in eis vindicandis laboraremus. eadem religione deterritus infra lib. 9. cum reperissem in omnibus lib. manuscript. Illim quidem Cnæum profectum puto: secutus sum olim vulgatos, qui habent, Illinc quidem &c. Si tamen me omnes audire volent, ita in aliquo talijs locis, in quibus sic habent cod. veteres, reponunt: & item, him, istim, pro, hinc, istinc. 5

Verba Græca, Latinis expressa. 10

σκυλμὸν, altercationem, concertationem.
ὀξύπεινος, fame percitus.
τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς, præsentem statũ reip. crassa Minerua. 15

CICERO ATTICO S. 13

VEstorius noster me per litteras[a] facit certiorem, te Roma [b] ad VI. id. Maii putare profectum esse, tardiùs, quàm dixerat, [c] quo minùm valuißes. si iam melius vales, vehementer gaudeo. Velim domum [1] ad tuos scribas, vt mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adeßes, cùm ceteri, tum Varronis. est enim mihi vtendum quibusdam rebus [d] ex iis libris, ad eos, quos in manibus habeo, quos, vt spero, tibi valde probabo. [e] velim, si quid fortè noui habes, maximè à Q. fratre, deinde à C. Cesare. & si quid fortè de comitiis, de rep. (soles enim tu hæc [f] festinè odorari) [g] conscribas ad me. Si nil habebis, tamen scribas aliquid. numquam enim mihi tua epistola, aut intempestiua, 20 25 30

a L. fecit
b L. a. d. VII.
c L. quòd minus
d v. c. ex his l.
e v. c. Tu velim,
f v. c. tertiuè
g L. scribas

pestiua, aut loquax uisa est. Maximè autem rogo, reb. tuis, totoq. itinere [a] *ex sententia confecto, nos quàm primùm reuisas. Dionysium iube saluere. Cura vt valeas.*

a q v. c. è sententia

ANNOTATIONES.

1 ad tuos scribas,) Quidam vet. cod. habent, ad te scribas, &c. & ita Turnesian.

CICERO ATTICO S. 14

DE Eutychide gratum: qui vetere prænomine, nouo nomine, T. erit Cæcilius: ut est ex me, et ex te iunctus Dionysius M. Pomponius. Valde mehercule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me [a] *beneuolentiam cognoscet,* [b] *suam illam in meo dolore* συμπάθειαν, *neque tum mihi obscuram, neque post ingratam fuisse. Iter Asiaticum tuum puto tibi suscipiendum fuisse. nunquam enim tu sine iustissima causa tam longè à tot tuis & hominibus, & rebus carissimis & suauissimis abesse voluisses, Sed humanitatem tuam, amoremque in tuos, reditus celeritas declarabit. Sed vereor, ne lepore suo detineat diutius* [c] *Pr. Clodius, & homo pereruditus (vt aiunt) & nunc quidē deditus Græcis litteris* [d] *Pituanios. Sed si vis homo esse, recipe te ad nos, ad quod tēpus confirmasti. cū illis tū, cùm salui venerint, Romæ viuere licebit. Aueres te scribis accipere aliquid à me litterarū. Dedi, ac multis quidem de rebus,* ἡμερόλεξδον *perscripta omnia: sed, ut coniicio, quoniam mihi non uideris in Epiro diu fuisse, redditas tibi non arbitror. genus autem mearum* [e] *ad te litterarum, eiusmodi ferè est, vt non libeat cuiquā dare, nisi de quo exploratum sit,*

tibi

a v. c. beniuolentiam
b L. etiam suam
c al. P. Clodius, L. L. Clodius,
d L. Pituanius. al. L. Antonius.
e q. v. c. ad te quidem litt.

tibi eum rediturum. Nunc Romanas res accipe [a] Ad III. nonas Quinct. Suffenas, & Cato, absoluti : [b] Procilius, condemnatus: ex quo intellectum est, treis [c] ἀρεοπαγίτας, ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam deniq. remp. flocci non facere. Debemus patrem familias domi suæ occidere nolle, neque tamen id ipsum abundè. Nam absoluerunt XXII. condemnauerunt XXVIII. Publius sanè diserto epilogo [d] criminans, menteis iudicum mouerat. [e] Ortalus in ea causa fuit, cuiusmodi solet. nos verbum nullum. [f] veritas est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animum Publii [g] offenderet. His rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, vt agerem causam contra Interamnateis apud COS. & decem legatos, quòd locus Velinus à [h] M. Curio emissus, interciso monte [i] in Nar defluit: [k] ex quo est nulla siccata, & humida tamen modicè [l] Rosea. Vixi cum Axio: [m] qui etiam me [n] ad VII. Aquas duxit. Redii Romam Fonteii causa; [o] ad VII. id. Quinct. veni spectaculum primum magno & æquabili plausu: sed hoc ne curaris: ego impetus, qui scripserim: deinde Antiphonti operam: is erat antè manumissus, quàm productus. ne diutius pendeas, palmam tulit. Sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce, [1] nihil tam verum. Hæc tu tecũ habeto. In Andromacha tamen [2] maior fuit, quàm [p] Astyanacte. nam in ceteris parem habuit neminem. Quæris nunc de Arbuscula. Valde placuit. Ludi magnifici, & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campum. Ardet ambitus. σῆμα δέ τοι ἐρέω. Fænus ex triente idibus Quinctil. factum erat bessibus. Dices, Istuc quidem non molestè

a L. A. d. b al. Procillus c L. θείους ἀρεοπ. & ita v. c. d al. criminatus, e al. Hortalus f L. veritas est enim pus. g L. offenderem. h L. à M. Curio i fort. in Narem K L. ex quo est illa quidem siccata, l al. Rosia. m al. quin etiam n L. ad septem Aq. o L. a. d. VII. idus Quinct. ueni in spect. p L. Astyanax. in cet.

5 10 15 20 25 30

ſtè ſero. O virum, ò ciuem! Memmium Cæſaris omnes opes confirmant. cum eo Domitium [a] COS. *iunxerunt: quà pactione, epiſtolæ committere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro ſtudet: ſed*
5 *vtrum fronte, an mente, dubitatur.* [b] ἐξοχὴ *nulla eſt. pecunia, omnium dignitatem exęquat. Meſſalla languet, non quo aut animus deſit, aut amici: ſed coitio* COSS. *& Pompeius obſunt. ea comitia puto fore vt ducantur. Tribunitii candidati iurarunt, ſe arbi-*
10 *trio Catonis petituros. Apud eum* HS. [c] *quingena depoſuerunt, vt, qui à Catone damnatus eſſet, id perderet, & competitoribus tribueretur. Hęc ego pridie ſcribebam, quàm comitia fore putabantur: ſed ad te* V. *kalendas Sextil. ſi facta erunt, & tabellarius non*
15 *erit profectus, tota comitia perſcribam: quæ ſi, vt putantur, grauita fuerint: plus vnus Cato potuerit, quàm omnes quidem iudices. Meſſius defendebatur à nobis, è legatione reuocatus, nam eum Cęſari* [d] *legarat Appius. Seruilius edixit, ut adeſſet. tribus*
20 *habet* [e] *Pontinam, Velinam,* [f] *Metiam. pugnatur acriter: agitur tamen ſatis. Deinde me expedio ad Druſum: inde ad Scaurum. parantur orationibus* [g] *iudices glorioſi. fortaſſe accedent etiam* COSS. DES. *in quibus ſi Scaurus non fuerit, in hoc iudicio ualde*
25 *laborabit. Ex Q. fratris litteris, ſuſpicor iam eum eſſe in* [h] *Britannia. ſuſpenſo animo expecto, quid agat. Illud quidem ſumus adepti, quod multis, & magnis indiciis poſſumus iudicare, nos Cæſari & cariſſimos, et iucundiſſimos eſſe. Dionyſiũ uelim ſaluere iubeas,* [i]
30 *& eũ roges, & hortere, vt quàmprimũ ueniat, vt poſſit Ciceronẽ meum, atq. etiam meipſum erudire. Vale.*

[a] al. COS.
[b] L. ἐξοχὴ in nullo eſt pec. & ita v. c.
[c] al. quinquagena
[d] q. v. c. legerat.
[e] L. Pomtinam,
[f] L. Mæciã.
[g] v.c. indices glor.
[h] v. c. Briciania.
[i] q. v. c. & eum roges, ut te hortetur, vt q̃ primum nemias, vt p.

potuit mentio fieri cuiusquam ab iis, qui disputant, nisi eius, qui illis notus, aut auditus esset. Hanc ego de rep. quam institui, disputationem, in Africani personam, & Phili, & Lælii, & Manilii contuli. adiunxi adolescentes eis, Q. Tuberonem, P. Rutilium,[a] duos Lælii generos,[b] Scæuolam, & Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor procemiis, ut Ἀριστοτέλης *in iis, quos* ἐξωτερικοὺς *vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem: id quod intelligo tibi placare. utinam modò conata efficere possim. rem enim (quod te non fugit) magnam complexus sum, & grauem, & plurimi otii: quo ego maximè egeo. Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras[c] Scæuolæ, non eam temerè[d] dimoui, sed feci idem, quod in* πολιτείᾳ *deus ille noster Plato. cùm in Piræeum Socrates venisset ad Cephalum, locupletem, & festiuum senem: quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex. deinde, cùm ipse quoque commodissimè locutus esset, ad rem diuinam dicit se uelle discedere. neque postea reuertitur. Credo Platonem uix putasse satis consonum fore, si hominem id ętatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multo ego satius hoc mihi cauendum putaui in[e] Scæuola, qui & ætate,[f] & valetudine erat ea,[g] qua meministi, & iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plureis dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo, non alienus à[g] Scæuolę studiis. reliqui libri* τεχνολογίαν *habent, ut scis.*[h] *Huic ioculatoriæ disputationi senem illum, ut noras, interesse sanè nolui. De re filiæ quod scribis, erit mihi curæ. etenim est luculenta res,*[i] *Aureliani, ut*

a v. c. du.
b L. Scæuolam,
c L. Sceuulæ,
d L. demoui.
e al. Scæuula,
f v. c. & ualitudine.
g al. Scęuulę.
h v. c. Huic ioculatorem senem illum,
i L. Aureliani, ut scribis, indicis, al. Aureliani, ut scribis, indicijs.

ut scribis, indicis: & in eo me etiam Tulliæ meæ uen ditabo. Vestorio non desum. gratum enim tibi id esse intelligo, &, ut ille intelligat, curo. Sed scis, qui? cùm habeat[a] duos facileis, nihil difficilius. Nunc ad ea, quæ quæris de C. Catone, lege Iunia, & Licinia scis absolutum. [b] Fusia ego tibi nuntio absolutum iri, neque patronis suis tam libentibus, quàm accusatoribus. Is tamen & mecum, & cum Milone in gratiam rediit. Drusus reus est factus à Lucretio, iudicib. reiiciẽdis [c] ad v. non. Quinctil. [d] De prælio rumores nõ bo ni: sed iudicia nosti. Hirrus cũ Domitio in gratia est. S.C. quod hic coss. de prouinciis fecerũt, QVICVMQVE POSTHAC, [e] notum tibi, ut quod iam intelligebamus, enuntiationem illam Memmii ualde Cęsari displicere. Messala noster, [f] & eius competitor Domitius, liberalis [g] in populo valde fuit: nihil gratius. certi erant coss. [h] Ac senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret ab iis consiliis, quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos. magnus timor candidatorum. Sed quidam indices, [4] in his Opimius [i] Veietor, Antius tribunum pl. Appellarunt, ne iniussu populi iudicarent: [k] rescidit comitia dilata ex S.C.[l] dum lex de tacito iudicio ferretur. Venit legi dies. Terentius intercessit. coss. qui illud leui brachio egissent, [m] rem ad senatũ detulerant. Hic Abdera, non tacente me. Dices, tamẽ tu nõ quiescis? Ignosce, uix possum. Veruntamen quid tam ridiculum? Senatus decreuerat, ne priùs comitia haberentur, quàm lex lata esset: siqui intercessisset, res integra referretur. Cœpta ferri leuiter. Intercessum non inuitis. res ad senatum. De ea re ita censuerunt, COMI-

a v.c. duo facil. al. cum habeat duos facileis.
b L. Fusia.
c L. a d.
d L. De Prociliorũ.
e v.c. non mihi, ut qđ. Iam fort. non mihi notius, quàm tibi. Iam intell.
f al. & eius Domitius compet.
g L. in populum.
h L. At sen.
i L. Veient. Terentium trib unũ pl. app.
K al. res cedit.
l al. cùm lex.
m L. res ad sen.

TIA PRIMO QVOQVE TEMPORE HABERI CENSERE. *Scaurus, qui erat paucis diebus illis absolutus, cùm ego patrem eius ornatissimè defendissem, obnuntiationibus per* [a] *Scæuolam interpositis, singulis diebus usque ad prid. Kalend. Octobr. quo ego hæc die scripsi, sublatis, populo tributim domi suæ satisfecerat. Sed tamen etsi vberior liberalitas huius, gratior esse videbatur eorum, qui occuparant. Cuperem vultum uidere tuum, cùm hęc legeres. nam profectò* [b] *rem non habes nullam, hæc negotia multarum nundinarum fore. Sed senatus hodie fuerat futurus, id est, Kalendis Octobr. iam enim* [c] *lucescit. ibi loquetur pręter Anium, & Fauonium* [d] *liberè nemo. nam Cato ægrotat. de me nihil timueris: sed tamen promitto nihil. Quæris aliud? Iudicia, credo. Drusus, Scaurus* [5] *non fecisse uidentur. tres candidati fore rei putabantur, Domitius à Memmio, Messalla à Q. Pōpeio Rufo, Scaurus à Triario, aut à L. Cæsare. Quid poteris, inquier, pro iis dicere? Ne uiuam, si scio. In illis quidem tribus libris* [6] *quos tu dilaudas, nihil reperio.* [7] *Paccianę epistolæ respondi. cognosce cetera. Ex fratris litteris incredibilia quædam de Cęsaris in me amore cognoui, eaque sunt ipsius Cæsaris vberrimis litteris confirmata, Britannici belli exitus exspectatur. constat enim, aditus insulæ esse* [8] *munitos mirificis molibus. etiam illud iam cognitum est, neque argenti* [e] *scrupulum esse vllum in illa insula, neque vllam spem prædæ, nisi ex mancipiis: ex quibus nulles puto te litteris, aut musicis eruditos exspectare. Paullus in medio foro basilicam* [f] *iam pænè* [9] *texuit iisdem antiquis columnis. illam autem quam locauit,*

facit

a L. Scæuulam.

b fort. spem non hab. null. o.v.c. rem habes nullam: hæc negotia.

c L. Lucifcit.

d al. liber nemo.

e L. scripulum & ita, v. c.

f v.c. iam pęne texerit iisdem

facit magnificentissimam. Quid quęris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. Itaque Cæsaris amici (me dico, & Oppium) disrumparis licet, monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, [a] ut forum laxaremus, & usq. ad atrium Libertatis explicaremus, contemsimus sexcenties HS. Cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. efficiemus rem gloriosissimam. nam in campo Martio sæpta [b] tribunitiis comitiis marmorea sumus, & tecta facturi: eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur. Simul adiungetur huic operi villa etiam publica. Dicis, Quid mihi hoc monumentum proderit? [c] ad quid laboramus res Romanas? non enim te puto de lustro, quod iam desperatum est, aut de iudiciis, quæ [d] lege Coctia fiant, quærere. Nunc te obiurgari patere, si iure. scribis enim in ea epistola, quam C. [e] Decimius mihi reddidit, Buthroto datam, in Asiã tibi eundum esse, te arbitrari. mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulùm interesset, utrùm per procuratores ageres, an per teipsum, [f] ne toties, & tam longè abesses. Sed hæc mallem integra re tecum egisse. profecto enim aliquid egißem. Nunc reprimam susceptam [g] obiurgationem. utinam valeat ad celeritatem reditus tui. Ego ad te propterea minùs sæpe scribo, quòd certum non habeo, ubi sis, aut ubi futurus sis. huic tamen nescio cui, quòd videbatur is te visurus esse putaui dandas eße litteras. Tu quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quæ tempora te [h] exspectem, facias me certiorem uelim, & de Eutychide quid egeris.

a L. ut laxaremus, & v.

b v. c. tributis.

c fort. ad quietem. Habes res Romanas. non en.

d L. lege Plotia al. lege Cincia.

e al. Domitius.

f L. ut ab his toties, & t.

g v. c. obiurgationem.

h hoc, quod dixi, tantum utinam ualeat ad celer. red. i.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 quòd erant abs te.)id est,quòd erant Buthroto datæ. sic Malaspina.non malè. minùs malè certè,quàm ut in omnib.libris legitur,quòd erat abs te.Indignabitur, & queretur Petr. Victorius, scio Quid tum?afferat ipse aliquid melius.

2 huic ioculatoriæ disputationi)Vox,disputationi,abest à cod. Memm.& Turnesian. ut ab ijs, quos habuit Malaspina. Ego,disputationi, puto esse retinendum, ioculatoriæ, tollendum, ut ad oram libri primùm adscriptum: deinde à librarijs imperitis, eiecto uero & necessario nomine, in contextum epistolæ coniectum: cùm putarent, alterutram uocem esse scribendam,& eam potiùs, quæ ad oram libri esset adscripta: quod sæpe ab illis factitatum esse animaduerti. Primùm commouet me, quòd disputatio illa non continuò est ioculatoria,aut iocularis, si de arte sermonem continet:deinde, iocularі,potiùs,quam,ioculatoriæ, dixisset:postremò nonnulli libri ueteres habent, iaculatori, nonnulli, ioculatorem Omnino,ioculatoria,mihi non probatur.

3 Aureliani,ut scribis,indicis)Sic legendum,non,iudicis,quamuis sic habeat codex Turnes Licet tamen etiam legere, indicijs.

4 In his Opimius Veient. Terentium tribunum pl.) Sic emendat Octauius Pantagathus: cui assentior.Nam præter eius auctoritatem, mouet me, quod sequitur, Terentius intercessit.Hinc.n. Terentium tribunum pl. fuisse intelligimus. Iam Veient. id est Veientina,uidelicet tribu.Paullo pòst Manutij quidem coniecturam probamus, in eo, quòd pro, rescidit,res ad sen.id est res ad senatum, reponendum censet. Verumtamen testamur etiam in codicibus Memm.& Turnesiano,scriptum esse, rescidit. Vnde quidam putant probabilem esse scripturam, res cedit: quæ reperitur integra, & sine ulla uarietate in codice Antoniano. Omnino Manutij coniectura nihil puto fingi probabilius.

5 non fecisse uidentur.)id est absoluti sunt.

6 quos tu dilaudas) libri manuscr. habent, quos tu diolaudas: unde Pitœus uult scribi,quos tu adeò laudas,ego, quos tu dilaudas,malo,ut alij restituunt.

7 Paccianæ epistolæ resp.) Ne quis miretur, me ordinem immutasse, rationem & ueritatem secutus id feci. Nam à scriptoribus librarijs sine dubio membra epistolarum diuulsa sunt, & aliena cũ alienis cõfusa.Quod Manutius,& Malaspina,et alij uiderũt.

8 munitos)v.c habet,miratos,quod, quid ualeat, exputare non possum.

9 texuit)cod.Turnes.habet, texerit.

10 ut laxeremus, &c.) uocem, forum, quam habent lib. uulg. uel,eorum,uel, eos, uel, odeum, quæ sunt in manuscrip.deleuimus. hæc enim sententia, & hic ordo uerborum est, ut monumentum illud, quod tu toll. laud. celeb.laxaremus, & usque ad atrium Libert.explic. contem.&c.

ædificium nostrum quòd crebrò inuisis, gratum. Q. frater ad me scripsit, se, quoniam Ciceronem suauissimum[a] *secum haberet, ad te nonis Maiis uenturum. Ego me de Cumano moui ante diem* v. *kal. Maii. eo die Neapoli apud Lætum. ante diem* IIII. *kalend. Maias iens in Pompeianum bene manè, hæc scripsi. Puteolis magnus est rumor, Ptolæmeum esse in regno. Si quid habet certius, velim scire. Ego hic pascor bybliotheca Fausti: fortasse tu putabas, his rebus Puteolanis, & Lucrinensibus. ne ista quidem desunt: sed mehercule à ceteris oblectationibus deseror,* [b]*& uoluptatibus, propter remp. Sic litteris sustentor, & recreor, maloq. in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quàm in istorum sella curuli: tecumq. apud te ambulare, quàm cum eo, quo cũ video esse ambulandum. sed* [c] *de ea ambulatione fors uiderit,* [d]*aut si quis est, qui curet, deus. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque, quæ Cyrea sint, velim, cùm poteris, inuisas: & vrgeas Philotimum, ut properet, ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. Pompeius in Cumanum Parilibus venit. misit ad me statim qui salutem nuntiaret. Ad eum postridie manè uadebam, cùm hæc scripsi.*

a L. tecum haberes,

b v.c. & uoluptatum,

c v.c de illa amb.

d v.c. aut. si qui est,

ANNOTATIONES.

1 diebus uitiandis) Non displicet mihi Manutij coniectura, ut legatur iniijciendis, quam ex eo facit, quòd nonnulli lib. antiqui habent, initiandis: quo modo habent & Memmiani. Turnesianus tamen cum uulgatis congruit.

2 sit hoc, quasi καὶ τόδε φωκυλίδου.) Alludit M. Tullius ad Phocylidis uersus, ex quibus complures hoc habent initium. καὶ τόδε φωκυλίδου, quod eo consilio à Phocylide factum esse probabile est, ne quis alius his uersibus suum nomen inscriberet, ne ue se eorum auctorem faceret. Profert hos Phocylidis uersus Dion. Chrysost. in or. περὶ ὁμονοίας. καὶ τόδε φωκυλίδου· πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον Οἰκοῦσα, σμικρὴ κρέσσων.

σων, Νίνου ἀφρανούσης. Reperi & hos apud Stobæum. καὶ τόδε φωκυλίδου. τὸ πλέον γένος, εὐγενές ἐστιν. Οἷς οὐδ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,

3 ſuauiſſimè meherc. eff.) ſic habet codex Turneſ. ſine vlla varietate, neque quidquam mutandum arbitror. quamquam illam, quam reponit Victorius non damno. In nos verò ſuauis meher-
5 cule, & effuſus, ven.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

καὶ τόδε φωκυλίδου, & hoc Phocylidis.

CICERO ATTICO S. 10

10 D*electarunt me epiſtolæ tuæ, quas accepi vno tempore duas, ante diem V. kalend. Perge reliqua. geſtio ſcire iſta omnia: etiam illud, cuiuſmodi ſit, velim perſpicias; potes à Demetrio.* [a] *Dixit Pompeius, Craſſum à ſe in Albano expectari ante diem*
15 *IIII. kalend. is cùm veniſſet, Romam eſſe ſtatim venturos, vt rationes cum publicanis putarent. Quæſiui, Gladiatoribus ne? reſpondit, Antè, quàm inducerentur. Id, cuiuſmodi ſit, aut nunc, ſi ſcias, aut, cùm is Romam venerit, ad me mittas, velim. Nos hic vo-*
20 *ramus litteras cum homine mirifico (ita mehercule ſentio) Dionyſio: qui te, omneisq. nos ſalutat.* οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι. *Quare, vt homini curioſo, ita perſcribe ad me, quid primus dies, quid ſecundus, quid cēſores, quid Appius, quid illa populi Apu*
25 *leia: denique etiam quid à te fiat, ad me velim ſcribas. non enim (vt verè loquamur) tam rebus nudis, quàm tuis litteris, delector. Ego mecum, præter Dionyſium,* [b] *duxi neminem, nec metuo tamen, ne mihi ſermo deſit abs te:* 1 [c] *quo magnopere delector. Tu*
30 *Lucceio noſtrum librum dabis. Demetrii Magnetis cibi mitto, ſtatim vt ſit, qui à te mihi epiſtolam referat.*

a L. Dixit mihi Pomp.

b L. eduxi

c v. c. quo opere delector.

ANNOTATIONES.

1 quo magnopere delector.) etiam codex Turnes. ita legit, quo opere, delector. quin etiam abest, quo. Sed ego hoc totum, quo magno, omissum à librario esse puto. Quod Victorius scribit Liuium non semel usum esse, opere, quo modo hic fortasse Cicero usus est, fallitur. Nam fallitur hoc loco, & septimi casus à recto, opus. operæ uero apud Liuium est à recto, opera. itaque cum diphthongo scribitur, operæ. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι, nihil dulcius, quàm omnia scire.

CICERO ATTICO S. II 10

Egnatius Romæ est: sed ego cum eo de re Halimeti vehementer[a] antè egi. grauiter se acturum cum Aquillio, confirmauit. Videbis ergo hominem, si voles, Macroni vix video[b] præstò esse. Idibus enim auctionem Larini video, [1] *& biduum præterea. id* 15 *tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mi velim. sed, si me diligis, postridie kalend. cena apud me cum[c] Petilia. prorsus id[d] facias. kalend. cogito in hortis Crassipedis, quasi in deuersorio, cenare. Facio fraudem S. C. Inde domum cenatus, vt sim manè præstò* 20 *Miloni. ibi te igitur videbo,* [2] [e] *& promouebo. Domus te nostra tota salutat.*

a v. c. Antij egi, & ita L.

b L. præstò esse posse. Idib.

c L. Pilia. al. Cæcilia.

d al. facies.

e v. c. & promonebo. al. & peruidebo.

ANNOTATIONES.

1 & biduum præterea.) sic habent omnes libri vulgati: neque longè secus codex Turnes. nisi quòd pro, biduum, habet vsitato illorum temporum vitio, viduum. u, pro, b. quemadmodum uene, pro, bene. & contrà, iubentuti, pro, iuuentuti, suprà scriptum esse in codice illo Turnes. lectorem admonuimus: & paulo antè pro, leuitatis, scriptum est lebitatis. Quare nihil est, quod hic anxiè tricetur Victorius. sententia plana est: scriptura vulgata, recta, & sincera. & biduum præterea autem, subintell. Larini mihi commorandum est, aut aliquid aliud tale. Supra autem, codex Turnesianus, & Hurlatinus habent, Idibus enim actionem video, vt & vulgati. à ceteris abest uox, Idib. Victorius porrò sic 25 30

edidit.

edidit. Mactoni uix video r præsto esse. enim auctionem Larini video, &c.

2 & promonebo.) Sic habet codex vetus Turnes. Malaspina vult legi, præmonebo, cùm libri vulgati habeant, promouebo. Sed placet mihi magis ea quæ in uno codice manuscripto reperitur, & peruidebo.

5 CICERO ATTICO S. 12

NOs in Tusculanum venisse[a] ad XVII. kalend. Decembr. video te scire. ibi Dionysius nobis præstò fuit. Romæ[b] ad XIIII. kalend. uolumus esse. quid dico volumus? immò verò cogimur. Milonis nuptiæ. comitiorum nonnulla[c] opinio est. [1] *Ergo, vt sit rata [d] abfuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non molestè. Nam aut defendissem, quòd non placeret: aut defuissem, cui non oporteret. Sed [e] mehercule velim res istas, & præsentem statum reip. & quo animo COSS. ferant hunc σκυλμὸν, rescribas ad me, [f] quantum potes, & vales. Sum ὀξύπεινος: & si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum plaudatum, quàm olim æqualem eius, L. Paullum, iterum COSS. O hominem nequam! De libris Oratoriis, factum est à me diligenter. diu, multumque in manibus fuerunt. describas licet. Illud etiam te rogo τὴν παροῦσαν κατάστασιν [g] τύπῳ δός, ne istuc hospes veniam. Vale.*

a L. a. d. XVII.
b a.d. XIIII.
c v. c. opinio'st.
d L. afuisse me in alt.
e v. c. mercule, al. merculi,
f L. quantû potes. valde sum ὀξύπ. v. c. quantû pote. valde sum ὀξ.
g L. τυπώδως.

25 ANNOTATIONES.

1 Ergo, vt sit rata afuisse me, &c.) Alij aliter. Ego sic hunc locum esse restituendum puto, parua immutatione facta, nempè facto ex, erga, ergo: ex, etsi irata, vt si rata, & mutata interpunctione. præterea, afuisse, edendum curaui, vt semper alibi. sic.n. hoc loco habent melioris notæ codices: in his Turnesianus, neq. vsquam aliter. qua de re alibi plura notauimus. Idem autem de, 30 afore, sentiendum. non enim, abfore, sed, afore, scribendum. Itaque apud Horat. lib. 1. sat. 4. sic reponendum est. quod vitium

procul a fore chartis, &c. quod cùm olim in quibusd. libris manuscr. expressum reperissem, non sum ausus in prima Horatij editione tamen lectionem vulgatam immutare, quorundam nimis religiosorum, seu potius ineptorum ac stultorum iudicium reformidans, quibus nihil placet immutari in codicibus impressis, neque intelligunt, si nihil ab ipsis, aut ab eorum nostrisque patribus & maioribus immutatum fuisse futuram, cur nunc illorum posteri, in eis vindicandis laboraremus. eadem religione deterritus infra lib. 9. cum reperissem in omnibus lib. manuscript. Illim quidem Cnæum profectum puto: secutus sum olim vulgatos, qui habent, Illinc quidem &c. Si tamen me omnes audire volent, ita in aliquo talijs locis, in quibus sic habent cod. veteres, reponunt: & item, him, istim, pro, hinc, istinc. 5

Verba Græca, Latinis expressa. 10

σκυλμὸν, altercationem, concertationem.
ὀξύπεινος, fame percitus.
τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς, præsentem statū reip. crassa Minerua. 15

CICERO ATTICO S. 13

VEstorius noster me per litteras[a] facit certiorem, te Roma [b] ad VI. id. Maii putare profectum esse, tardiùs, quàm dixerat, [c] quo minùm valuisses. si iam melius vales, vehementer gaudeo. Velim domum [1] ad tuos scribas, vt mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cùm ceteri, tum Varronis. est enim mihi vtendum quibusdam rebus [d] ex iis libris, ad eos, quos in manibus habeo, quos, vt spero, tibi valde probabo. [e] velim, si quid fortè noui habes, maximè à Q. fratre, deinde à C. Cesare. & si quid fortè de comitiis, de rep. (soles enim tu hæc [f] festinè odorari) [g] conscribas ad me. Si nil habebis, tamen scribas aliquid. numquam enim mihi tua epistola, aut intempestiua, 20 25 30

a L. fecit
b L. a. d. VII.
c L. quòd minus
d v. c. ex his l.
e v. c. Tu velim,
f v. c. festiuè
g L. scribas

pestiua, aut loquax uisa est. Maximè autem rogo, reb. tuis, totoq. itinere [a] *ex sententia confecto, nos quàm primùm reuisas. Dionysium iube saluere. Cura vt valeas.*

a q v. c. è sententia

5 ANNOTATIONES.

1 ad tuos scribas,) Quidam vet. cod. habent, ad te scribas, & c. & ita Turnesian.

CICERO ATTICO S. 14

10 *DE Eutychide gratum: qui vetere prænomine, nouo nomine, T. erit Cæcilius: ut est ex me, et ex te iunctus Dionysius M. Pomponius. Valde mehercule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me* [a] *beneuolentiam cognoscet,* [b] *suam illam in meo dolore* 15 συμπάθειαν, *neque tum mihi obscuram, neque post ingratam fuisse. Iter Asiaticum tuum puto tibi suscipiendum fuisse. nunquam enim tu sine iustissima causa tam longè à tot tuis & hominibus, & rebus carissimis & suauissimis abesse voluisses, Sed humanitatem* 20 *tuam, amoremque in tuos, reditus celeritas declarabit. Sed vereor, ne lepore suo detineat diutius* [c] *Pr. Clodius, & homo pereruditus (vt aiunt) & nunc quidē deditus Græcis litteris* [d] *Pituanios. Sed si vis homo esse, recipe te ad nos, ad quod tēpus confirmasti. cū* 25 *illis tū, cùm salui venerint, Romæ viuere licebit. Auere te scribis accipere aliquid à me litterarū. Dedi, ac multis quidem de rebus,* ἡμερολέγδον *perscripta omnia: sed, ut coniicio, quoniam mihi non uideris in Epiro diu fuisse, redditas tibi non arbitror. genus* 30 *autem mearum* [e] *ad te litterarum, eiusmodi ferè est, vt non libeat cuiquā dare, nisi de quo exploratum sit,*

a v. c. beniuolentiam
b L. etiam suam
c al. P. Clodius, L. L. Clodius,
d L. Pitanius. al. L. Antonius.
e q. v. c. ad te quidem litt.

tibi

tibi eum rediturum. Nunc Romanas res accipe [a] *Ad* III. *nonas Quinct. Suffenas, & Cato, absoluti:* [b] *Procilius, condemnatus: ex quo intellectum est, treis* [c] *ἀρεοπαγίτας, ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam deniq. remp. flocci non facere. Debemus patrem familias domi suæ occidere nolle, neque tamen id ipsum abundè. Nam absoluerunt* XXII. *condemnauerunt* XXVIII. *Publius sanè diserto epilogo* [d] *criminans, menteis iudicum mouerat.* [e] *Ortalus in ea causa fuit, cuiusmodi solet. nos verbum nullum.* [f] *veritas est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animum Publii* [g] *offenderet. His rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, vt agerem causam contra Interamnateis apud* cos. *& decem legatos, quòd locus Velinus à* [h] *M. Curio emissus, interciso monte* [i] *in Nar defluit:* [k] *ex quo est nulla siccata, & humida tamen modicè* [l] *Rosea. Vixi cum Axio:* [m] *qui etiam me* [n] *ad* VII. *Aquas duxit. Redii Romam Fonteii causa,* [o] *ad* VII. *id. Quinct. veni spectaculum primum magno & æquabili plausu: sed hoc ne curaris: ego impetus, qui scripserim: deinde Antiphonti operam: is erat antè manumissus, quàm productus. ne diutius pendeas, palmam tulit. Sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce,* [1] *nihil tam verum. Hæc tu tecũ habeto. In Andromacha tamen* [2] *maior fuit, quàm* [p] *Astyanacte. nam in ceteris parem habuit neminem. Quæris nunc de Arbuscula. Valde placuit. Ludi magnifici, & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campum. Ardet ambitus. σῆμα δέ τοι ἐρέω. Fænus ex triente idibus Quinctil. factum erat bessibus. Dices, Istuc quidem non molestè*

a L. A. d.
b al. Procillus
c L. θέσεις ἀρεοπ. & ita v. c.
d al. criminatus,
e al. Hortalus
f L. veritas est enim pus.
g L. offenderem.
h L. à M. Curio
i fort. in Narem
K L. ex quo est illa quidem siccata,
l al. Rosia.
m al. quin etiam
n L. ad septem Aq.
o L. a. d. VII. idus Quinct. ueni in spect.
p L. Astyanax. in cet.

stèfero. O virum, ò ciuem! Memmium Cæsaris omnes opes confirmant. cum eo Domitium [a] cos. iunxerunt: qua pactione, epistolæ committere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed
5 vtrum fronte, an mente, dubitatur. [b] ἐξοχὴ nulla est. pecunia, omnium dignitatem exęquat. Messalla languet, non quo aut animus desit, aut amici: sed coitio coss. & Pompeius obsunt. ea comitia puto fore vt ducantur. Tribunitii candidati iurarunt, se arbi-
10 trio Catonis petituros. Apud eum HS. [c] quingena deposuerunt, vt, qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. Hęc ego pridie scribebam, quàm comitia fore putabantur: sed ad te v. kalendas Sextil. si facta erunt, & tabellarius non
15 erit profectus, tota comitia perscribam: quæ si, vt putantur, grauita fuerint: plus vnus Cato potuerit, quàm omnes quidem iudices. Messius defendebatur à nobis, è legatione reuocatus, nam eum Cęsari [d] legarat Appius. Seruilius edixit, ut adesset. tribus
20 habet [e] Pontinam, Velinam, [f] Metiam. pugnatur acriter: agitur tamen satis. Deinde me expedio ad Drusum: inde ad Scaurum. parantur orationibus [g] iudices gloriosi. fortasse accedent etiam COSS. DES. in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio ualde
25 laborabit. Ex Q. fratris litteris, suspicor iam eum esse in [h] Britannia. suspenso animo expecto, quid agat. Illud quidem sumus adepti, quod multis, & magnis indiciis possumus iudicare, nos Cæsari & carissimos, et iucundissimos esse. Dionysiũ uelim salutere iubeas, [i]
30 & eũ roges, & hortere, vt quàmprimũ ueniat, vt possit Ciceronẽ meum, atq. etiam meipsum erudire. Vale.

a al. COS.
b L. ἐξοχὴ in nullo est pec. & ita v. c.
c al. quinquagena
d q. v. c. legerat.
e L. Pomtinam,
f L. Maciã.
g v. c. indices glor.
h v. c. Bricania.
i q. v. c. & eum roges, ut te hortetur, vt q̃ primum nenias, vt p.

ANNO-

potuit mentio fieri cuiusquam ab iis, qui disputant, nisi eius, qui illis notus, aut auditus esset. Hanc ego de rep. quam institui, disputationem, in Africani personam, & Phili, & Lælii, & Manilii contuli. adiunxi adolescent eis, Q. Tuberonem, P. Rutilium,[a] *duos Lęlii generos,*[b] *Scæuolam, & Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor procemiis, ut* Ἀριστοτέλης *in iis, quos* ἐξωτερικοὺς *vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem: id quod intelligo tibi placare. utinam modò conata efficere possim. rem enim (quod te non fugit) magnam complexus sum, & grauem, & plurimi otii: quo ego maximè egeo. Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras*[c] *Scæuolæ, non eam temerè*[d] *dimoui, sed feci idem, quod in* πολιτείᾳ *deus ille noster Plato. cùm in Piræeum Socrates venißet ad Cephalum, locupletem, & festiuum senem: quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex. deinde, cùm ipse quoque commodissimè locutus eßet, ad rem diuinam dicit se uelle discedere. neque postea reuertitur. Credo Platonem uix putasse satis consonum fore, si hominem id ętatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multo ego satius hoc mihi cauendum putaui in*[e] *Scæuola, qui & ætate,*[f] *& valetudine erat ea, qua meministi, & iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plureis dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo, non alienus à*[g] *Scæuolę studiis. reliqui libri* τεχνολογίαν *habent, ut scis. 2.*[h] *Huic ioculatoriæ disputationi senem illum, ut noras, interesse sanè nolui. De re filiæ quod scribis, erit mihi curæ. etenim est luculenta res, 3.*[i] *Aureliam, ut*

a v. c. duos
b L. Scæuolam,
c L. Sceuulæ,
d L. demoui.
e al. Scæuula,
f v. c. & ualitudine.
g al. Scęuulę.
h v. c. Huic ioculatorem senem illum,
i L Aureliani, ut scribis, indicis, al. Aureliani, ut scribis, indicijs.

ut ſcribis,indicis: & in eo me etiam Tulliæ meæ uen ditabo.Veſtorio non deſum.gratum enim tibi id eſſe intelligo, &, ut ille intelligat, curo. Sed ſcis, qui? cùm habeat[a]*duos facileis, nihil difficilius. Nunc ad ea,quæ quæris de C.Catone, lege Iunia, & Licinia ſcis abſolutum.* [b] *Fuſia ego tibi nuntio abſolutum iri, neque patronis ſuis tam libentibus, quàm accuſatoribus.Is tamen & mecum,& cum Milone in gratiam rediit. Druſus reus eſt factus à Lucretio,iudicib.reiiciẽdis*[c]*ad v.non. Quinctil.*[d] *De prœlio rumores nõ boni:ſed iudicia noſti. Hirrus cũ Domitio in gratia eſt. S.C.quod hic* COSS.*de prouinciis fecerũt,* QVICVMQVE POSTHAC, [e] *notum tibi, ut quod iam intelligebamus,enuntiationem illam Memmii ualde Cæſari diſplicere. Meſſala noſter,* [f] *& eius competitor Domitius, liberalis* [g] *in populo valde fuit:nihil gratius.certi erant* COSS. [h] *Ac ſenatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret ab iis conſiliis,quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos. magnus timor candidatorum. Sed quidam iudices, + in his Opimius* [i] *Veietor,Antius tribunum pl. Appellarunt, ne iniuſſu populi iudicarent:* [k] *reſcidit comitia dilata ex S.C.*[l] *dum lex de tacito iudicio ferretur.Venit legi dies. Terentius interceſſit.* COSS. *qui illud leui brachio egiſſent,*[m] *rem ad ſenatũ detulerant. Hic Abdera,non tacente me.Dices,tamẽ tu nõ quieſcis? Ignoſce,uix poſſum. Veruntamen quid tam ridiculum? Senatus decreuerat, ne priùs comitia haberentur,quàm lex lata eſſet:ſiqui interceſſiſſet, res integra referretur. Cœpta ferri leuiter.Interceſſum non inuitis.res ad ſenatum. De ea re ita cenſuerunt,* COMI-

TIA

[a] v.c.duo facil.al.cum habeat duos facileis.
[b] L. Fuſia.
[c] L.a d.
[d] L. De Prociliorũ.
[e] v.c.non mihi, ut qđ. Iam fort. non mihi notius, quàm tibi. Iam intell.
[f] al. & eius Domitius compet.
[g] L.in populum.
[h] L.At ſen.
[i] L. Veient. Terentium trib unũ pl. app.
[k] al.res cedit.
[l] al. cùm lex.
[m] L. res ad ſen.

TIA PRIMO QVOQVE TEMPORE HABERI CENSERE. *Scaurus, qui erat paucis diebus illis absolutus, cùm ego patrem eius ornatiſſimè defendiſſem, obnuntiationibus per* [a] *Scæuolam interpoſitis, ſingulis diebus uſque ad prid. Kalend. Octobr. quo ego hæc die ſcripſi, ſublatis, populo tributim domi ſuæ ſatisfecerat. Sed tamen etſi vberior liberalitas huius, gratior eſſe videbatur eorum, qui occuparant. Cuperem vultum uidere tuum, cùm hęc legeres. nam profectò* [b] *rem non habes nullam, hæc negotia multarum nundinarum fore. Sed ſenatus hodie fuerat futurus, id eſt, Kalendis Octobr. iam enim* [c] *luceſcit. ibi loquetur pręter Anium, & Fauonium* [d] *liberè nemo. nam Cato ægrotat. de me nihil timueris: ſed tamen promitto nihil. Quæris aliud? Iudicia, credo. Druſus, Scaurus* [5] *non feciſſe uidentur. tres candidati fore rei putabantur, Domitius à Memmio, Meſſalla à Q. Pōpeio Rufo, Scaurus à Triario, aut à L. Cæſare. Quid poteris, inquiet, pro iis dicere? Ne viuam, ſi ſcio. In illis quidem tribus libris* [6] *quos tu dilaudas, nihil reperio.* [7] *Paccianę epiſtolæ reſpondi. cognoſce cetera. Ex fratris litteris incredibilia quædam de Cęſaris in me amore cognoui, eaque ſunt ipſius Cæſaris vberrimis litteris confirmata. Britannici belli exitus exſpectatur. conſtat enim, aditus inſulæ eſſe* [8] *munitos mirificis molibus. etiam illud iam cognitum eſt, neque argenti* [e] *ſcrupulum eſſe vllum in illa inſula, neque vllam ſpem prædæ, niſi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te litteris, aut muſicis eruditos exſpectare. Paullus in medio foro baſilicam* [f] *iam pænè* [9] *texuit iiſdem antiquis columnis. illam autem quam locauit,*

a L. Scæuolam.

b fort. ſpem non hab. null. o. v. c. rem habes nullam: hæc negotia.

c L. Luciſcit.

d al. liber nemo.

e L. ſcripulum & ita, v. c.

f v. c. iam pęne texerit iiſdem

facit

ANNOTATIONES.

1 quòd erant abs te.)id est,quòd erant Buthroto datæ. sic Malaspina.non malè. minùs malè certè,quàm ut in omnib libris legitur,quòd erat abs te.Indignabitur, & queretur Petr. Victorius, scio. Quid tum? afferat ipse aliquid melius.

5 2 huic ioculatoriæ disputationi)Vox,disputationi,abest à cod. Memm.& Turnesian. ut ab ijs, quos habuit Malaspina. Ego,disputationi, puto esse retinendum, ioculatoriæ, tollendum, ut ad oram libri primùm adscriptum: deinde à librarijs imperitis, eiecto uero & necessario nomine, in contextum epistolæ coniectum: cùm putarent, alterutram uocem esse scribendam,& eam potiùs, quæ ad oram libri esset adscripta: quod sæpe ab illis factitatum esse animaduerti. Primum commouet me, quòd disputatio illa

10 non continuò est ioculatoria,aut iocularis, si de arte sermonem continet:deinde, ioculari,potiùs,quam,ioculatoriæ, dixisset:postremò nonnulli libri ueteres habent, iaculatori, nonnulli, ioculatorem Omnino,ioculatoria,mihi non probatur.

3 Aureliani,ut scribis,indicis)Sic legendum,non,iudicis,quamuis sic habeat codex Turnes Licet tamen etiam legere, indicijs.

4 In his Opimius Veient. Terentium tribunum pl.) Sic emendat Octauius Pantagathus: cui assentior. Nam præter eius auctoritatem, mouet me, quod sequitur, Terentius intercessit. Hinc.n.

15 Terentium tribunum pl. fuisse intelligimus. Iam Veient. id est Veientina,uidelicet tribu. Paullo pòst Manutij quidem coniecturam probamus, in eo, quòd pro, rescidit,res ad sen.id est res ad senatum, reponendum censet. Verumtamen testamur etiam in codicibus Memm.& Turnesiano,scriptum esse, rescidit. Vnde quidam putant probabilem esse scripturam, res cedit: quæ reperitur integra, & sine ulla uarietate in codice Antoniano. Omnino Manutij coniectura nihil puto fingi probabilius.

20 5 non fecisse uidentur.)id est absoluti sunt.

6 quos tu dilaudas) libri manuscr. habent, quos tu diolaudas: unde Pitœus uult scribi,quos tu adeò laudas,ego, quos tu dilaudas,malo,ut alij restituunt.

7 Paccianæ epistolæ resp.) Ne quis miretur, me ordinem immutasse, rationem & ueritatem secutus id feci. Nam à scriptori-

25 bus librarijs sine dubio membra epistolarum diuulsa sunt, & aliena cũ alienis cõfusa. Quod Manutius,& Malaspina,et alij uiderũt.

8 munitos)v.c.habet,miratos,quod, quid ualeat, exputare non possum.

9 texuit)cod.Turnes.habet, texerit.

10 ut laxeremus, &c.) uocem, forum, quam habent lib.uulg. uel,eorum,uel, eos, uel, odeum, quæ sunt in manuscrip.deleuimus. hæc enim sententia, & hic ordo uerborum est, ut monu-

30 mentum illud, quod tu toll. laud. soleb.laxaremus, & usque ad atrium Libert.explic. contemn.&c.

Verba Græca, Latinis expressa.

τεχνολογίαν, rationem artis.

CICERO ATTICO S. 16

O *Exspectatas mihi tuas litteras: O gratum aduentum: O constantiam promissi, & fidem miram: o nauigationem amandam: quam mehercule ego ualde timebam, recordans superioris tuæ* [a] *transmissionis. Sed, nisi fallor, citiùs te, quàm scribis, uidebo. Credo enim te putasse tuas mulieres in Apulia esse: quod cùm secus erit, quid te Apulia moretur? nam Vestorio dandi sunt dies, & ille Latinus ἀττικισμὸς ex interuallo regustandus. Quin tu huc aduolas:* [1] *& inuisis illius* [b] *nostræ reip. germanæ? Putaui de nummis ante comitia tributim vno loco diuisis palàm inde absolutum Gabinium: detur esse valiturum. De Messalla quod quæris: quid scribam, nescio:* [c] *numquam vidi tam pares candidatos. Messallæ copias nosti. Scaurum Triarius reum fecit. Si quæris, nulla est magnopere commota συμπάθεια. sed tamen habet ædilitas eius memoriam non ingratã, & est pondus apud rusticos* [d] *in patris memoriam. Reliqui duo plebeii sic exæquantur, vt Domitius valeat amicis, adiuuetur tamen non gratissimo munere: Memmius Cæsaris* [e] *commendetur militibus, Pompeii Gallia nitatur. quibus si non ualuerit, putant fore aliquem, qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat, Catone præsertim absoluto.* [2] [f] *Nunc de Gabinio habe absoluto. Verùm ferendum est. Quæris, ego me vt gesserim. constanter, & liberè. Quid ille? inquies, vt ferebat? immaniter, meæque dignitatis, quod mihi satisfactum esset, haben-*

a L. transmissiones. διέρρεις, Sed

b L. nostræ reip. γεράνδρυον; Peti vides, nummis ante comitia trib. v. L. diuisis palàm: uides absol.

c L. núquam ego uidi. & ita v. c.

d sic q. v. c. L. in patris memoria. ut alij item v c.

e al. commendatur, non pl.

f lib. uulg. Nunc, ut opinionem habeas rerum, ferẽdum est.

habendam sibi rationem putabat. Quomodo ergo absolutus? ³ [a]omnino ΠΟΡΓΑΓΥΜΝΑ. accusatorum incredibilis infantia, id est, L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes preuaricatum: deinde Pompeii
5 mira contentio, iudicum sordes. Attamen XXXII. condemnarunt, XXXVIII. absoluerunt. iudicia reliqua impendēt. Nondum est planè expeditus. Dices, Tu ergo hæc quomodo fers? Bellè mehercule, & in eo me valde amo. Amisimus, mi Pomponi, [b] non om-
10 nem modò succum: ac sanguinem, sed etiam colorem, & speciem pristinam ciuitatis. Nulla est resp. quæ delectet, in qua acquiescam. Id ne igitur, inquies: facilè fers? Idipsum. recordor enim, quàm bella, paullisper nobis gubernantibus, ciuitas fuerit: quæ
15 mihi gratia relata sit. nullus dolor me angit. unum omnia posse, [c] disrumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt. multa mihi dant solatia: nec tamen ego de meo statu demigro: queq́. uita maximè est ad naturam, ⁴ ad eam me refero, ad litteras, & studia no-
20 stra: dicendi laborem delectatione oratoria consolor. Domus me, & rura nostra delectant. non recordor, unde ceciderim, sed unde surrexerim. Fratrem meũ, & te si habebo, per me ista pedibus [d] trahuntur. Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι possum. Locus ille animi nostri sto-
25 machus ubi habitabat olim, ⁵ [e] concalluit: Priuata modò, & domestica nos delectant. miram securitatem uidebis. cuius plurimę mehercule partes sunt in tuo reditu. Nemo enim in terris est mihi tam consentientibus sensibus. Sed accipe alia. Res fluit ad interre-
30 gnum, & est non nullus odor dictaturæ: sermo quidem multus: qui etiam Gabinium apud timidos iudi-

[a] L. omnino γορμια γυμνά.

[b] L. omnē non modò succ. & ita v. c.

[c] v. c. dirumpuntur

[d] L. trahātur.

[e] lib vulg. concalnit.

ces adiuuit. Candidati consulares omnes, rei ambitus. accedit etiam Gabinius: quem P. Sulla [6] *non dubitans, quin foris esset, postularat contrà dicente, & nihil obtinente Torquato. Sed omnes absoluentur, nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit. Hoc tamen agitur seuerius.* [7] *Itaq* [a] *iudicia calent. M. Fuluius Nobilior condemnatus est. Multi alii vrbani ne respondet quidem Quid aliud noui? Et tamen, absoluto Gabinio, stomachantes alii iudices, hora post, Antiochum Gabinium* [8] *nescio quem,* [b] *solidis pectoribus, liberatum accensum Gabinii, lege Papia condemnarunt. Itaque dixit statim reus lege maiestatis* [9] [c] ΟΥΚΟΙΜΡΙCΑΜΑΦΙΗ *Pontinus vult ad* IIII. *nonas Nouemb. trimphare. Huic obuiam Cato, & Seruilius, prætores, apertè, & Q. Mucius tribunus. Negant enim latum de imperio: & est latum, herculè, insulsè. sed erit cum Pomtino Appius* COS. *Cato tamen affirmat, se viuo, illum non* [d] *triumphare. Id ego puto, vt multa eiusdem, ad nihil recasurum. Appius sine lege suo sumtu in Ciliciam cogitat,* [e] *Ab Q. fratre, & à Cæsare accepi ad* IX. *Kalendas Nouembr. litteras, confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia, datas à litoribus Britanniæ* [f] *proximo: a. d.* VI. *kalendas Octobr. exercitum è Britannia reportabant. Q. Pilius erat iam ad Cæsarem profectus. Tu, si aut amor in te est* [g] *nostri, ac tuorum, aut ulla veritas, aut, si etiam sapis, ac frui tuis commodis cogitas: aduentare, & propè adesse iam debes. non mehercule æquo animo te careo. te autē quid mirum, qui Dionysiū tātopere desiderē? quē quidē abs te, cùm dies venerit,*

a q. v. iudicia

b L. è ropo polidis pictoribus

c L. οὐ σοι ἀδρῦς μᾶλα εὔει. Ponit. vult a. d.

d L. triumphaturum. Id

e L A Q. fr acc. a. d. ix. kalen.

f L. proximè:

g al. noster,

5 10 15 20 25 30

uenerit, et ego, & Cicero meus flagitabit. Abs te proximas litteras habebam, Ephesoᵃ ad V. Id. Sex. datas. a L. a. d. v. id.

ANNOTATIONES.

1 & inuisis illius nostrę rep. γεράνδρυον? Peti uides nũmis, &c.) Sic hunc locum edendum curaui, partim P. Manutij, partim Io. Aurati, collegę nostri coniecturam, meo iudicio uerissimam, uerecundam quidem certè, & minimè uiolentam, secutus. Vides (inquit M. Tullius) magistratus peti nummis, &c. Atque hæc quidem Manutij est: illa autem superior, nostræ reip. γεράνδρυον, Aurati. Significat autem γεράνδρυον, ueterem arboris trũcũ, & propriè antiquam quercũ. Adiuuat autem Aurati coniecturã cod. Turnes.

2 Nunc de Gabinio habe absoluto. Verum, &c.) Hæc erant in epistola, cuius initium est, Occupationum mearum, &c. quæ perspicuè pertinent ad epistolam, O exspectatas &c. Præterea hoc totum, ut opinionem habeas reũ, quod est in libris uulgatis, deprauatum est, immò uerò alienum, & suppositum est legendumque hoc modo, nunc de Gabinio habe absoluto Verum &c Procliue tamen fuit, ex, Gabinio, facere, opinio: deinde ex, opinio, opinionem: deinde ex, habe absoluto, Verum habeas reum.

3 γοργεῖα γυμνά) locus erat ad explicandum difficilis, & sine dubio corruptus. Manutius legit, πρῶρα πρύμνα id est. prora puppis, quod ualet, totum: Proinde ac si dicat M. Tullius, Tota absolutionis causa sita est in accusatorum infantia, Pompeij studio & contentione, iudicũ sordibus. Erricus Stephanus, quasi propiùs accedens ad scripturam antiquam, à qua non discrepat uulgata, legendum putat προπρύμνα, id est, prorsus, seu omnino. Itaq. uocem, omnino, delendam censet, ut ex interpretatione natam. Ego πρῶρα πρύμνα olim probaram: neq tamen προπρύμνα damnaram. sed nunc Simeonis Bosij, uiri doctiss. coniecturam, planè, nisi fallor, certam, amplector, & omnib. omnium coniecturis antepono. omnino, γοργεῖα γυμνά, id est omnino laruæ, seu psonæ nudæ. sentẽtia est plana, neq. accuratiore eget explicatione.

4 ad eam me refero, ad litteras, & studia, &c.) legendum, ad eam me refero, ad litteras, & stud. non ut uulgò, & litteras, &c.

5 concalluit) id est callum contraxit & obduruit. Sic enim legit Nonius in uerbo, concallere.

6 Non dubitans, quin foris esset) secutus sum codices uulgatos, à quib non discrepant aliquot manusc. quam lectionẽ si probabimus, dicemus idem hic significari, quod in orat. in Pisonem, egere foris esse Gabinium: foris esse autem, est non esse soluendo, & latitare neq. facere sui conueniendi, ut loquuntur hodie iurisconsulti, copiam. sin cui magis placebit Malaspinę coniectura (sic autem uult ille legi, Non dubitans, quin fortes essent) subintelligemus, iudices: & erit sententia ad hunc locum per quàm accommodata. uerùm tamen nihil mutare ausim.

7 Itaque iudicia calent) Victorius legendum putat, indicia. Et verò, nequiid diſſimulem, ſic habent etiam noſtri codices veteres, in his Turneſ.

8 neſcio quem è rhopopolidis pictorib.) Primùm codex Turneſ. & ceteri habent, pictoribus, non, vt vulg. pectorib. deinde, ropolidis non, vt vulg. è ſolidis. Vnde ſic conijcit legendum Simeo Boſius, è rhopopolidis pictorib. ideſt, ex pictorib. mulieris pigmentariæ, quæ vendit picturas minutas, vt virgulta picta, & ſimilia ſignificat autem, hominem contemtum, & nullius pretij.

9 οὔσοι ἀδρῦς μᾶλα φύει) id eſt, non tibi hæc quercus glandes gignit. Etiam hæc emendatio Simeonis Boſij eſt. quampluribus verbis explicaui in commentar. Lucretianis.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

ἀττικισμός, Attica locutio.
γοργεῖα γυμνά, laruæ, ſeu perſonæ nudæ.
ἐμφιλοσοφῆσαι, philoſophari.
οὔ σοι, δρῦς μάλα φύει, non tibi quercus pœna producit.

CICERO ATTICO S. 17

PVto te exiſtimare, me nunc oblitum conſuetudinis, & inſtituti mei, rariùs ad te ſcribere, quàm ſolebam: ſed cùm loca, & itinera tua nihil haberi certi [a] *uideo, neque in Epirum, neque Athenas, neque in Aſiam, neque cuiquam, niſi ad te ipſum proficiſcenti, dedi litteras. Neque enim* [b] *ſunt epiſtolæ noſtræ, quæ ſi perlatæ non ſint, nihil ea res non offenſura ſit: quæ tantùm habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem ferè committomus.* [1] *Lepidum* [c] *quò excidat* COSS. *flagrant infamia, quòd C. Memmius candidatus pactionem in ſenatu recitauit, quam ipſe, & ſuus competitor Domitius cum* COSS. [d] *feciſſet, uti ambo* HS. *quadragena* COSS. *darent, ſi eſſent ipſi* COSS. *facti: niſi treis augures dediſſent, qui ſe affuiſſe dicerent, cùm lex Curiata ferretur, quæ lata non eſſet:* [e] *& duos conſulareis, qui ſe dicerent in ornandis prouinciis conſularibus ſcribendo affuiſſe. cùm omnino ne ſena-*

a L. viderē,
b L. ſunt ex ep.
c L. quò res cadat.
d L. feciſſent,
e q v c. & duo conſulareis,

ſenatus quidem[a] affuiſſet. Hęc pactio non uerbis, ſed nominibus, & [b] præſcriptionibus, multorum tabulis, cùm eſſe facta diceretur, prolata à Memmio eſt, nominibus inductis, auctore Pompeio. Hic Appius erat idem. nihil ſanè iacturæ. corruerat alter, & planè, inquam, iacebat. Memmius autem diremta coitione, inuito Caluino, planè refrixerat, & eo magis nunc [c] concitare dictaturam, [d] fauere iuſtitio, & omnium rerum licentiæ. Perſpice æquitatem animi mei, & ludum, & contemtionem [e] Seleucianæ prouinciæ, [f] & meam hercule cum Cæſare ſuauiſſimam coniunctionem. hęc enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat: qui quidem Quinctum meum, tuumque (dii boni) quemadmodum tractat, honore, dignitate, gratia: non ſecus, ac ſi ego eſſem imperator. Hibernam legionem eligendi optio delata commodùm, [g] ut ad me ſcribit. Hunc tu non ames? Quem igitur iſtorum? Sed heus tu. ſcripſeramne tibi, me eſſe legatum Pompeio? & extra urbem quidem fore ex Idib. Ian? viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare. Sed quid plura? coràm (opinor) reliqua: ut tu tamen aliquid exſpectes. Dionyſio plurimam ſalutem: cui quidem ego non modò ſeruaui, ſed etiam ædificaui locum. Quid quæris? ad ſummam lętitiam meam, quam ex tuo reditu capio, [h] magnus ex illius aduentu cumulus accedit. Quo die [i] ad me venies, ſi me amas, apud me cum tuis maneas.

a L. fuiſſet.
b L. perſcriptionib.
c L. cogitare.
d al. furere iuſt. mendoſè.
e v. c. Seliciane.
f L. & mehercule, cum Cæſ.
g L. ut ad me Qu. ſcribit.
h v. c. magnus illius aduentus.
i L. Quo die aduenies, &c. v. c. Quo die ad me venies, ſi me amas, apud me cũ tuis &c.

ANNOTATIONES.

1 Lepidum quò res cadat) ſic puto hunc corruptum locum eſſe emendandum, ſententia, opinor, non inepta. Lepidum (inquit) ſpectaculum, videre quò res cadat.

2 nunc cogitare dict.) ſic legendum, vt vidit Malaſpina.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

LIBER V.

CICERO ATTICO. S. I

Ego verò & tuum in discessu vidi animum, & meo sum ipse testis: quo magis erit tibi videndum, ne-quid noui decernatur, vt hoc nostrum desiderium ne plus sit annum. De Annio Saturnino, curasti probè. de satisdando verò, te rogo, quoad eris Romæ, tu vt satisdes. & sunt aliquot satisdationes secundum [a] mancipium: in his & Memmianorum prediorum, vel Hatilianorum. De Oppio, factum est, vt volui, & maximè quòd DCCC. *aperuisti: quæ quidem ego vtique vel versura facta solui volo, ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur. Nunc venio ad transuersum illum extremæ epistolæ tuæ versiculū, in quo me admones de sorore: quę res se sic habet. Vt veni [b] in Arpinum, cùm ad me frater venisset: in primis nobis sermo, isque multus, de te fuit. ex quo ego veni ad ea, quæ fueramus ego, & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. nihil tam vidi mite, nihil tam placatū, quàm tum meus frater erat in sororem tuam: vt etiam si qua fuerat ex ratione sumta offensio, non appareret. [c] Illo sic die. Postridie ex Arpinati profecti sumus. vt in Arcano Quintus maneret, dies fecit; ego Aqui-*

a L. mancupium, si velis tu: Memmianorum prædiorum, vel A.iliano rum.

b L. in Arpinas.

c L. Ille sic dies.

(margin line numbers: 10, 15, 20, 25, 30)

Aquini: sed prandimus in Arcano: (nosti hunc fundum) quò vt venimus, humanissimè Quinctus, Pomponia, inquit, tu inuita mulieres, [1] [a] ego acciuero pueros. Nihil potuit, mihi quidem vt visum est, dulcius, idque cùm verbis, tum etiam animo, ac vultu. At illa, audientibus nobis, Ego sum, inquit, hic hospita: id autem ex eo, vt opinor, quòd antecesserat Statius, vt prandium nobis videret. Tum quinctus, En, inquit mihi, hęc ego patior quotidie. Dices, Quid, quæso, istuc erat? Magnum. Itaque meipsum commouerat: sic absurdè, & asperè verbis, vultuque responderat. Dissimulaui dolens: discubuimus omnes, præter illam: cui tamen Quinctus de mensa misit. illa reiecit. Quid multa? nihil meo frater lenius: nihil asperius tua sorore mihi visum est: & multa prætereo, quæ tum mihi maiori stomacho, quàm ipsi Quincto fuerunt. Ego inde Aquinum: Quinctus in Arcano remansit: & Aquinum ad me postridie manè venit; mihique narrauit, nec secum illam dormire voluisse: &, cum discessura esset, fuisset eiusmodi, qualem ego vidissem. Quid quæris? vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei, meo iudicio, illo die defuisse. Hæc ad te scripsi fortasse pluribus, quàm necesse fuit, vt videres, tuas quoque esse parteis instituendi & monendi. Reliquum est, vt antè, quàm proficiscare, mandata nostra exhaurias, scribas ad me omnia: [b] Pontium extrudas. Cùm profectus eris, cures, vt sciam. Sic habeas, nihil mehercule te mihi nec carius esse, nec suauius. A. Torquatum amantissimè dimisi Minturnis, optimum virum: cui, me ad te [c] scripsisse aliquid, in sermone, significes velim. Vale.

[a] L. ego viros arciuero. N.

[b] L. Pomtinum v. c. Pomptinum

[c] L. scripsisse de se aliq.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 in Arpinas.) Sic habet etiam codex Turnes. uulg. Arpinum.
2 ego viros arciuero) sic edendum curaui, libros ueteres secutus arciuero, autem dictum pro, acciuero. r pro, c. notant Grammatici veteres. co nfirmant hanc lection. uet. codices.

CICERO ATTICO S. 2

A .D. VI. Id. Maias cùm has dabam litteras, ex Pomperiano proficiscebar, vt eo die manerem in Trebulano apud Pontium. Deinde cogitabã sine vlla mora iusta itinera facere. In Cumano cùm essem, uenit ad me (quod mihi pergratum fuit) noster Hortensius: cui deposcenti mea mandata, cetera uniuersè mandaui: illud propriè, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias. in quo eum tu uelim confirmes, gratumque mihi fecisse dicas, quòd venerit ad me, & mihi, prætereaque, si quid opus esset, promiserit. Confirmaui ad eam causam etiam Furnium nostrum, quem ad annum tribunum pleb. uidebam fore. Habuimus in Cumano quasi pusillam Romam: tanta erat in his locis multitudo. Cùm interim Rufio noster, quòd se à Vestorio obseruari uidebat, [a] stratagemate hominem percussit. nam ad me non accessit. Itane? cùm Hortensius ueniret, & infirmus, [1] [b] & tam longè Hortensius, cùm maxima pręterea multitudo, ille non uenit? non, inquam. Non uidisti igitur hominem? inquies. Qui potui non videre, cùm per Emporium Puteolanorum iter facerem? in quo illum agentem aliquid, credo, salutaui. Pòst etiam iussi valere, [2] [c] cùm me è Pansæ uilla, numquid uellem, rogasset. Hunc hominem parum gratum quisquam putet, aut non in eo ipso laudandum, quòd audiri non laborarit? Sed redeo ad

a al strategemate h.

b v.c. & tam longè, & H.

c L. cùm me exiens è sua villa, al. cùm me spectans è sua villa,

5 10 15 20 25 30

ad illud. Noli putare, mihi aliā consolationē esse huius ingenmis molestiæ, nisi quòd spero non longiorem annua fore. hoc me ita uelle multi non credunt ex consuetudine aliorum. Tu, qui scis, omnem diligentiam adhibebis, tum scilicet, cùm id agi debebit. Cùm ex
5 *Epiro redieris, de rep. scribas ad me uelim, si quid erit, quod opperiare. nondum enim satis huc erat allatum, quo modo Cæsar ferret de auctoritate perscripta: eratque rumor de Transpadanis, eos iussos IIII*
10 *uiros creare. Quod si ita est, magnos motus timeo. Sed aliquid ex Pompeio sciam. Vale.*

ANNOTATIONES.

1 & tam longè, & Hortensius) sic legendum est, uel libris omnibus uulg. inuitis. aberat enim copula à libris uulgatis inter, lòngè, &, Hortensius.
15 2 cum me è Pansæ uilla) libri manuscri. nonnulli habent, cum expense sua uilla, &c. unus integris litteris, cùm me exiens è sua villa: quæ scriptura recta, & vera est. Quod autem Victorius reponit, cum me spectans è f v. non probo.

CICERO ATTICO S. 3

20 A.D. VI. *Id. Maias ueni in Trebulanum ad Pōtium: ibi mihi tuæ litteræ binæ reddite sunt tertio abs te die. eodem autem* [1] [a] *ex Pompeiano Philotimo dederam ad te litteras. nec verò nunc erat sanè* [b] *quid scriberem. Qui de rep. rumores, scribe quæso.*
25 *in oppidis enim summū video timorem: sed multa inania. quid de iis cogites, & quando, scire velim. Ad quas litteras tibi rescribi uelis, nescio. nullas enim adhuc acceperā, præter quæ mihi binæ* [c] *semel in Trebulano redditæ sunt: quarum alteræ edictum P. Licinii habebant (erant autem nonis Maiis datę) alterę re*
30 *scriptæ ad meas Minturnēseis. Quam vereor, nequid fuerit*

a al. ex Pansæ Pompeiano
L. exiens è Pomp.
b L. quod scrib.
c al. simul

fuerit σπουδαιότερον in iis, quas non accepi, quibus rescribi vis? Apud Lentulum ponam te in gratiā. Dionysius nobis cordi est. Nicanor tuus operam mihi dat egregiam. Iam deest [a] *quid scribam, & lucet. Beneuenti cogitabam hodie. nostra continentia, & diligentia* [b] *faciemus est satis. A Pontio, ex Trebulano* [c] *ad V. Id. Maias.* 5

a L. quod scr.
b v. c. satisfaciemus.
c L. a. d. v.

ANNOTATIONES.

2 exiens è Pomp.) quidam libri veteres habent, expensę, vt & supra prox. vnde quidam faciunt, ex Pansæ Pompeiano: alij quidam libri planè, exiens è Pomp. quos sequimur. Atque hic locus refellit coniecturam, & emendationem Victorij. 10

Verba Græca, Latinis expreßa.

σπουδαιότερον, grauius, maioris ponderis.

CICERO ATTICO S. 4

Beneuentum veni [a] *ad V. Id. Maii. ibi accepi eas litteras, quas tu superioribus litteris significaueras te dedisse: ad quas ego ipso eo die dederam ex Trebulano* [b] *à Pontio. Ac binas quidem tuas Beneuenti accepi: quarum alteras* [c] *Fesulanus multo manè mihi dedit: alteras scriba Tullius. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo, & maximo* [d] *mandato: sed tua profectio spem meam debilitat: ac ne illud quidem labat, non quo, sed inopia cogimur eo contenti esse. De illo altero, quem scribis tibi visum esse non alienum.* 1 [e] *vereor, adduci ut nostra possit, (et tuis διαγνῶσιν) πρὸς νεῦσιν esse. Equidem sum facilis: sed tu aberis,* [f] *&, me absente, rei habebis rationem meæ. Nam posset aliquid, si uteruis nostrum adesset, agente* [g] *Seruilio, fieri probabile. Nunc* [h] *si tam res placeat, agendi tamen uiam non uideo. Nunc uenio ad illam epistolam,* 15 20 25 30

a L. a. d. v.
b q. v. c. à L. Pontio.
c q. v. c. Funisulanus m. & ita L.
d L. mandatu:
e L. uereor, adduci ut nostra possit ad πρέσβευσιν: & tuis δυσδιάγνωστον εἶναι. Eq.
f L. nec, me absente rei hab meæ rat.
g L. Seruio, Seruij fil.
h L. si iam r.

ſtolam, quam accepi à Tullio. De Marcello feciſti diligenter. igitur S.C. ſi erit factum: ſcribes ad me. ſin minùs: rem tamen conficies mihi enim attribui oportebit, item Bibulo: ſed non dubito, quin S.C. expe-
5 *ditum ſit, in quo præſertim ſit compendium populi. De Torquato, probè. de Maſone, & Ligure, cùm uenerint. De i lo, quod Charipus, quoniam hic quoque* προσόδων *ſuſtuliſti: o prouinciaſ! etiamne hic mihi curandus eſt?* [a] *Curandus autem? hactenus, ne quid*
10 *ad ſenatum.* [b] *Conſule, aut numera. nam de ceteris. ſed tamen commodè, quòd cum Scrofa.* [c] *De Pontino, rectè ſcribis. eſt enim ita, ut, ſi ante kalendas Iun. Brundiſii futurus ſit, minùs arguendi fuerint M. Annius, & Tullius. Quæ de Sicinio audiſti, ea mihi pro-*
15 *bantur, modò ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum. ſed conſiderabimus. rem enim probo. De noſtro itinere, quod ſtatuero: de quinque præfectis, quid Pompeius facturus ſit, cùm ex ipſo cognoro, faciam, ut ſcias. De Oppio, bene curaſti,*
20 *quòd ei* DCCC. *expoſuiſti: idque, quoniam Philotimum habes, perfice, & cognoſce rationem,* [d] *&, ut agam amplius, ſi me amas, priuſquàm proficiſcaris, effice: magna me cura leuaris. Habes ad omnia: etſi pæne prætervii, chartam tibi deeſſe.* [e] *mea cautio*
25 *eſt: ſiquidem eius inopia minùs multa ad me ſcribis. Tu uerò aufer ducentos: etſi meam in eo parſimoniam huius paginæ contractio ſignificat,* [f] *dum acta, & rumores vellet. Iam ſi qua certa habes de Cæſare, expecto litteras: & alias* [g] *Pontino de omnibus rebus*
30 [h] *diligenteis dabis. Vale.*

a L. Curandus hactenus, ne quid ad ſ. al. Curandus autem hactenus, ne quid

b L. aut mi conſule, aut numera. nā 10 c ceperis. Sed t.

c v. c. De Pomtinio.

d al. &, ut ne angar ampl.

e q.v.c mea captio eſt:

f fort. cùm acta,

g L. Pōtino v.c. Pomptinio

h v. c, diligentis

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 vereor, adduci vt nostra possit &c.) locus est obscurus, & varietatis plenus in libris manuscr. Nos ad scripturam antiquam proximè accessimus ad πρόσνευσιν autem, id est, ad assensum. Quod sequitur autem, & tuis, δυσδιάγνωστον ἔσται, hanc sententiam habet. Tum præterea (inquit Cicero) difficile tuis erit ad discernendum, vter ex duobus sit potior mihi gener. ἔσαι pro, esse, scripsimus. fuit enim procliuis librarij scriptoris lapsus ab, ἔσαι, ad, esse. Sed Simeo Bosius, amicus meus, hunc locum sic putat & legendum, & interpungendum. vereor, vt nostra adduci possit ad πρόσνευσιν, & ais διαδιάγνωσον, esset quidem summè facilis. Sed tu abeis: & me absente res. habebis mei rationem. de qua lectione iudicet lector eruditus. mihi quidem in re tam obscura, & in exemplarib. tam corruptis, videtur probabilis. Infrà non longè, vbi libri omnes vet. habent. Seruilio Seruio, ego reposui, Seruio Seruij filio, nisi fallor, rectè.

2 etsi, pęne prætєrii, chartam tibi deesse. mea cautio est) secutus sum olim codices omneis antiquos, & Italicos, vt testatur Malaspina. & nostrateis, Turnes. Memmianos, Huralt. qui habent captio est, non, vt vulgati, cautio est: atque hanc scripturam multis argumentis defendit Malaspina. vt in pauco conferam. hancvult esse sententiam, chartam tibi deesse mea captio est: id est, meum damnum est, seu mihi damnosum est. Nunc ego vulgatam lectionem, vt planiorem, magis probo. neque tamen antiquam damno: sed deprauatam suspicor. Sæpe enim animaduerti scriptum esse a scriptoribus illis imperitis p. pro n. vel v. & contrà n. vel u. pro p. Exempli causa apud Horatium pluribus verbis docui, in quadam satyra, scriptum esse mendosè, Caprat, & apponit, &c. pro, Cantat, & apponit. Quamquam Victorius suum, opinor, librum secutus, edendum curauit, mea cautio est.

Verba Græca, Latinis expressa.

Δυσδιάγνωστον ἔσαι, difficile erit cognitu.

CICERO ATTICO S. 5

Planè deest, quod scribam. nam nec, quid mandē, habeo: nihil enim prętermissum est: nec, quid narrem: noui enim nihil: nec iocandi locus est: ita me multa sollicitant. tantum tamen scito, idibus Maiis nos Venusia manè [a] proficiscenteis has dedisse. eo autem die credo aliquid actū in senatu. Sequantur igitur nos tuæ litterę, quib. nō modò res [b] omneis: sed etiam rumores cognoscamus. eas accipiemus Brundisii. Ibi.n. [c] Pōtinum

a v. c. proficiscenus
b v. c. oīs:
c L. Pōtinū v. c. Pomptinum

tinum ad eam diem, quam tu scripsisti, expectare consilium est. Nos, Tarenti, quos cum Pompeio διαλόγους de rep. habuerimus, ad te perscribemus. Etsi id ipsum scire cupio, quod ad tempus rectè ad te scribere
5 [a]possem, id est, quamdiu Romæ futurus sis: vt, aut quòd dem posthac litteras, sciam, aut ne dem frustra. Sed antè, quàm proficiscare, vtique explicatum sit illud HS. XX. & DCCC. Hoc velim in maximis rebus, & maximè necessariis habeas, vt, quod aucto-
10 re te velle cœpi, adiutore assequar.

a L. possis,

CICERO ATTICO S. 6

TArentum veni[a] ad XV. kalendas Iun. Quò[b] Pō-
15 tinum statueram expectare, commodissimum duxi dies eos, quoad ille veniret, cum Pompeio consumere: eoque magis, quòd ei gratum esse id videbam, qui etiam à me petierit, vt secum, & apud se essem quotidie. [c] quod concessi libenter. multos enim eius præ-
20 claros de rep. sermones accipiam: instruar etiam consiliis idoneas ad hoc nostrum negotium. Sed ad te breuior iam in scribendo incipio fieri, dubitans, Romæ ne sis, an iam profectus: quod tamen quoad ignorabo, scribam aliquid potius, quàm committam, vt ti-
25 bi, cùm possint reddi à me litteræ, non reddantur: nec tamen iam habeo, quid aut mandem tibi, aut narrem. Mandaui omnia, quæ quidem tu, vt polliceris, exhauries: narrabo, cùm aliquid habebo noui. illud tamen non desinam, [d] dum adesse putabo, de Cæsaris nomine
30 rogare, vt confectum relinquas. Auidè expecto tuas litteras, et maximè, vt norim tēpus profectionis tuæ.

a L. ad.
b L. Pōtinū
c L. quod ei concessi lib.
d L. dum te adesse

CICE-

CICERO ATTICO S. 7

QVotidie vel potius in dies singulos breuiores litteras ad te mitto. quotidie enim magis, ac magis suspicor, te in Epirum iam profectum: sed tamen, vt mandatum scias me curasse: quot antè, ait se Pompeius quinos praefectos delaturum nouas [a] vacationes, iudiciariam causam. Ego cùm triduum cum Pompeio, & apud Pompeium fuissem, proficiscebar Brundisium [b] ad XIIII. *kalendas Iun. ciuem illum egregium relinquebam, & ad haec, quae timentur, propulsanda, paratissimum. Tuas litteras expectabo, cùm vt, quid agas, tum vt, vbi sis, sciam.*

a Fort. vacationes ob iudiciariam causam.
b L. a. d. XIIII. al. a. d. XIII.

CICERO ATTICO S. 8

ME & incommoda valetudo, [a] quia iam emerseram, vt pote cùm sine febri laborassem, & [b] Pontini expectatio, de quo adhuc ne rumor quidem venerat, tenebat duodecimum iam diem Brundisii: sed cursum expectabamus. Tu, si modò es Romae (vix enim puto) sin es, hoc vehementer animaduertas velim. [c] Romae acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras iniuriam meam, quòd Philotimus socius esset in bonis suis. Id ego ita fieri volui de C. Duronii sententia, quem & amicissimum Miloni perspexeram, & talem virum, qualem tu iudicas, cognoram. eius autem consilium, meumque hoc fuerat: primum, vt in potestate nostra esset res, ne illum malus emtor [d] alienis mancipiis, quae permulta [e] secum habet, spoliaret: deinde, vt Faustę, cui cautum ille esse voluisset, ratum esset. erat etiam illud, vt ipsi nos, si quid seruari [f] possit, quàm facillimè seruaremus. Nunc rem totam perspicias velim. nobis enim scribuntur

a L. è qua
b L. Pomtinij
c fort. Romae acceperam, Milonem meum q. v. c. Romae acceperam litteras, Mil.
d al. alienus,
e v c. secura h.
f al. posset,

saepe

sæpe maiora. Sed, si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Fausta vult: Philotimus (vt ego ei coram dixeram, mihique ille receperat) ne sit, inuito Milone, in bonis. nihil nobis [a] *fuerat tanti sin hæc læuiora sunt, tu iudicabis.* [b] *Loquere cum Duronio. Scripsi etiam ad Camillum, ad Lamiam, eoque magis, quòd non confidebam Romæ te esse. Summa erit hæc: statues, vt ex fide, fama, reque mea videbitur. Vale.*

a al. fuerit

b al. Loquere

CICERO ATTICO S. 6

Actium venimus [a] *ad XVII. kal. Quinctil. cùm quidẽ & Corcyræ, & Sibotis, muneribus tuis, quæ & Areus, & meus amicus Eutychides opiparè, & φιλοπροσηνέστατα, nobis* [b] *concesserant, epulati essemus saliarem in modum. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissimè nauigassemus: &* [c] *Leucaten flectere, molestum videbatur. Actuariis autem minutis Patras accedere* [d] *sine impedimentis, non satis visum est decorum. Ego, vt sæpe tu me currentem hortatus es, quotidie meditor, præcipio meis.* [e] *faciam denique, vt summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Parthus velim quiescat, & fortuna nos iuuet. nostra præstabimus. Tu, quæso, quid agas,* [f] *vbi quoque hoc tempore futurus sis,* [g] *qualeis res nostras Romæ reliqueris, maximè* [h] *de CXX, & DCCC. cura, vt sciamus. id vnis diligenter litteris datis (quę ad me vtique perferantur) consequere. Illud tamen (quoniam nunc abes, cùm id non agitur, aderis autẽ ad tempus,* [i] *vt mihi scripsisti) memento curare per te, & per* [k] *omneis nostros, in primis per Hortensiũ, ut annus no-*

a L. a. d. XVII. kalendas

b L. congesserant,

c v. c. Leucatam

d q. v. c. sinue his imped.

e L. facio denique

f v. c. ubi, quoq. tempore fut.

g v. c. quales

h de. H-S. xx.

i q. v. c. ut mihi rescripsisti)

k v. c. oīs

ster maneat suo statu, ne quid noui decernatur. Hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes, ne intercaletur. sed non audeo tibi omnia onera imponere: annum quidem utique teneto. Cicero meus, modestissimus, & suauissimus puer, tibi salutem dicit. Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi: sed quotidie pluris facio, & mehercule in primis, quòd te amat, nec tui mentionem intermitti sinit. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

φιλοπροσηνέστατα, amantissimè. 10

CICERO ATTICO S. 10

VT Athenas[a] *ad xv. kal. Quinctil. ueneram, expectabam ibi iam quartum diem*[b] *Pomtinum, neque de eius aduentu certi quidquam habebam. Eram autem totus (crede mihi) tecum: &, quamquam*[c] *sine iis per me ipse, tamen acrius, uestigiis tuis monitus, de te cogitabam. Quid quæris? Non mehercule alius ullus sermo, nisi de te. sed tu aliquid de meipso scire fortaße mauis. hæc sunt. Adhuc sumtus nec in me aut publicè, aut priuatim, nec in quemquam comitum. Nihil accipitur lege Iulia, nihil ab hospite: persuasum est omnibus meis, seruiendum esse famæ meæ. bellè adhuc. hoc animaduersum, Græcorum laude, & multo sermone celebratur. quod superest, elaboratur in hoc à me, sicut tibi sensi placere. sed hæc tum laudemus, cùm erunt perorata. Reliqua sunt eiusmodi, ut meum consilium sæpe reprehendam, quòd non aliqua ratione ex hoc negotio emerserim. O rem minime aptam meis moribus!*[d] *O illud uerum* ἔρδοι τις. *Dices, quid adhuc? nondum enim in negotio uersaris.* 15 20 25 30

a v. c. a. d. xvi. al. a. d. vii.
b al. Pomtinium,
c al. sine his
d L. O illum, uerum,

ſaris. Neſcio, & puto moleſtiora reſtare, [a] *etſi hæc ipſe fero equidem fronte,* [1] [b] *ut puto, & uultu belliſſ. ſed angor intimis ſenſibus: ita multa uel iracundè, uel inſolenter, uel in omni genere ſtultitiæ, inſulsè,*
5 *arroganter & dicuntur, & tacentur quotidie: quæ non quò te celē, non perſcribo, ſed quia* [2] [c] *δυσχήλη-τα ſunt. Itaque admirabere meam εὐθύτητα, cùm ſalui redierimus: tanta mihi μελέτη huius uirtutis datur. Ergo hæc quoque hactenus. etſi mihi nihil erat*
10 *propoſitum adſcribendum: quia, quid ageret, ubi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem: nec hercule umquā tamdiu ignarus rerum fui, quid de Cæſaris, quid de Milonis nominibus actum ſit: ac non modò nemo, ſed ne rumor quidem quiſquam, ut ſciremus, in rep. quid*
15 *ageretur. Quare, ſi quid erit, quod ſcias de his rebus, quas putabis ſcire me uelle, per mihi gratum erit, ſi id curaris ad me perferendum. Quid eſt pręterea? nihil ſanè, niſi illud. ualde me Athenæ delectarunt.* [d] *Turbæ duntaxat? & urbis ornamentum, & homi-*
20 *num amores in te* [e] *in nos quædam beneuolentia. Sed multum* [3] *& philoſophia, ἄνω καὶ κάτω, ſiquidem eſt in Ariſto, apud quem eram. nam* [f] *Xenonem tuum, uel noſtrum potius, Quincto conceſſeram: & tamen propter uicinitatem totos dies ſimul eramus inuicem.*
25 *Cùm primùm poteris, tua conſilia ad me ſcribas, ut ſciam, quid agas,* [g] *vbi quoque & maximè quando Romæ futurus ſis.*

a al. ſed hæc ipſa
b v.c. ut puto, & uolo beliſſ. al. bellis. L. ut puto, & uolo, belliſſimè: ſed al ut puto, & uultu. bellis. ſed
c al. δυσευκοίμητα
d L. Vrbs duntaxat? & urbis orn. & ita v. c.
e al. in noſque beneuolentia.
f al. Zenonem
g L. ubi, quoq. tempore Romæ futurus ſis.

ANNOTATIONES.

1 ut puto, & uolo, belliſſimè) non potui omnium librorum manuſcri. conſenſum negligere, qui ſic ferè habent, non vt vulgati, ut puto, & vultu belliſſimis. ego tamen malim legi, belliſſima.
30 2 δυσχήλητα) libri manuſcripti aliquot habent, δασικήλητα, unde ego libenter fecerim, δυσκήλητα, id eſt, difficilia ad

mulcendum; seu δυσευκήλητα, uel δυσευίλατα, id est, difficilia ad placandum. Licet etiam legere, δυσευκοίμιτα, seu δυσευκοίμιστα, id est, difficilia ad sopiendum.

3 & philosophia ἄνω καὶ κάτω) sic habent omnes libri, nisi quòd quidam pro Græcis, habent Latina, quæ tantundem ualent, sursum, & deorsum, & omnes per hanc philosophiam, Academicam significari uolunt, sed Malaspina ἄνω καὶ κάτω uult legi, Antiochina, ab Antiocho, cuius frater erat Aristus. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐρδέτω, faciat quisque, subaudi, quam nouit artem.
δυσκήλητα, difficilia ad mulcendum.
βάθυτητα, profunditatem. 10
μελέτη, meditatio.
ἄνω, καὶ κάτω, sursum, & deorsum.

CICERO ATTICO S. II

HVi, totiesne me litteras dedisse Romam, cùm de te nullas darem? at verò posthac frustra po- 15 tius dabo, quàm, si rectè dari potuerint, [a] committam, ut non dem. Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quidquid prouideri potest, prouide. non dici potest, quàm flagrem desiderio vrbis, 20 quàm vix harum rerũ insulsitatem feram. [1] [b] Marcellus sedendi comes. & [c] si ille magistratum non gesserit, erat tamen Transpadanus. ita mihi videtur non minus stomachi [d] nostro Cæsari fecisse. sed hoc ipse viderit. Pompeius mihi quoque videbatur (quod scri- 25 bis Varronem dicere) in Hispaniam certè iturus. id ego minimè probabam, qui quidem Theophani facilè persuasi, nihil esse melius, [e] quàm illud, nusquam illum discedere. ergo Græcus incumbet. valet autem auctoritas eius apud illum plurimum. Ego has 30 prid. nonas Quinctil. proficiscens Athenis, dedi cùm ibi

a V. c. committo,
b L. Marcellus fœdus in Comensi.
c L. etsi .n. ille
d L. nostro, quàm Cæsari
e L. quàm illum nusquam discedere.

ibi decem ipsos fuissem dies, venerat[a] Pontinus.[b] nam Cn. Volusius aderat[2] quæstor. tuus unus Tullius aberat. ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam,[3] & [c] aliquid ἐπίκωπον. De Parthis erat silentium. Quod superest, Dii iuuent. nos adhuc iter per Græciam summa cum admiratione fecimus. Nec mehercule habeo quòd adhuc quem accusem meorum. Videntur mihi nosse nos, nostram causam, & conditionem profectionis suæ. planè seruiunt existimationi meæ. Quod superest, si verū illud est, [d] οἷα περὶ δέσποινα, certè permanebunt. Nihil enim à me fieri ita uidebunt, vt sibi sit delinquendi locus. Sin id parum profuerit: fiet aliquid à nobis seuerius. nam adhuc lenitate dulces sumus, & (ut spero) proficimus aliquantum. Sed ego hanc, vt singuli dicunt, ἀνεξίαν, in vnum annum meditatus sum. proinde pugna, ne, si quid prorogatum sit, turpis inueniar. Nunc redeo [e] ad quæ mihi mandas.[4] [f] In præfectis excusatio: iis, quos voles, deferto. non ero tam μετέωρος, quàm in Apuleio fui. Xenonem tam diligo, quàm tu: quod idipsum sentire certò scio. Apud Patronem,[5] & reliquos[g] Barones te in maxima gratia posui, & hercule merito tuo feci. [h] nam mihi is ter, dixit te scripsisse ad se, mihi ex illius litteris rem illam curæ fuisse, quod ei pergratum erat. sed, cùm Patro mecum egisset, ut peterem à vestro Areopago, ὑπομνηματισμὸν tollerēt, quem Polycharmo præt. fecerant: commodius visum est[i] & Xenoni, me, & pòst ipsi Patroni, ad Memmium scribere: qui pridie, quàm ego Athenas ueni, Mitylenas profectus erat: ut is ad suos scriberet, posse id sua voluntate fieri. non enim dubitabat Xeno,

a L. Pomtinus. al. Pōtinus

b L. Iam Q. Volusius aderat, & quæstor Rufus. unus Tull.

c v.c. ἐπὶ κόνδει. & ita L.

d L. οἷά τ' ἂν δέσποινα,

e L. ad ea, quæ m.

f L. In præfectis, excusato: tribunos, quos voles, deferto.

g v.c. Varones

h L. Nam mihi is dixit, te scripsisse ad se, &c. al. nam mihi iste dixit, te

i L. & Xenoni, & pòst ipsi Patroni, me ad Memm.

quin ab Areopagitis, inuito Memmio, impetrari non poßet. Memmius autem ædificandi consilium abiecerat: sed erat Patroni iratus. itaque scripsi ad eũ accuratè: cuius epistolę misi ad te exemplum. Tu uelim Piliam meis uerbis consolere. [a] *indicabo enim tibi: tu illi nihil dixeris. accepi fasciculum, in quo erat epistola Piliæ: abstuli, aperui, legi. ualde scripta est* συμπαθῶς. *Brundisio quæ tibi epistolæ redditæ sunt sine mea,* [b] *tum uidelicet datæ, cùm ego me non bellè haberem. nam illam* νομανδρίαν *excusationem ne acceperis. Cura, ut omnia sciam, sed maximè, ut valeas.* 5 10

a v. c. indicabo tibi:

b v. c. tum uidelicet datas, cùm

ANNOTATIONES.

1 Marcellus fœdus in Comensi) Marcellus fœdus in ciue Nouocomensi, quem virgis cecidit, quasi non esset ciuis Romanus: idque in odium Cæsaris, qui Nouumcomum iure Latij donauerat. quo iure qui potiebantur, cùm magistratum annuum gessissent, ciues Rom. erant. Offenderat autem in ea re etiam Pompeium, quia eius pater Strabo transpadanas colonias deduxerat. Huius loci emendatio magna ex parte debetur Malæspinæ, Sigonio, & Pantagatho. nos duntaxat pro, fœdè, fœdus, reposuimus. infrà autem paullo pòst, licet etiam sic legere, non minùs stomachi Pompeio, quàm nostro Cæsari fecisse. Nam ex epistola 16. lib. 4. apparet, Cæsarem Ciceroni amicum esse. placet tamen hæc lectio, quam secuti sumus: nostro, inquam, ut per, nostrum, Pompeius significetur. 15 20

2 & quæstor Rufus.) sic uidetur legendum. atque hanc emendationem adiuuant libri ueteres, qui habent partim, ut uulg. quęstor tuus unus, &c. partim, quæstor utus, &c. Verumtamen, tutius fortasse est lectionem receptam retinere. Nam cùm quæstor unus esset Ciceroni L. Mescinius Rufus, non fuit opus addere, Rufus. Iam uox, tuus, pertinens ad Tullius, quod sequitur: neminem offendere debet. Sic enim loquitur & epist. 14. eod. lib. ibi. Omnes iam nostri, præter Tullium tuum, uenerunt. 25

3 & aliquid ἐπίκωπον) nostri libri ueteres habent, & aliquid ἐπὶ κόνδυ. id est, aliquid ad calicem, seu ad poculum. Κόνδυ enim poculi genus est, ut docet Pollux lib. VI. significat igitur fortasse Cicero iocans, se etiam uini amphoras imposuisse in nauim. Omnino scripturam antiquam restituendam censems. Petri Victorii autem coniecturam reijcimus. 30

4 in præfectis, excusato: tribunos, quos uoles, def.) fateor, me hic à scriptura uetere aliquanto longiùs recessisse. sic enim habent nostri libri ueteres nihil discrepantes à uulgatis.. in præfectis excusatio : ijs, quos uoles, deferto. quam scripturam quis non uidet esse mendosam? deferre autem pro eo quòd uulgò nominare, dicimus, etiam alibi M. Tullius usurpauit. exemplum reperiet lector in epist quadam ad Rufum lib. v. epist. ad famil.
5 & reliquos Varones) sic edendum curaui, Adriano Turnebo assensus, ut omittam quòd plerique libri manuscri. sic habent. per Varones autem significantur homines stolidi, tardi, & hebetes.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἄφρακτα, naues non tectæ, sed apertę.
10 ἐπὶ κόνδυ, ad calicem, seu ad poculum.
οἷά τ' ἂν δέσποινα, qualis hera.
ἀνεξίαν, tolerantiam.
μετέωρος. suspensus.
ὑπομνηματισμὸν, decretum, monumentum.
συμπαθῶς, cum magno affectu.
15 νομανδρίαν, pastoritiam.

CICERO ATTICO. S. 12

*NEgotium magnum est nauigare, atque id mense Quinctili. Sexto die Delum Athenis uenimus.
20 Prid. nonas Quinctil. à Piręeo ad Zostera, uento molesto, qui nos ibidem nonis tenuit.*[a] *Ad* VIII. *Id.*[b] *ab Ceo iucundè: inde Gyarum, sæuo uento, non aduerso: hinc Scyrum: inde Delum. vtroque citiùs, quàm vellemus, cursum confecimus. Iam nosti* ἄφρακτα *Rho
25 diorum nihil, quod minùs fluctum ferre possit. itaque erat in animo nihil festinare, nec me Delo mouere,*[1] *nisi omnia*[c] ἀκρωτηριέων *iura uidissem. De Messalla ad te statim, ut audiui, de Gyaro dedi litteras, & idipsum consilium nostrum etiam ad Hortensium:
30 cui quidem valde* συνηγορίων. *Sed tuas de eius iudicii sermonibus, & mehercule omni de rep. statu litte-*

a L. A.d. VIII.
b L. ad Ceiuicum: inde G.
c L. ἀκρωτηρίων, ἴυγγα uidissem.

ras exſpecto, πολιτικώτερον quidem ſcriptas (quoniam meos cum Thallumeto noſtro peruolutas libros) eiuſmodi, inquam, litteras, ex quibus ego, non quid fiat (nam id uel [a] Helonius, vir [b] gratiſſimus, poteſt efficere, cliens tuus) ſed quid futurum ſit, ſciam. [c] Cum hæc leges, habebimus COSS. *Omnia perſpicere poteris, de Cæſare, de Pompeio, de ipſis iudiciis. Noſtra autem negotia (quoniam Romæ commoraris) amabo te, explica. Cui rei fugerat me reſcribere, [2] [d] deſtrue ſalinarum planè rogo. De aqua, ſi quid poterit fieri, eo ſis animo, quo ſoles eſſe. quam ego cùm mea ſponte, tum tuis ſermonibus æſtimo plurimi. ergo [e] aliquid conficies. Præterea ſiquid Philippus rogauit: quod in tua re faceres, id uelim facias. Plura ſcribam ad te, cùm conſtitero. nunc eram planè in medio mari.*

a al. Helenius, al. Vennonius,
b v.c. & L. grauiſſimus,
c v.c. Etiam cùm hæc l.
d v.c. deſtrue ſalterum, pl. L. deſtrue laterum pl.
e al. quid.

ANNOTATIONES.

1 niſi omnia ἀκρατηρίων ἴυγγα vidiſſem.) ideſt, niſi omnia promuntoria, unde uenti flant, obſeruans, tranquillitatem maris ad nauigandum allicientem uidiſſem. Sic autem hunc locum emendauit Simeo Boſius, ut pluribus iam uerbis oſtendi in commentarijs Lucretianis ſecundæ editionis, ad illum locum libri v. Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem. Piget autem aliorum coniecturas referre. antiqua autem ſcriptura planè deprauata eſt, neque ualde à uulgata differt. Si enim habent libri manuſcrip. niſi omnia, ἀκρατηρίων iura, al. tuta, uidiſſem. Quod autem ſuprà P. Victorius legit, ab Ceo iuc undè peruenimus, ferri non poteſt.

2 de ſtrue laterum &c.) ſic legendum eſſe uidit Boſius. De lateribus, & eorum uſu legendus Vitruuius.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

ἀκρατηρίων, ἴυγγα, promontoria obſeruans, tranquillitatem maris ad nauigandum allicientem.
συνηγωνίων, cum illa mærebam.
πολιτικώτερον, ciuilius.

CICERO ATTICO S. 13

Ephesum uenimus[a] ad XI. Kalendas Sextil. sexagesimo, & quinto post pugnam[b] Bouillam. Nauigauimus sine timore, & sine nausea: sed tardius, propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. De concursu legationum, priuatorum, & de incredibili multitudine, quæ mihi iam Sami, sed mirabilem in modum Ephesi præstò fuit, aut audiße te puto, aut quid ad me attinet? 2 Veruntamen,[c] cùm de Cumanis uenissem cum imperio, Græci quasi Ephesio pretori, se alacreis obtulerunt: [d] ex quo intelligere certò scio, multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas. sed, vt spero, utemur ea palæstra, quam à te didicimus, omnibusque satisfaciemus, & eo faciliùs, quòd in nostra prouincia confectæ sunt pactiones. Sed hactenus, præsertim cùm cenanti mihi nuntiaret[e] Sestius, se de nocte proficisci. Tua [f] negotia Ephesi curæ mihi fuerunt: Thermoque, tametsi ante aduentum meum liberalißimè erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem, & Seium Rhodium,3 & [g] Apollonicensem Xenonem commendaui. omnino omnia se facturum recepit. Ego preterea rationem Philogeni, permutationis eius, quam tecum feci, edidi: ergo hec quoq. hactenus. Redeo ad vrbana. Per fortunas (quoniam Romæ manes) primùm illud præfulci, atq. præmuni, queso, vt simus annui: ne intercaletur quidem. Deinde exhauri mea mandata. maximeque, siquid potest, de illo domestico,[h] scrupulum, quem non ignoras. Deinde de Cesare: cuius in cupiditatem, te auctore, incubui: nec me piget. Et, si intelligis, quàm meum sit scire, & curare, quid in rep. fiat (fiat autem

a L. a.d. xi.
b fort. ad Bouillas. fort. Bouillanam.
c L. cùm ciuis Romanus uenissem.
d L. ex quo intell. & ita v. c.
e L. Cœstius,
f al. negotiola.
g L. Apollonidensem Xen. al. Apollonidensem.
h L. scripulum,

autem? immò verò etiam quid futurum sit) perscribe ad me omnia, sed diligentissimè: in primisque, [a] *quid iudiciorum status aut factorum, aut futurorum etiam laboret. De aqua, si curæ est, si quid Philippus aget,* [b] *animaduertes.* 5

a L. numquid iudic.

b al. animaduertas.

ANNOTATIONES.

1 Ephesum uenimus a.d.xi. Kal. sextil. sexages.) puto significari diem, quo die Clodius à Milone interfectus est: itaque numerum esse corrigendum, & ita legendum, quingentesimo quadragesimo quinto die post pugnam ad Bouillas. sic infrà loquitur in extremo epistolę primæ, lib. vi. post pugnam Leuctricam 10 die septingentesimo sexagesimo quinto. Quòd si dies ab xi. Kalend. sext. ad Terminalia, seu potius ad eum diem, quo die litteras illas primas libri sexti dedit M. Tullius, numeres, reperies circiter 220. dies. At dies 545. & 220. efficiunt 765.

2 Verumtamen cùm Romanus) secutus sum Manutij coniecturam, quam neque Conradus improbat. addidi autem uocem, ciuis, quæ necessaria uidebatur, si modò uellemus antiquæ scripturæ, à qua non admodum discrepat uulgata, uestigia persequi. Sed nunc nihil addo. 15

3 & Apollonidensem Xenonem) Apollonidensis dictus est, ab Apollonide, seu Apollonida, urbe Asiæ, quam commemorat sæpè M. Tullius, & Apollonidenseis: ubi tamen perpetuò legitur Apol lonidienseis, ut alibi diximus.

CICERO ATTICO S. 14

20

ANtè, quàm aliquo loco consedero, neque longas à me, neque semper mea manu litteras exspectabis. cùm autem erit spatium. [1] *utrumque præstabo. Nunc iter conficiebamus æstuosa, & puluerulenta uia. Dederam Epheso pridie: has dedi Trallibus.* 25 *In prouincia mea fore me putabam kalendis Sext. Ex ea die, si me amas,* παράγγελμα ἐνιαύσιον *commoueto. tamen interea hæc, quæ uellem,* [2] *mihi adferebantur. Primùm, otium Parthicum: dein, confectæ pactiones publicanorum: postremò, seditio militum sedata ab Appio, stipendiumq. eis usq. ad idus Quinctil.* 30 *perso-*

persolutum. Nos Asia accepit admirabiliter aduentus noster nemini, ne minimo quidem fuit sumtui. Spero [a] omneis seruire laudi meæ: tamen [b] magno timore sum. [c] sed bene parauimus. omnes iam nostri, præter
5 *Tullium tuum, venerunt. Erat mihi in animo rectà proficisci ad exercitum: æstiuos menses reliquos rei militari dare, hibernos iurisdictioni. Tu velim, si me nihilo minus nosti curiosum in rep. quàm te, scribas ad me omnia, quæ sint, [d] quæque futura sint. nihil mihi*
10 *gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandaui, confeceris: in primis, quid illud* ἐνδόμυχον, *quo mihi scis nihil esse carius. Habes epistolam plenam festinationis, & pulueris. reliquæ, subtiliores erunt.*

a v. c. omnis.
b al. in magno timore sum.
c q. v. c. sed bene speramus. & ita L.
d v. c. quæ futura s. & ita L.

15 ANNOTATIONES.

1 utrumque præstabo. (codex Turnesianus habet, vtrumque stabo. scilicet deest, præ.

2 mihi afferebantur) cod. Turnesianus habet, adgerebantur. nõ placet. Suprà autem quòd, Leopardus quidam à Manutio dissentiens, παράγγελμα, petitionem scribit significari: melius sibi ille consuluisset, modestiusque ac prudentius fecisset, si tacuisset.
20 Non celabo autem lectorem, ubi uulgati libri habent, Ex ea die, si me amas, παράγγελμα &c. in codice Turnesiano scriptum esse, Ex ea die, si meas, παράγγ. quod eo consilio adscripsi, vt sæpe admoneam lectorem libros ueteres esse adiuuandos, & scriptores illos imperitos interdum syllabas, interdum uoces integras, interdum totas periodos, & sententias præterijsse, sic suprà. pro, præstabo, scripsit, stabo. Ex quo natum est, dabo. quod habuit Malaspina in suis libris.

25 *Verba Græca, Latinis expressa.*

παράγγελμα ἐνιαύσιον, mandatum annuum.
ἐνδόμυχον, domesticum.

CICERO ATTICO S. 15

LAodiceam veni prid. kalendas Sextil. Ex hoc die clauum [a] commouebis. Nihil exoptatius ad-
30 *uentu meo, nihil carius: sed est incredibile, quàm me*

a al. amouebis.

negotii

negotii tædeat, ne non habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi, & industriæ[a] meæ: [1] præclara opera[b] cessent. quippe ius Laodiceæ me dicere, cùm Romæ A. Plotius dicat? & cùm exercitum noster amicus habeat, tantùm me nomen habere duarum legionum exilium? Denique hæc non desidero: lucem, forum, urbem, domum, vos desidero. Sed feram, ut potero. sit modò annuum. si prorogatur, actum est. Verùm perfacilè resisti potest, tu modò Romæ sis. Quæris, quid hic agam. ita viuam, vt maximos sumtus facio. mirificè delector hoc instituto. admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: vt verear, ne illud, quod tecum permutaui, versura mihi soluendum sit. Appii vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt. Iter Laodicea faciebam[c] ad III. Non. Sext. Cùm has litteras dabam in castra, in Lycaonia. inde ad Taurum cogitabam, vt, cùm [d] Meophragine signis collatis, si possem, de seruo tuo [e] deciderem. Clitellæ boui sunt impositæ. plane non est nostrum onus: sed feremus. modò, si me amas, [f] sim annuus. Adsis tu ad tempus, [g] vt senatum excites. Mirificè sollicitus sum, quòd iam diu ignota sunt mihi ista omnia. Quare, vt ad te antè scripsi, cùm cetera, tum resp. cura vt mihi nota sit. [2] [h] Plura scribam aliàs. tardè tibi reddituro, sed dabam familiari homini, ac domestico, C. Andronico Puteolano. tu autem sæpe dare tabellariis publicanorum poteris, per magistros scripturæ, & portus, & nostrarum diœcesium.

a al. meæ?
b L. cesset. al. cessent?
c L. a. d.
d L. Morphagene, v.c. Mofragene,
e al. decernerem.
f L. sit annuum.
g L. ut senatum totum excites.
h L. Plura scribebam, sciens tardè tibi redditū iri: sed dabam famil.

ANNOTATIONES.

1 præclara opera, cesset.) cod. Memmianus, & Turnef. & nonnulli Italici habent, cesset, vt, opera, intelligamus esse recti casus, numeri singularis: quod probo. Malim tamen ita legi, à

prɇcla-

præclara opera ceſſem. Sed ſequor libros ueteres.

2 Plura ſcribebam: tardè redditurо, &c.) hæc mihi uidebatur uera huius loci lectio, quam excogitauit Malaſpina. Plura (inquit) tibi ſcribebam. nam tardè quidem redditurо, ſed tamen homini familiari C. Andronico has litteras dabam. codex Turneſianus tamen habet, redditu iri: unde nunc puto legendum, Plura ſcribebam, ſciens tibi tardè redditum iri: ſed dabam, &c.
5 quam ſcripturam, cùm attentius conſidero, labo, ut ueriorem priore iudicem. Non celabo lectorem autem, nec in noſtris libris ueteribus uocem, alias, reperiri.

CICERO ATTICO S. 16

10 *ETſi in ipſo itinere, & via diſcedebant publicanorum tabellarii, & eramus in curſu, tamen ſurripiendum aliquid putaui ſpatii, ne me immemorem mandati tui putares. itaque ſubſedi in ipſa via, dum hæc quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim*
15 *tibi perſcriberem. Maxima expectatione in perditam, & planè euerſam in perpetuum prouinciam nos ueniſſe ſcito pridie kalend. Sextileis* [a] *moratus triduum Laodiceæ, totidem dies* [b] *Synnade, audiuimus nihil aliud, niſi imperata* ἐπικεφάλια *ſoluere non*
20 *poſſe:* [1] *poſſeſſiones omnium venditas, ciuitatum gemitus, ploratus, monſtra quædam non hominis, ſed feræ neſcio cuius immanis. Quid quæris?* [c] *tædet omnium nos uitę. Leuantur tamen miſeræ ciuitates, quòd nullus fit ſumptus in nos, neq. in legatos, neque in quę*
25 *ſtorem, neque in quemquam. Scito nō modò nos fænū, aut quod lege Iulia dari ſolet, nō accipere, ſed ne ligna quidem, nec, præter quattuor lectos, & tectū, quemquam accipere quidquam: multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerumque. Itaque*
30 *incredibilem in modum cōcurſus fiunt ex agris, ex uicis, ex domibus omnibus. Mehercule etiam aduentū*

a L. moratus

b al. Synnadæ,

c L. tædet oīno eos uitæ. fort. tædet omneis eos uitæ,

nostro reuiuiscunt, iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. Itaq. opiniones omnium superauit. Appius, ut audiuit nos uenire, in ultimam prouinciam se coniecit, Tarsum usque. ibi forum agit. de Parthosilentium est: sed tamen concisos equites nostros à bar- 5
baris nuntiabant ii, qui ueniebant. Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in prouinciam suam accedere. id autem [a] *facere ob eam causam dicebant, quòd tardiùs vellet decedere. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui.* 10

a al. eum facere

ANNOTATIONES.

1 possessiones omnium venditas) uideo in omnibus libris manuscriptis nostris scriptum ὠνὰς seu, onas omnium: & item in Italicis audio. Non sum ausus tamen immutare lectionem uulgatam. & suspicor, onas, esse erratum librarij, qui deceptus binarum syllabarum similitudine, posse possessiones, omiserit unum, 15
posse, & scripserit, posse ones, pro, posse possessiones.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐπικεφάλια, tributa per capita.

CICERO ATTICO S. 17

Accepi Roma sine epistola tua fasciculum litterarum: in quo, si modo valuisti, & Romæ fuisti, Philotimi duco esse culpam, non tuam. Hanc 20
epistolam dicaui sedens in rheda, cùm in castra proficiscerer: [a] *ab quibus aberam bidui. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem litteras. itaq.* 25
eò me seruaui. nos tamen, & si hoc te ex aliis audire malo, sic in prouincia nos gerimus, quod ad astinentiam attinet, vt nullus teruncius insumatur in quemquam. id fit etiam & legatorum, & tribunorum, & præfectorum diligentia. nam omnes mirificè συμφιλοδοξοῦσι gloriæ meæ. Lepta noster, mirificus est. sed nũc 30
pro-

a L. à quibus aber. & ita v. c.

propero. perscribam ad te paucis diebus omnia. Cicerones nostros Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est, secum in regnum, dum in æstiuis nos essemus. illum pueris locum esse bellissimum duximus. [a] *Sextius ad me scripsit, quæ tecum eßet de mea domestica, & maxima cura locutus, & quid tibi eßet uisum. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe, quid & possit, & tu censeas. Idem scripsit, Hortensium de proroganda nostra prouincia dixisse nescio quid mihi in Cumano, diligentissimè, se, ut annui essemus, defensurum, receperat. Si quidquã me amas, hunc locum ama. Dici non potest, quàm inuitus à uobis absim. & simul hanc gloriam iustitiæ, & abstinentiæ, fore illustriorem spero, si citò decesserimus: id quod* [b] *Scæuolæ contigit, qui solos nouem menses Asiæ præfuit. Appius noster, cùm me aduentare uideret, profectus est Tarsum usque Laodicea. ibi forũ agit, cùm ego* [c] *sum in prouincia: quam eius iniuriam non insector. satis enim habeo negotii in sanandis uulneribus, quæ sunt imposita prouinciæ: quod, do operam, ut faciam quamminima illius contumelia. Sed hoc Bruto nostro uelim dicas: illum fecisse non bellè, qui aduentu meo, quàm longissimè potuerit, discesserit.*

a al. Sestius

b L. Scæuolę

c L. sim

Verba Græca, Latinis expressa.

συμφιλοδοξοῦσι, simul gloriæ meæ seruient.

CICERO ATTICO S. 18

Q*Vàm vellem Romæ esses, si fortè non es. Nihil enim certi habebamus, nisi, accepisse nos tuas litteras* [a] *ad XIIII. Kalend. Sextileis, datas, in quibus scriptum esset, te in Epirum iturum circiter Kalend.*

a L. a. d. XIIII.

kalend. Sextil. Sed siue Romæ es, siue in Epiro, Parthi Euphratem transierunt, duce Pacoro, Orodis, [a] *Parthorum regis, filio,* [1] *cunctis referto copiis. Bibulus nondum audiebatur esse in Syria. Cassius in oppido Antiochię cum omni exercitu. nos in Cappadocia ad Taurum cum exercitu ad Cybistra. Hostis* [b] *in Cyrrhestica: quæ Syriæ pars, proxima est prouincię meæ. His de rebus scripsi ad senatum: quas litteras, si Romæ es, videbis, putesne reddendas: & multa, immo omnia: quorum* κεφάλαιον, *ne quid inter cæsa, & porrecta (vt aiunt) oneris mihi addatur, aut temporis. Nobis enim, hac infirmitate exercitus, inopia sociorum, præsertim fidelium, certissimum subsidium est hiems. Ea si venerit, nec illi antè in meam prouinciam transierint: vnum vereor, ne senatus, propter vrbanarum rerum metum, Pompeium nolit dimittere. Quòd si alium ad uer mittit, non laboro. nobis modò temporis ne quid prorogetur. Hæc igitur, si Romę es. sin abes: aut etiam si ades: hæc negotia sic se habent. Stamus animis: & quia consiliis, vt videmur, bonis vtimur, speramus etiam manu. Tuto consedimus, copioso à frumento, Ciliciam propè conspiciente, expedito ad mutandum loco: paruo exercitu, sed, vt spero, ad* [c] *beneuolentiam erga nos consentiente: quem nos Deiotari aduentu cum suis omnibus copiis, duplicaturi eramus. Sociis multo fideliorib. vtimur, quàm quisquam vsus esset: quibus incredibilis videtur & nostra mansuetudo, & abstinentia.* [d] *Delectus habetur ciuium Romanorum: frumentum ex agris in loca tuta comportatur. si fuerit occasio: manu: sin minus, locis nos defendemus. Quare bono animo*

a al. regis Parthorum,

b al. in Cirrhestica:

c v. c. beniuolentiam

d L. Dilectus

mo es. uideo enim te, & quasi coràm adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui. Sed te rogo, si vllo pacto fieri poterit, si integra in senatu nostra causa ad kalend. Ianuar. manserit, vt Romæ sis mense Ianuar. profectò nihil accipiam iniuriæ, si tu aderis. [a] Amicos coss. habemus nostros. tribunum pl. Furnium. Verùm tua est opus assiduitate, prudentia, gratia. tempus est necessarium. sed turpe est me pluribus verbis agere tecum. Cicerones nostri sunt apud Deiotarum, sed, si opus erit, deducentur Rhodum. Tu, si es Romæ: vt soles, diligentissimè. si in Epiro: mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium, vt & tu, quid nos agamus, & nos, quid tu agas, quidque acturus sis, scire possimus. Ego tui Bruti rem sic ago, vt suam ipse non ageret sed iam exhibeo pupillum, neque defendo sunt enim negotia & lenta, & inania. Faciam tamen satis, tibi quidem, cui difficilius est, quàm ipsi. sed certè satisfaciam utrique.

a L. amicos consules habemus, nostrum tribunum pl. Furnium. & ita v. c.

ANNOTATIONES.

1 cunctis referto copijs) libri ueteres aliquot habent, cunctis ferè copijs. sed mendosè, opinor. Verumtamen iudicet lector.

Verba Græca, Latinis expressa.

κεφάλαιον, caput.
συμπάθειαν, parem affectionem.

CICERO ATTICO S. 19

Obsignatam iam epistolam [a] meam, quam puto te modò perlegisse, scriptam mea manu, in qua omnia continentur, cùm subitò Appii tabellarius [b] ad XI. Kalend. Octobr. [c] septimo & quadragesimo die Roma celeriter (hui, tam longè!) mihi tuas litteras reddidit: ex quibus non dubito, quin, vt Pompeium

a L. eam, & ita v. c.
b L. a. d.
c L. septimo quadr.

exspectaris, dum Arimino rediret,[a] *etiam in Dpirum profectus sis: magisque vereor, ut scribis, ne in Epiro sollicitus sis non minùs, quàm nos hic sumus. De Atiliano nomine, scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messallam. Itineris nostri famam ad te peruenisse lætor, magisq. lætabor, si reliqua cognoris. Filiolam tua tibi iam Romę iucundam esse gaudeo: eamque. quam numquam uidi, tamen & amo, & amabilem esse*[b] *certò scio.*[1] [c] *Etiam atq. etiam uale. De Patrone, & tuis condiscipulis, quæ de Tarentinis in militia laboraui, ea tibi grata esse gaudeo. Quòd scribis, libenter repulsam tulisse eum, qui cum sororis tuæ filii patruo*[d] *certaret, magni amoris signum. Itaque me etiam admonuisti, ut gauderem. nam mihi in mentem non uenerat. Non credo, inquis. Vt libet: sed planè gaudeo: quoniam τὸ νεμεσᾶν interest τῦ φθονεῖν.*

a L. ita iam

b al. certè scio.

c L. etiam atq. etiam ualere iube Patronem, & tuos condiscipulos, Quæ de Tarentinis in mil.

d fort. certarat,

ANNOTATIONES.

1 Etiam, atque etiam ualere iube Patronem, & condiscip. tuos. Quæ de Tarentinis, &c.) Siquis locus in libris manuscrip. harum epistolar. corruptus est, hic est. Et cùm in eo diu, multumque olim sudassem, neque quidquam egissem: secutus sum partim Manutij coniecturam, Quæ de Parietinis, partim lectionem receptam, quod ad superiora attinet. Nunc autem, sententia mutata, in his quidem uerbis, Quæ de Tarentinis in milit. laboraui, scripturam antiquam tueor quam & multis uerbis P. Victorius cùm in emendationibus suis, tum in libris Variarum lect. retinendam esse censet. In illis uerò, Et iam, atque etiam uale de Patr. placet mihi Claudij Puteani probabilissima, &, nisi fallor, certa coniectura: qui uidit, id quod nec Petr. Victorium fugit, hæc uerba, Etiam, atque etiam uale, &c. ad illa superiora esse referenda, Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam esse gaudeo: eamque, quam numquam uidi, tamen & amo, & amabilem esse certò scio. Significat enim Cicero, Atticum, dum ui naturæ uictus delectatur filia, & liberos amat, facere contra decreta Epicuri, & re, factisque ab Epicuro desciscere: qui non putabat στοργὴν φυσικὴν esse erga liberos. Itaque iubet eum scholam Epicuream apertè iam, & sine dissimulatione relinquere. Iuuabit autem

eum

tum his ea conferre quæ posita sunt lib. 7. epistolarum 1. epistola, etiam à Petro Victorio relata. Ibi sic Cicero. Filiola tua te delectari lætor, & probari tibi, στοργὴν φυσικὴν esse, τοῦ πρὸς τὰ τέκνα. Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adiunctio: qua sublata, uitæ societas tolletur. Bene eueniat, inquit Carneades. Spurcè. sed tamen prudentiùs, quàm Lucius noster, & Patro: qui cùm omnia ad se referant, 5 quidquam alterius causa fieri putent, &c. Cùm sit igitur hæc Ciceronis sententia, sic legendum putat Claudius Puteanus, Etiam, atqúe etiam uale dic Patroni, & tuis condiscipulis, id est, Quoniam uides esse στοργὴν φυσικὴν, hoc est, affectum, & amorem naturalem erga liberos: dic uale Patroni, & tuis condiscipulis: id est, iube ualere Patronem, & tuos condiscipulos: relinque Patronem & tuos condiscipulos. Sic autem loquuntur & Græ-10 ci, & Latini: iubere, ualere, & dicere uale, ἐρ᾽ῥῶσθαι φράζειν, & χαίρειν λέγειν, cùm significare uolunt, aliquid relinqui, aut contemni. exempla sunt innumerabilia tum apud Græcos, tum apud Latinos. proferebat illud ex Demosthene περὶ παραπρεσβ. Claudius Put. ἐρρῶσθαι πολλὰ φράσας τῷ σοφῷ σοφοκλεῖ. Piget alia referre, & multa collegi in commentar. Horat. ad illum locum, valeat res ludicra, si me Palma negata macrum, &c. epist. ad August. Sic igitur Claudius Put. quem fatendum est, 15 ueram huius loci sententiam, mutata interpunctione, reperisse. Vnum est, quod in hac emendatione non sum secutus, quamuis eius rationem, & sententiam seruauerim, quòd pro, uale dic Patroni &c. scripsi, ualere iube Patronem &c. cuius mei facti hanc rationem affero. Libri ueteres nulli habent dic: sed hoc tantùm, Etiam, atque etiam uale Patrone, &c. uel ualde Patr. uel, ualde de Patr. præterea omnes habent, Patrone, non, Patroni. Propterea suspicatus sum, scriptum esse à Cicerone, Pa-20 tronem, non, Patroni. & eadem ratione, tuos condiscipulos, non, tuis condiscipulis cúm autem deprauatum esset, Patronem, & ex eo factum, Patroni: factum esse eadem opera, tuis condiscipulis, ex, tuos condiscipulos. Existimo autem æquè facilè, ex, ualde Patr. seu, ualde de Patr. fieri posse, ualere iube Patr atque vale dic Patr. Verumtamen, utro modo legas, quod ad huius loci sententiam attinet, parum interest.

25

Verba Græca, Latinis expressa.

τὸ νεμεσᾶν, interest.
τοῦ φθονεῖν, indignari interest ab inuidendo.

30

CICERO ATTICO S. 20

a L. Pindenissitæ al. Pendentissę
b L. Pindenissitæ?
c al. num potui Ciliciam, Aetoliã, aut Macedoniam reddere?
d v.c. quin etiam
e L.celebritatem:
f L.superioris quadriennij. Apameæ v. dies mor.
g L. Synnade al. Synnadæ
h L. F.egimus.
i v. c. Inde in castra
K L.a. d. VII. Kalend. Sept. a. d. III. exerc.
l L.a.d.III.
m al. deuortio

SAturnalibus manè[1] se mihi[a] Pindentissæ dediderunt, septimo, & quinquagesimo die, postquàm oppugnare eos cœpimus. Qui, malùm, isti[b] Pindentißæ? qui sunt? inquies: nomen audiui numquã. Quid ego faciam? [c] *non potui Ciliciam, Aetoliam, aut Macedoniam reddere. Hoc iam sic habeto, nec hoc exercitu hic tanta negotia geri potuisse. quæ cognosce* ἐν ἐπιτομῇ. *sic enim concedis mihi proximus litteris. Ephesum ut uenerim, nosti:* [d] *qui etiam mihi gratulatus es illius diei*[e] *celebritate, qua nihil me vmquam delectauit magis. Inde oppidis, his, quæ erant, mirabiliter accepti, Laodiceam prid. kalendas Sextil. uenimus, ibi morati biduum, perillustres fuimus, honorificisq. uerbis omneis iniurias reuellimus* [f] *superiores, quod dein Apameæ quinque dies morati,* [g] *Synnadis triduum, Philomeli quinque dies, Iconii* X. [h] *fecimus. nihil ea iurisdictione æquabilius, nihil lenius, nihil grauius.* [i] *Inde ad castra veni*[k] *ad* VII. *kalend. Septembr. ad* III. *exercitum lustraui apud Iconium. Ex his castris cùm graues de Parthis nuntii venirent, per rexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam, quę Ciliciam attingit, eo consilio, vt Armenius Artauasdes, & ipsi Parthi Cappadocia se excludi putarent. Cùm dies quinque ad Cybistra Cappadociæ castra habuißem, certior sum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longè abeße: Ciliciæ magis imminere. Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas. Tarsum veni*[l] *ad* III. *nonas Oct. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarũ*[m] *diuortio diuidit: qui mons erat hostium plenus sempiternorum.*

Hic

Hic[a] *ad* III. *Id. Octob. magnum numerum hostiū*[b] *cecidimus. Castella munitissima nocturno Pōtini aduentu, nostro matutino cepimus, incendimus. imperatores appellati sumus. Castra*[c] *paucos post dies ha-*
5 *buimus, ea ipsa, quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander, imperator, haud paullo melior, quàm aut tu, aut ego. Ibi dies quinque morati, direpto, & vastato Amano, inde discessimus. Interim*[d] *(scis enim quędā πανικὰ dici, item τὰ κενὰ τοῦ πολέ-*
10 *μου.) rumore aduentus nostri, & Cassio,*[e] *qui Antiochia tenebatur, animus accessit, et Parthis timor iniectus est. Itaq. eos cedenteis ab oppido Cassius insecutus, rem bene gessit: qua in fuga magna auctoritate Osaces dux Parthorum vulnus accepit, eoque interiit*
15 *paucis post diebus. Erat*[f] *in Syria nostrum nomen in gratia. Venit interim Bibulus. credo, voluit appellatione hac inani nobis esse par. In eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quęrere. At ille cohortem primam totam perdidit, centurionemq. primipili-*
20 *nobilem, sui generis, Asinium Dentonem, et reliquos cohortis eiusdē, et Sex. Lucilium, T. Gauii Cępionis, locupletis, & splendidi hominis. F. tribunum mil. Sanè plagā odiosam acceperat cùm re, tū tempore. Nos Pindenissum, quod oppidum munitissimum Eleuthe-*
25 *rocilicum*[g] *omnium memoria in armis fuit (feri homines, & acres, & omnibus rebus ad defendendū parati) cinximus vallo, & fossa, aggere maximo, vineis, turre altissima, magna tormentorum copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu, multis sauciis no-*
30 *stris, incolumi exercitu negotium confecimus. Hilara sanè Saturnalia. Militib. quoque, equis exceptis, reli-*

[a] L. a d. III
[b] L. occidimus.
[c] al. paucos dies hab.
[d] L. scis n. dici quędam πανικὰ dici item τὰ κ
[e] al. à quo Antiochia tenebatur,
[f] al. in Assyria
[g] L. omni memoria

quam prædam concessimus. Mancipia venibant Saturnalibus tertiis. Cùm hæc scribebam in tribunali, res erat ad HS. c x x. *Hinc exercitum in hiberna agri male pacati, deducendum Q. fratri dabam: ipse me Laodiceam recipiebam. Hæc adhuc: sed ad præterita reuertamur. Quòd me maximè hortaris, & quòd pluris est, quàm omnia, in quo laboras, ut etiam Ligurino* μώμῳ *satisfaciam: moriar, si quidquam fieri potest elegantius. Nec tamen ego hanc continentiam appello, quæ uirtus uoluptati resistere videtur. Ego in uita mea nulla umquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. nec me tam fama (quę summa est) quàm res ipsa delectat. Quid quæris? fuit tanti. me ipse non noram: nec satis sciebam,* [a] *quid in hoc genere facere possem. Rectè* [b] πεφυσίωμαι. *nihil est præclarius. Interim hæc* λαμπρά. *Ariobarzanes opera mea uiuit, regnat.* ἐν παρόδῳ, *consilio & auctoritate, & quòd insidiatoribus eius* ἀπρόσιτον *me,* [3] *non modò* ἀδωροδόκητον *præbui, regem, regnumque seruaui. Interea è Cappadocia* [c] *ne pilum quidem. Brutum abiectum, quantum potui, excitaui: quem non minùs amo, quàm tu, pænè dixi, quàm te. atque etiam spero, toto anno imperii nostri teruncium sumtus in prouincia nullum fore. Habes omnia. Nunc publicè litteras Romam mittere parabam. uberiores erunt, quàm si ex Amano misissem. At te Romæ non fore? Sed est totum, quid kalendis Mart. futurum sit. Vereor enim, ne, cùm de prouincia agetur, si Cęsar resistet, nos retineamur. His tu si adesses, nihil timerem. Redeo ad urbana: quæ ego diu ignorans, ex tuis iucundissimis* litteris

a fort. quod in hoc genere posse.
b al. πεφύσαμαι.
c L. ne pilum quidē, atq etiam spero toto anno imp. n. terunc. sumt. in pr. nullum fore. Brutum abiect. q. p. excitam: q. n. m. a. q. t. pæne d. quā te. Habes omn.

literis [a] ad v. kalend. Ian. denique cognoui. eas diligentissimè Philogenes libertus tuus curauit, perlonga, & non satis tuta uia perferendas. nam quas [b] Lemnii pueris scribis datas, non acceperam. Iucun-
5 dè de Cęsare, & quæ senatus decreuit, & quæ tu speras: quib. ille si cedit, salui sumus. Incendio Pletoriano quòd Leius adustus est, minùs molestè fero. Lucceius de Q. Cassio cur tam uehemens fuerit, & quid actum sit, aueo scire. Ego cùm Laodiceam uene-
10 ro, Quincto sororis tuę filio togam puram iubeor dare: cui moderabor diligentiùs. 4 Deiotarus, cuius auxiliis magnis usus sum, ad me, ut scripsit, cum Ciceronibus Laodiceam venturus erat. Tuas etiam Epiroticas exspecto litteras, ut habeam rationem
15 non modò negotii, verùm etiam otii tui. Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur: quem, ut puto, Romam, cum litteris publicis mittam, ut & diligentiùs perferantur, & idem ad me certa de te, & à te referat. Alexis quòd mihi toties salutē adscribit,
20 est gratum. Sed cur non suis litteris idem facit, quod meus ad te Alexis facit? Phemio quæritur κέρας. Sed hæc hactenus. Cura, ut valeas, & ut sciam, quando cogites Romam. Etiam atque etiam uale.

Tua, tuosque Thermo, præsens Ephesi diligentis-
25 simè commendaram, & nunc per litteras: ipsumque intellexi esse per studiosum tui. Tu velim, quod antea ad te scripsi, de domo [c] Pammenis des operam, ut, quod tuo, meoque beneficio puer habet, cures nequa ratione conuellatur. [d] utrique nostrum existimo, tum
30 mihi erit pergratum.

a L. a. d. v.

b L. Lenii

c L. Pammeni,

d L. utriq. nostrum honestum exist.

ANNOTATIONES.

1 ſe mihi Pindeniſſitæ dediderunt) ſic legendum, non, Pindentiſſæ. nam ut à Cherroneſo, Cherroneſites, & ſimilib. ſimilia: ſic à Pindeniſſo, Pindeniſſita quòd ſiquis huic urbi, Pindentiſſum nomen fuiſſe contendet, Pindentiſſitæ, legendum eadem ratione erit.

2 F. egimus) id eſt, forum egimus. ita autem legendum eſſe res ipſa loquitur. Atq. hæc eſt certiſſ. Corradi coniectura: vt & illa ſuperior, omneis iniurias reuellimus ſuperioris quadriennij.

3 non modò ἀδωροδόκητον &c.) hoc totum, dico, hæc Latina, non modò. & uocem Græcam, ἀδωροδόκητον, reperimus in noſtris manuſcr. quod eò ſcripſi, quòd negat ſe in ſuis repetiſſe Petr. Victorius.

4 Deiotarus, cuius auxil.) nomen, Deiotarus, planè & integrè ſcriptum eſt in cod. Turneſiano. quod Victorius, & Malaſpina in ſuis reperiri negant.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

ἐν ἐπιτομῇ, ſummatim.

πανικὰ, dici item.

τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, panicos terrores dici item res belli inanes.

μώμῳ, qui omnia carpit.

πεφυσίωμαι, inflammatus ſum.

λαμπρὰ, præclara.

ἐν παρόδῳ, in tranſcurſo obiter.

ἀπρόσιτον, in acceſſibilem.

ἀδωροδόκητον, integrum, & incorruptum.

CICERO ATTICO. S. 21

TE in Epirum ſaluum veniſſe, &, vt ſcribis, ex ſententia nauigaſſe, vehementer gaudeo: non eſſe Romæ meo tempore perneceſſario, ſubmoleſtè fero. Hoc me tamen conſolor, quòd non ſpero te iſtic iucundè hiemare, & libenter requieſcere. Caſſius frater Q. Caſſii, familiaris tui, [a] *pudentiores illas litteras miſerat (de quibus tu ex me requiris, quid ſibi voluerint) quàm eas, quas poſtea miſit: quibus per ſe ſcribit confectum eſſe Parthicum bellum. Receſſerant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli aduentum, ſed*

a al. prudē tiores

nulla

nullo nostro διαμερήματι: *hodie verò hiemant in Cyr-*
rhestica, maximumq. bellum impendet. Nam & Oro-
des, regis Parthorum filius, in prouincia nostra est:
nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta est Artauas-
5 *dis filia (ex quo sciri potest) quin cũ omnib. copiis ipse*
prima æstate Euphratem transiturus sit. Quo autem
die Cassii litteræ victrices in senatu recitatæ sunt, id
est, nonis Octobrib. eodem meæ tumultum nũtiantes.
Axius noster ait nostras auctoritatis plenas fuisse: il-
10 *las negat creditum. Bibuli nondum erant allatæ, quas*
certò scio plenas timoris fore. Ex iis reb. hoc vereor,
ne, cùm Pompeius propter metum rerum nouarum
nusquam dimittatur, Cæsari nullus honos à senatu ha-
beatur: dum his nodus [a] *expediatur, non putet sena-*
15 *tus, nos antè, quàm successum sit, oportere decede-*
re. nec in tanto motu rerum tantis prouinciis singu-
los legatos præesse. Hic, nequid mihi prorogetur,
quod ne intercessor quidem sustinere possit, horreo:
atque eo magis, quòd tu abes, qui consilio, gratia,
20 *studio, multis rebus occurreres. Sed dices, meipsum*
mihi sollicitudinem struere. Cogor: et velim ita sit. Sed
omnia metuo. etsi bellum [b] ἀκροτελεύταιον *habet illa*
tua epistola, quam dedisti nauseans Buthroto. TIBI,
VT VIDEO, ET SPERO, NVLLA AD DECEDEN-
25 DVM [c] MORA: *mallem,* VT VIDEO: *nihil opus*
fuit, VT SPERO. *Acceperam autem satis celeri-*
ter Iconii per publicanorum tabellarios, à Lentuli
triumpho datas. in his, γλυκύπικρον *illud confirmas,*
moram mihi nullam fore. Deinde addis, siquid secus,
30 [d] *te ad me fore venturum,* [e] *Pungunt me dubitationes*
tuæ: simul & vides, quas acceperim litteras. Nam,
quas

[a] fort. expeditur.

[b] L. ἀχρητελεύτητον

[c] v.c. ERIT MORA.

[d] L. te ad me fortasse esse venturum.

[e] al. Angunt

quas Hermoni[a] *centurionis Camulę ipse scribis te dedisse, non accepi. Lenii pueris te dedisse, sæpe ad me scripseras. eas Laodiceę denique, cùm eò uenissem* III. *Id. Febr. Lenius mihi reddidit, datas*[b] *ad.* X. *kal. Octobr. Lenio tuas commendationes & statim uerbis,*[c] *& re aliquo tempore probabo. Hæ litteræ cetera uetera habebant: unum hoc nouum de Cibyratis pantheris. Multum te amo, quòd respondisti M. Octauio, te non putare. sed posthac omnia,*[1] *quæ certa non erunt, pro certo negato. Nos enim & nostra sponte bene firmi, & mehercule auctoritate tua inflammati, vicimus omneis (hoc tu ita reperies) cùm abstinentia, tum iustitia, facilitate, clementia. Caue putes, quidquam homines magis umquam esse miratos, quàm, nullum teruncium, me obtinente prouinciam sumtus factum esse, nec in remp. nec in quemquam meorum, præterquàm in L. Tullium legatum. is,*[d] *ceteroqui abstinens (sed Iulia lege*[e] *transita, semel tamen in diem, non, ut alii solebant, omnibus uicis, præter eum semel, nemo accepit)*[f] *facit, ut mihi excipiendus sit, cùm teruncium nego sumtus factum: prẹter eum accepit nemo. Has à nostro Q. Titinio sordeis accepimus. Ego, æstiuis confectis, Q. fratrem hibernis, & Ciliciẹ præfeci. Q. Volusium, tui Tiberii generum, certum hominem,*[g] *sed mirificè abstinentem, nisi in Cyprum, vt ibi pauculos dies esset, ne ciues Rom. pauci, qui illic negotientur, ius sibi dictum negarent. nam euocari ex insula Cyprios non licet. Ipse in Asiam profectus sum Tarso nonis Ian. nō mehercule dici potest, qua admiratione Ciliciæ ciuitatum, maximeq. Tarsensium. Postea verò, quàm*

Taurum

a L. centurionis Camuleij scr. scribis te ded. al centurionis Camulæ lib. te ded.
b L. a.d.x. Kal.
c L. & reliquo tempore re probabo.
d q.v. c. ceteroquin
e L. transitans,
f L. hic facit, ut
g al. sed etiā mirifice aost.

Taurum transgressus sum, mirifica exspectatio Asiæ nostrarum diœcesium, quæ sex mensibus imperii mei nullas meas acceperat litteras, numquam hospitem viderat: illud autem tempus quotannis ante me fue-
5 rat in hoc quęstu. Ciuitates locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant: Cyprii talenta Attica CC. Qua ex insula (non ὑπερβολικῶς, sed verissimè loquor) nummus nullus, me obtinente, [a] erogabatur. Ob hæc beneficia, quibus illi
10 obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino: statuas, [b] ænea, τέθριππα prohibeo: nec sum in ulla alia re molestus ciuitatibus, sed fortasse tibi, qui hæc prędicem de me. perfer, si me amas. tu enim me hæc facere voluisti Iter igitur ita per Asiam
15 feci, vt etiam fames, [c] qua nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia, (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit. Quacumque iter feci, nulla vi, nullo iudicio, nulla contumelia, auctoritate, & cohortatione perfeci, vt & Græci, & ciues Rom. qui
20 frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicerentur. Idib. Febr. quo die has litteras dedi, forum institueram agere Laodiceę Cibyraticum, & Apamense ex Idib. Mart. ibidem Synnadense, Pamphylium: tum Phemio dispiciam κέρας Aonium,
25 Isauricum: ex Idib. Maiis, in Ciliciam, vt ibi Iunius consumatur. velim tranquillè à Parthis. Quinctilis, si erit, vt volumus, in itinere est per prouinciā redeuntibus consumendus. Venimus enim in prouinciam Laodiceam Sulpicio, & Marcello coss. prid. ka-
30 lendas Sextil. inde nos oportet decedere [d] ad IIII. kalendas Sextil. Primùm contendam à Q. fratre, vt

[a] L. erogatur. v. c. erogabitur.

[b] L. fana. τέθρ.

[c] L. qua nihil miserius, q.

[d] L. a. d. IIII. al. a. d. III.

vt se præfici patiatur: quod & illo, & me inuitiſſimo fiet. ſed aliter honeſtè fieri non poteſt: præſertim cùm virum optimum, [a] Pontinum, ne nunc quidem retinere poſſim. rapit enim hominem Poſtumius Romam: fortaſſe etiam Poſtumia. Habes conſilia noſtra. nunc cognoſce de Bruto. Familiareis habet Brutus tuus quoſdã creditores Salaminiorum. ex Cypro [b] M. Scaptiũ, & P. Matinium: quos mihi maiorem in modũ commendauit. Matinium nõ noui. Scaptius ad me in caſtra venit. pollicitus ſum curaturum me Bruti cauſa, vt ei Salaminii pecuniam ſoluerent. egit gratias. præfecturam petiuit. negaui me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi oſtenderam. Cn. Pompeio petenti probaram inſtitutum meum: quid dicam Torquato, [c] de M. Lenio tuo? multis aliis? ſi præfectus uellet eſſe ſyngraphæ cauſa, me curaturum, vt exigeret. gratias egit, diſceſſit. Appius noſter turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret, & eundẽ habuerat præfectum. vexabat Salaminios. Ego equites ex Cypro decedere iuſſi. moleſtè tulit Scaptius. Quid multa? vt ei fidem meam prꝑſtarem, cùm ad me Salaminii Tarſum veniſſent, et vnà Scaptius, imperaui, vt pecuniam ſoluerẽt. Multa de ſyngrapha, de Scaptii iniuriis, negaui me audire. Hortatus ſum: petiui etiam pro meis in ciuitatem beneficiis, vt negotium conficerent. [d] Denique dixi me coacturum. Homines non modò non recuſare, ſed etiã dicere, ſe à me ſoluere. quod enim prætori dare conſueſſent, quoniam ego non acceperam, ſe à me quodammodo dare, atque etiam minus eſſe aliquanto in Scaptii nomine, quàm in vectigali prætorio. Collaudaui homines. Rectè, inquit

a L. Pomtinum al. Põtinium,

b al. M'. Scaptium,

c L. in Lenio tuo? al. in Lænio t.

d al. Dixi denique

inquit Scaptius: sed subducamus summam. interim cùm ego in edicto [a] *translatitio, centesimas me obseruaturum, haberem,* [2] *cùm* [b] *anatocismi anniuersario, ille ex syngrapha postulabat* [c] III. *Quid ais, inquam?*
5 *possumne contra meum edictum? At ille profert. S. C. Lentulo, Philippoque* COSS. *ut, qui Ciliciam obtineret, ius ex illa syngrapha diceret. Cohorrui primò.* [d] *etenim erat interitus ciuitatis. Reperio duo S. C. iisdem* COSS. *de eadem syngrapha. Salaminii, cùm*
10 *Romæ versuram facere vellent, non poterant, quòd lex Gabinia vetabat. Tum ii, Bruti familiares, freti gratia Bruti,* [e] *dare volebant, si sibi S. C. caueretur. Fit gratia Bruti* S. C. VT NE VE SALAMINIIS, NE VE QVI EIS DEDISSET, FRAVDI
15 ESSET. *Pecuniam numerarunt: & postea venit in mentem fæneratoribus, nihil se iuuare illud* S. C. *quòd ex syngrapha ius dici lex Gabinia vetaret. Tum fit* S. C. [3] [f]. *vt & ea syngrapha esset, quàm ceteræ, sed vt eodem. Cùm hæc disseruissem, seducit*
20 *me Scaptius. ait se nihil contrà dicere, sed illos putare talenta* CC. *se debere: ea se velle accipere: debere autem illos paullo minus:* [g] *rogat, eos ad* CC. *perducam. Optimè, inquam. voco illos ad me, remoto Scaptio, Quid vos? quantum, inquam, debetis? Re-*
25 *spondent,* CVI. *Refero ad Scaptium. homo clamare.* [h] *Quid opus est, inquam? rationes conferatis. Assidunt:* [i] *subducunt: ad nummum conuenit. Illi se numerare uelle. vrgere, ut acciperet. Scaptius me rursus seducit: rogat, ut rem sic relinquam. Dedi ueniam*
30 *homini, impudenter petenti. Græcis querentibus:* [k] *vt in fano deponerent, postulantibus, non concessi.*

a L. tralatitio,
b L. anatocismo
c q.v.c.quaternas.
d al. & erat enim int.
e al. dare volebant IIII. si sibi
f L. ut ea syngrapha esset eodem iure, quo ceteræ. Non meliore, quàm ceteræ, sed vt eod.
g L. rogat, ut eos ad
h L. Quid opus est? inquam. nihil potius, quàm ut rationes conferatis.
i L. subducunt ad nummum, conuenit.
K al. & ut in f.

cessi. Clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset: alii, nihil stultius. Mihi autem impudens magis, quàm stultus videbatur. Nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat. Habes meam causam: quę si Bruto non probatur, nescio cur illum amemus. sed auunculo eius certè probabitur, præsertim cùm S. C. modò factum sit, puto, postquàm tu es profectus, in creditorum causa, vt centesimæ perpetuo fænore ducerentur. Hoc quid intersit, si tuos digitos noui, certè habes subductum. in quo quidem ὁδοῦ πάρεργον, *Lucceius, M. F queritur apud me per litteras, summum esse periculum, ne culpa senatus, his decretis, res ad tabulas nouas perueniat. commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, cùm dieculam* [a] *dixerit. numquam resp. plus. sed ad rem redeo. Meditare aduersus Brutum causam meam, si hæc causa est, contra quam nihil honestè dici potest, præsertim cum integram rem, & causam reliquerim. Reliqua sunt domestica. De* ἐνδομύχῳ, *probo idem, quod tu,* [b] *Postumię filio, quoniam Pontidia nugatur. sed vellem adesses. A Q. fratre his mēsibus nihil exspectaris. nam Taurus propter niueis ante mensem Iunium transiri non potest. Thermum, vt rogas, creberrimus litteris fulcio. P. Valerium negat habere quidquam Deiotarus rex, eumq. ait à se sustentari. Cum scies, Romę intercalatum sit, necne, velim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint. Litteras tuas minus paullo exspecto, quàm si Romæ esses: sed tamen exspecto. Vale.*

[a] L. duxerit.

[b] v. e. & uulg. Postumiæ filiæ,

ANNO-

1 quæ certa non erunt) codex Turnesian. habet, quæ recta non erunt, &c. quod puto mendosum.

2 cum anatocismo anniuersario) lego, cum anatocysmo anniuersario, quod & Corradus probat. Nam libri omnes uulgati habent, anatocismi. manuscr. partim, anatocis, partim, antiocis, mendosè

3 ut ea syngrapha esset eodem iure, quo ceteræ. Non meliore, &c.) scriptor librarius in vocum similitudine lapsus, dum, ceteræ, posterius accipit pro priore, voces aliquot prætermisit: deinde nonnullæ item aliæ perierunt Ita totus hic locus fœdè corruptus fuit: quem ego partim codicum Memmianorum auctoritate fretus, partim Sebastiani Corradi coniecturam secutus emendaui. Iam hæc uerba, Non meliore, &c. uerba sunt Ciceronis, senatusconsultum interpretantis.

3 Quid opus est? inquam) malim sic legi, quid potiùs est, inquam, quàm ut rationes conferatis?

Verba Græca, Latinis expressa.

εὐημερήματι, prospero successu.
ἀκροτελεύτιον, clausulam.
γλυκύπιρον, dulce amarum.
ὑπερβολικῶς, supra ueritatem.
πέθριππα, quadrigas.
κέρας, cornu.
ἐδοῦ πάρεργον, obiter.
ἐνδομυχῷ, domestico.

M.T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

LIBER VI.

CICERO ATTICO S. I

ACCEPI *tuas litteras* [a] *ad quinctum milliare Laodiceæ, quas legi libentissimè, plenissimas amoris, humanitatis, officii, diligentiæ. Iis igitur* [b] *respondebo. sic enim postulas. nec* οἰκονομίαν *meã instituam: sed ordinem conseruabo tuum. Recentissimas à Cybistris te meas litteras habere ais,* [c] *ad x. kalendas Octobr. datas: & scire vis, tuas ego quas acceperim. Omneis ferè quas commemoras, preter eas, quas scribis Lentuli pueris, & Equotutico, & Brundisio datas. Quare non* οἴχεται *tua industria, quod vereris, sed præclarè ponitur: siquidem id egisti, ut ego delectarer. nam nulla re sum delectatus magis. Quòd mã* ἐλευθερίαν *in Appio tibi,* [d] *libertatẽ etiam in Bruto probo, uehementer gaudeo:* [e] *ac putaram paullo secus. Appius enim ad me ex itinere bis, terue* τὰ ὑπομεμψιμοίρους *litteras miserat, quòd quedam à se constituta rescinderem. Vt, si medicus, cùm ægrotus alii medico traditus sit, irasci velit ei medico, qui sibi successerit, si, quæ ipse in curando constituerit,* [f] *mutet ille: sic Appius, cùm* ἐξ ἀφαιρέσεως *prouinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit, detraxerit, mibi tradiderit enectam:* προσαγατρεφομένην *eam à me, non liben-*

a L. a. d. quinctum Terminalia Laod
b fort. respondebo χουσία χαλκείων. sic enim p.
c L. a. d.
d v. c. libera litatem
e nam putaram paullo secus. al. ac putaram secus.
f al immutet: ille

libenter [a] *videt, sed modò* [b] *succenset, modò gratias agit. Nihil enim à me fit cum vlla illius contumelia.* [c] *tantummodò dissimilitudo meę rationis offendit hominem. Quid enim potest esse tam dissimile, quàm, il-*
5 *lo imperante, exhaustam eße sumtibus, & iacturis prouinciam: nobis eam obtinentibus, nummum nullum esse erogatum, nec priuatim, nec publicè? Quid dicam de illius præfectis? comitibus? legatis? etiam de rapinis? de libidinibus? de contumeliis? Nunc autem*
10 *domus, mehercule, nulla tanto consilio, aut tanta disciplina gubernatur, aut tam modesta est, quàm nostra tota prouincia. Hanc nonnulli amici Appii ridiculè interpretantur: qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille male audiat: et rectè facere non meæ laudis,*
15 *sed illius contumeliæ causa. Sin Appius, vt Bruti litteræ, quas ad te misit, significabant, gratias nobis agit, non molestè fero: sed tamen eo ipso die, quo hæc ante lucem scribebam, cogitabam eius multa iniquè constituta, & acta tollere. Nunc venio ad Brutum,*
20 *quem ego omni studio, te auctore, sum complexus: quem etiam amare cœperam: sed dico? reuocaui me, ne te offenderem. noli enim putare me quidquam maluiße,* [d] *quàm, vt mandat is, facere, nec vlla de re plus laborasse. mandatorum autem mihi libellum*
25 *dedit: iisdemque de rebus tu mecum egeras. Omnia sum diligentissimè persecutus. Primum ab Ariobarzane sic contendi, vt talenta, quæ mihi pollicebatur, illi daret. Quoad mecum rex fuit, perbono loco res* [e] *erat, post à Pompeii procuratoribus sex-*
30 *centis premi* [f] *cœptus est. Pompeius autem cùm ob ceteras causas plus potest vnus, quàm ceteri om-*

[a] al. vidit,
[b] v.c. suscenset, & ita L.
[c] al. dissimilitudo tantummodò meæ rat.
[d] L. quàm eius mandatis satisfacere:
[e] al. fuit.
[f] al. cæptus; Pomp.

nes, tum quòd putatur ad bellum Parthicum esse uenturũ. ei tamen sic nunc soluitur, tricesimo quoque die talenta Attica XXXIII. *& hoc ex tributis. Nec id satis efficitur in vsuram menstruam. sed Cn. noster clementer id fert. sorte caret: vsura, nec ea solida,* 5 *contentus est.* [1] *Alii neque soluit quidquam, nec potest soluere. Nullum enim ærarium, nullum vectigal habet. Appii instituto tributa imperat. ea vix, in fænus Pompeii quod satis sit, efficiunt. Amici regis duo tresue, perdiuites sunt: sed ii suum tam diligenter* 10 *tenent, quàm ego, aut tu. Equidem non desino tamen per litteras rogare, suadere, accusare regem. Deiotarus etiam mihi narrauit, se ad eum legatos misisse de re Bruti: eos sibi responsum retulisse, illum non habere. & mehercule ego ita iudicio. nihil illo regno spo* 15 *liatus, nihil rege egentius. itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, vt pro Glabrione Scæuula, fenus, & impendium recusare. Ego tamen quas per te Bruto promiseram præfecturas,* [a] *M. Scaptio, & L. Gauio, qui in regno rem Bruti procurabant, detuli. nec* 20 *enim in prouincia mea negotiabantur. Tu autem meministi nos sic agere, vt, quot vellet, præfecturas sumeret, dum ne negotiatori.* [b] *duas ei præterea dederam: sed ii, quibus petierat, de prouincia decesserant. Nunc cognosce de Salaminiis: quod video tibi etiam* 25 *nouum accidisse, tanquam mihi. Numquam enim ex illo audiui vllam pecuniam esse suam. Quinetiã libellum ipsius habeo, in quo est,* SALAMINII PECVNIAM DEBENT [c] M. SCAPTIO, ET P. MATINIO, FAMILIARIBVS MEIS. *eos mihi commendat. adscribit etiam, & quasi calcar admo-* 30 *uet,*

[a] L. M'. Scaptio,

[b] L. Itaque duas ei

[c] al. M'. SCAPT.

uet,[a] intercessisse à se pro iis magnam pecuniam. Confeceram, vt soluerent, centesimis sexennii ductis cum renouatione singulorum annorum. At Scaptius quaternas postulabant. Metui, si impetrasset, ne tu ipse
5 me amare desineres. nam ab edicto meo recessissem, & ciuitatem, in Catonis, & in ipsius Bruti fide locatam, meisque beneficiis ornatam, funditus perdidissem. Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse.
10 Quod nec mihi vmquam Brutus dixerat, nec tibi. Etiam, ut præfecturam Scaptio deferrem. Id verò per te exceperamus, [b] negotiatori: quod si cuiquam, huic tamen non. fuerat enim præfectus Appio, & quidem habuerat turmas equitum, quibus inclusum
15 in curia senatum Salamine obsederat, ut fame senatores quinque morerentur. Itaque ego, quo die tetigi prouinciam, cùm mihi Cyprii legati Ephesum obuiam uenissent, litteras misi, ut equites ex insula statim decederent. His de causis credo Scaptium iniquius de
20 me aliquid ad Brutum scripsisse. Sed tamen hoc sum animo: si Brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decernere, qui in tota prouincia singulas obseruarem, itaque edixissem, idque etiam acerbissimis fæneratoribus probaretur: si præfecturam ne-
25 gotiatori denegatam queretur, quod ego Torquato nostro in tuo [c] Lenio, Pompeio ipsi in Sex. Statio negaui, & iis probaui si equites deductos molestè feret: accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci, sed multo maiorem, non esse eum talem, qualem putassem.
30 illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatē

O 2 fuisse.

a L. intercessisse se pro his magn. p.

b L. ne negotiatori:

c al. Lænio,

fuisse. Addo etiam illud, quod vereor tibi ipsi vt probem. consistere vsura debuit, quæ erat in edicto meo. deponere volebant. Impetraui ab Salaminiis, vt silerent. Veniam illi quidem mihi dederunt: sed quid iis fiet, si huc Paullus venerit? Sed totum hoc Bruto dedi: qui de me ad te humanissimas litteras scripsit. Ad me autem, etiam cùm rogat aliquid, contumaciter, arroganter ἀκοινωνήτως solet scribere. Tu autem velim ad eum scribas de his rebus, vt sciam, quomodo hæc accipiat. facies enim me certiorem. Atque [a] *hoc superioribus litteris ad te diligenter perscripseram. sed planè te intelligere volui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam litteris scripsisses: si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius* [b] *beneuolentiam deportaßem, mihi id satis esse.* [c] *Sit sanè, quoniam ita tu vis, sed tamen cum eo, credo, quod sine peccato meo fiat.* 3 *Igitur meo decreto* [d] *soluatur ęs Scaptio. statim, quàm id rectum sit, tu iudicabis. ne ad Catonem quidem prouocabo. Sed noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abiecisse, quę mihi in viscerib. hęrent. Flens mihi meam famam commendasti. quæ epistola tua est, in qua mentionem non facias? Itaque irascatur qui volet. patiar. τὸ γὰρ δ' μετ' ἐμοῦ: præsertim cum sex libris, tanquam prædibus,* [e] *me ipse obstrinxerim: quos tibi tam valde probari gaudeo: è quibus vnum ἱστορικὸν requiris de Gn. Flauio, Cn. F. ille verò ante decemuiros non fuit, quippe qui ædilis curulis fuerit. qui magistratus multis annis post decẽuiros institutus est. Quid ergo profecit, quòd protulit fastos? Occultatum putant quodam tempore istam tabellam, vt dies agendi peterentur à paucis. Nec verò*

a L. hæc

b v.c. beniuolentiam

c al. Sit ita sanè,

d L. soluta re Scaptio, statim, quàm id decretum rectum sit, tu iudic. q. v.c. Igitur decreto meo soluta rẹs Scaptio,

e al. me ipsum obstr.

pauci sunt auctores, Cn. Flauium, scribam, fastos protulisse, actionesque composuisse: ne me hoc, vel potiùs Africanum (is enim loquitur) commentum putes. [a] *οὐκ ἔλαθες illud de gestu histrionis. tu sceleste suspicaris: ego ἀφελῶς scripsi. De me imperatore scribis, te ex Philotimi litteris* [b] *cognouisse: sed credo te, iam in Epiro cùm esses, binas meas de omnibus rebus accepisse, vnas à Pindenisso capto,* [c] *alteras à Laodicea: vtrasque tuis pueris datas. quibus de rebus, propter casum nauigandi, per binos tabellarios misi Romam litteras publicè. De Tullia mea tibi assentior: scripsique ad eam, & ad Terentiam, mihi placere. tu enim ad me iam ante scripseras,* AC VELLEM ET IN TVVM VETEREM GREGEM RETVLISSES. *Correcta uerò epistola Memmiana, nihil negotii fuit. multo enim malo hunc à Pontidia, quàm illum à Seruilia. Quare adiunges* [d] *Alfium nostrum, hominem semper* [e] *amantem me. nunc credo eò magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate creuisse: qui declarauit, quanti me faceret, cùm sæpe, tum in Bursa.* [f] *Næ tu me sollicitudine magna liberaris. Furnii exceptio mihi non placet.* [g] *nec ego vllum aliud tempus timeo, nisi quod ille solùm excipit. sed scriberem ad te de hoc plura, si Romæ esses. In Pompeio te spem omnem otii ponere non miror. ita res est, remouendumque censeo* [h] *illum dissimulantem. Sed enim οἰκονομία, si perturbatior est, tibi assignato. te enim sequor σχεδιάζοντα. Cicerones pueri amant inter se: discunt, exercentur. sed alter: vti* [i] *dixit Isocrates in Ephoro, & Theopompo, frenis*

(line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30)

[a] al. οὐκ ἔλαθές τι ill. L. οὐκ ἔλαθες. illud de gestu histrionis, tu scel.
[b] al. cognosce:
[c] L. alteras Laodiceæ:
[d] al. Offium nostr.
[e] L. amantem mei.
[f] v.c. Ne tu
[g] L. nec enim ego
[h] L. illud. DISSIMVLANTEM.
[i] L. Isocrates dixit

fuisse. Addo etiam illud, quod vereor tibi ipsi ut proæbem. consistere usura debuit, quæ erat in edicto meo. deponere volebant. Impetraui ab Salaminiis, ut silerent. Veniam illi quidem mihi dederunt: sed quid iis fiet, si huc Paullus venerit? Sed totum hoc Bruto dedi: qui de me ad te humanissimas litteras scripsit. Ad me autem, etiam cùm rogat aliquid, contumaciter, arroganter ἀκοινωνήτως solet scribere. Tu autem velim ad eum scribas de his rebus, ut sciam, quomodo hæc accipiat. facies enim me certiorem. Atque [a] *hoc superioribus litteris ad te diligenter perscripseram. sed planè te intelligere volui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam litteris scripsisses: si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius* [b] *beneuolentiam deportaßem, mihi id satis esse.* [c] *Sit sanè, quoniam ita tu vis, sed tamen cum eo, credo, quod sine peccato meo fiat.* [3] *Igitur meo decreto* [d] *soluatur ęs Scaptio. statim, quàm id rectum sit, tu iudicabis. ne ad Catonem quidem prouocabo. Sed noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abiecisse, quę mihi in viscerib. hęrent. Flens mihi meam famam commendasti. quæ epistola tua est, in qua mentionem non facias? Itaque irascatur qui volet. patiar. τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ: præsertim cum sex libris, tanquam prædibus,* [e] *me ipse obstrinxerim: quos tibi tam valde probari gaudeo: è quibus unum ἱστορικὸν requiris de Gn. Flauio, Cn. F. ille verò ante decemuiros non fuit, quippe qui ædilis curulis fuerit. qui magistratus multis annis post decẽuiros institutus est. Quid ergo profecit, quòd protulit fastos? Occultatum putant quodam tempore istam tabellam, ut dies agendi peterentur à paucis. Nec verò*

5 10 15 20 25 30

a L. hæc

b v.c. beniuolentiam

c al. Sit ita sanè,

d L. soluta re Scaptio, statim, q̃ id decretum rectum sit, tu iudic. q. v.c. Igitur decreto meo soluta rę s Scaptio,

e al. me ipsum obstr.

pauci sunt auctores, Cn. Flauium, scribam, fastos protulisse, actionesque composuisse: ne me hoc, vel potiùs Africanum (is enim loquitur) commentum putes. [a] ἐκ ἠλαθες illud de gestu histrionis. tu sceleste suspicaris: ego ἀφελῶς scripsi. De me imperatore scribis, te ex Philotimi litteris [b] cognouisse: sed credo te, iam in Epiro cùm esses, binas meas de omnibus rebus accepisse, vnas à Pindenisso capto, [c] alteras à Laodicea: vtrasque tuis pueris datas. quibus de rebus, propter casum nauigandi, per binos tabellarios misi Romam litteras publicè. De Tullia mea tibi assentior: scripsique ad eam, & ad Terentiam, mihi placere. tu enim ad me iam ante scripseras, AC VELLEM ET IN TVVM VETEREM GREGEM RETVLISSES. Correcta uerò epistola Memmiana, nihil negotii fuit. multo enim malo hunc à Pontidia, quàm illum à Seruilia. Quare adiunges [d] Alfium nostrum, hominem semper [e] amantem me. nunc credo eò magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate creuisse: qui declarauit, quanti me faceret, cùm sæpe, tum in Bursa. [f] Næ tu me sollicitudine magna liberaris. Furnii exceptio mihi non placet. [g] nec ego vllum aliud tempus timeo, nisi quod ille solùm excipit. sed scriberem ad te de hoc plura, si Romæ esses. In Pompeio te spem omnem otii ponere non miror. ita res est, remouendumque censeo [h] illum dissimulantem. Sed enim οἰκονομία, si perturbatior est, tibi assignato. te enim sequor σχεδιάζοντα. Cicerones pueri amant inter se: discunt, exercentur. sed alter: vti [i] dixit Isocrates in Ephoro, & Theopompo, frenis eget,

[a] al. ἐνκ ἠλαθες ill. L. ἐνκ ἠλαθες. illud de gestu histrionis, tu scel.
[b] al. cognosse:
[c] L. alteras Laodiceas:
[d] al. Offium nostr.
[e] L. amantem mei.
[f] v. c. Ne tu
[g] L. nec enim ego
[h] L. illud. DISSIMVLANTEM.
[i] L. Isocrates dixit

eget, alter calcaribus. Quinctio togam puram Liberalibus cogitabam dare: mandauit enim pater. ea sic obseruabo, quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in amorib. est. pueri autem aiunt furenter irasci. sed homo nec doctior, nec sanctior fieri potest: nec 5
tui, meique amantior. [a] *Thermum, Siluium uerè audis laudari: ualde se honestè gerunt. Adde M. Nonium,* [b] *Vibullum: me, si uoles. Iam Scropha, uellem, haberet, vbi posset. est enim lautum negotium. Ceteri infirmant* πολίτευμα *Catonis. Hortensio quòd* 10
causam meam commendas, ualde gratum. De Amiano, spei nihil putat esse Dionysius. Terentii nullum uestigium agnoui. Meragenes certè periit. feci iter per eius possessionem: in qua animal reliquum nullum est. Hæc non noram tum, cùm Democrito auo cùm locu- 15
tus sum, 4 [c] *Rhosii causam mandaui. Sed heus tu, quid cogitas infelicitatis?* [d] *Lancibus, & splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere. quid te in uasis fictilib. appositurum putem?* κέρας *Phemio mādatum est. reperietur, modò aliquid illo dignum canat.* 20
Parthicum bellum impendet. Cassius ineptas litteras misit, necdum Bibuli erant allatæ: quibus recitatis, puto fore, vt aliquando commoueatur senatus. [e] *Equidem sum in magna animi perturbatione. si, vt opto, non prorogatùr nostrum negotium: habeo Iuniū,* 25
& Quinctilem in metu. Esto, [f] *duos quidem menses sustinebit Bibulus. Quid illo fiet, quem reliquero, præsertim si fratrem? quid me autem, si non tam citò decedo? Magna turba est. mihi tamen cum Deiotaro conuenit, ut ille in meis castris esset cum suis copiis* 30
omnibus. habet autem cohortcis quadringenarias, nostra

a al. Thermum, & Siluium
b L. Bibulum
c L. Rhosiaca uasa mand. al. Rhosica v.
d al. Lancibus splendidissimis canistris, olusc.
e al. Equidem sum magna animi pert.
f v.c. duo q.

ſtra armatura XXX. eq. CIↃ. CIↃ. *Erit ad ſuſtentandum, quoad Pompeius veniat: qui litteris, quas ad me mittit, ſignificat, ſuum negotium illud fore. Hiemant in noſtra prouincia Parthi. exſpectatur ipſe Orodes. Quid quæris? aliquantum eſt negotii. De Bibuli edicto*[a] *nibil noui, preter illam exceptionem, de qua tu ad me ſcripſeras*, NIMIS GRAVI PRAEIVDICIO IN ORDINEM NOSTRVM. *Ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν. ſed tectiorē, ex Qu. Mucii, P. F. edicto Aſiatico*, EXTRA QVAM SI ITA NEGOTIVM GESTVM EST, VT EO STARI NON OPORTEAT, EX FIDE BONA: *multaque ſum ſecutus*[b] *Scæuolæ: in iis illud, in quo ſibi libertatem cenſent Græci datam, vt Greci inter ſe diſceptent ſuis legibus. Breue autem edictum eſt propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putaui: quorum vnum eſt prouinciale, in quo eſt de rationibus ciuitatum, de ære alieno, de uſura, de ſyngraphis: in eodem omnia de publicanis: alterum, quod ſine edicto ſatis commodè tranſigi non poteſt, de hereditatum poſſeſſionibus*, [c]*de bonis poſſidendis, magiſtris faciundis, vendendis: quæ ex edicto & poſtulari, & fieri ſolent. tertium, de reliquo iure dicundo*, [d]*ἄγραφον reliqui. Dixi, me de eo genere mea decreta ad edicta vrbana accommodaturum. itaq. curo, & ſatisfacio adhuc omnibus. Greci verò exultant, quòd peregrinis iudicib. vtuntur. Nugatoribus quidem, inquies. Quid refert? tamen* [e] *ſe αὐτονομίαν adeptos putant. Veſtri enim, credo*, [f] *graueis habēt Turpionem ſutorium, & Vettium mancipem. De publicanis quid agam, videris quærere. Habeo in de-*

a L. nihil noui,

b L. Scæuolę;

c al. de bonis poſſid. vendendis, magiſtris faciendis: quæ & ita L.

d L. ἄγραπτον

e al. αὐτονομίαν ſe ad.

f v.c. grauis

liciis, obsequor, verbis laudo, orno: efficio, ne cui molesti sint. τὸ παραδοξότατον, *vsuras eorum, quas pactionibus adscripserat, seruauit etiam Seruilius. Ego sic. diem statuo satis laxam: quam ante si soluerint: dico me centesimas ducturum. si non soluerint: ex pactione. itaque & Graeci soluunt tolerabili fænore, & publicanis res est gratissima:* [6] [a]*si illam iam habent: pleno modio, verborum honorem, inuitationem crebram. quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, vt se quisque maximè putet. Sed tamen* μηδὲν αὐ τοῖς. *scis reliqua. De statua Africani,* ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων. *sed me* [b] *ipsum delectauit in tuis litteris. Ain' tu? Scipionem hic Metellus proauum suum nescit* [c] *censorem fuisse? At qui nihil habuit aliud inscriptum,* [d]*nisi, Censor, ea statua, quae ad Opis* [e]*apertè posita in excelso est.* [f]*in illa autem, quae est ad* πολυδεύκοις, *inscriptum est, COS. quam esse eiusdem, status, amictus, anulus, imago ipsa declarat.* [g] *At hercule ego cùm in turma inauratarũ equestriũ, quas hic Metellus in Capitolio posuit, animaduertissem in Serapionis subscriptione, Africani imaginem, erratum fabrile putaui. Nunc video Metelli.* ὢ ἀνιστορησίαν *turpem. nam illud de Flauio, & fastis, si secus est, commune erratum est: & tu bellè* ἠπόρησας, *& nos publicam propè opinionẽ secuti sumus, vt multa apud Graecos. Quis enim nõ dixit,* Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρ' χαίας, *ab Alcibiade nauigante in Siciliam, deiectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes. affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quòd cum multis errauit, irridetur? Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non*

Margin notes:
a L. Sic illa iam habent, pleno modio: uerba. h.
b L. idipsum
c L. censorem non f.
d L. nisi, CONSVL,
e v. c. parte
p. L. per te &
ita v. c.
f L. in illa item, q.
g v. c. At mercule.

Line numbers: 5, 10, 15, 20, 25, 30

se non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id à Timæo, tuo familiari, reprehensum est? Sed nescire, proauum suum censorem non fuisse, turpe est; præsertim cùm post eum COS. *nemo Cornelius, illo viuo,*
5 *censor fuerit: Quod de Philotimo, & de solutione* H-S. *XX* [a] *DC. scribis, Philotimum circiter Kalendas Ian. in Chersonesum audio venisse: ac mihi ab eo nihil adhuc. Reliqua mea Camillus scribit se accepisse. ea quæ sint, nescio: & aueo scire.* [b] *Sed hæc posterius, & coràm fortasse commodiùs. Illud me, mi*
10 *Attice, in extrema ferè parte epistolæ commouit. Scribis enim sic, τί λοιπόν; Deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar vigilare, & vt animaduertã, quæ fiant. Numquid de quo inaudisti? etsi nihil eiusmodi*
15 *est. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Nec enim me fefellisset, nec fallet. Sed ista admonitio tua tam accurata, nescio quid mihi significare uisa est. De M. Octauio,* [c] *iterum tibi rescribo, te illi probè respondisse. paullo veilem fidentiùs. nam Cœlius libertum ad me misit, & litteras*
20 *accuratè scriptas, & de pantheris,* [d] *sed à Cibyratibus. Rescripsi, alterum me molestè ferre, si ego in tenebris laterem, nec audiretur Romæ, nullum in mea prouincia nummum, nisi in æs alienum, erogari: docuique, nec mihi conciliare pecuniam licere, nec illi ca*
25 *pere: monuique eum, quem planè diligo, ut, cùm alios accusasset, cautiùs viueret. Illud autem alterum, alienum esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo publicè uenari.* 7 *Lepta tua epistola gaudio exsultat. etenim scripta bellè est, meque apud eum magna*
30 *in gratia posuit. Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, ut mihi salutem adscribe-*

[a] L. IↃC.
[b] al. Verùm hæc posterius.
[c] L. iterum iam tibi rescr.
[d] L. & de ciuitatibus al. & de Cibyratis.

*res:gratum etiam Pilia : ſed illa officioſius, quòd mi-
bi,[a] quem iampridem numquam videt. Igitur tu quo-
que ſalutem vtrique adſcribito. [b] Litteras daturus
prid.kalendas Ian.ſuauem habui recordationem cla-
riſſimi iuſiurandi, quod ego non eram oblitus. Ma-
gnus enim prætextatus illo die fui. Habes ad omnia,
non,vt poſtulaſti, χρύσεα χαλκείων, ſed paria parib.
[c] reſpondemus. Ecce autem alia puſilla epiſtola, quam
non relinquam ἀναντιφώνητον. Bene [d] mehercule po-
tuit Lucceius Tuſculanum : niſi fortè. ſolet enim cum
ſuo tibicine: & uelim ſcire, quis ſit ſtatus eius. Lentu-
lum quidem noſtrum[e] præter Tuſculanum proſcripſiſ
ſe audio. cupio hos expeditos videre, cupio etiam Sex-
tium. [f] addes etiam iis Cœlium: [g] quibus omnib. eſt,
αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ᾽ ὑποδέχθαι. De Mē
mio reſtituendo, vt curio cogitet, te audiße puto. De
Egnatii Sidicini nomine, nec nulla, nec magna ſpe ſu-
mus. Pinarium, quem mihi commendas, diligentiſſi-
mè Deiotarus curat, grauiter ęgrum. Reſpondi etiam
minori. Tu velim, dum ero Laodiceæ, id eſt, ad idus
Maii, quàm ſæpiſſime mecum per litteras colloqua-
re, &, cùm Athenas ueneris (iam enim ſciemus de
rebus urbanis, de prouinciis, quę omnia in menſem
Martium ſunt collocata) utique ad me tabellarios mit
tas. [8] Sed heus tu, [h] Genuarios, à Cæſare [i] per Oro-
dem talenta Attica L. extorſiſtis. in quo, ut audio, ma-
gnum odium Pompeii ſuſcepiſtis. putat enim ſuos nū-
mos uos comediße, [9] Cæſarem [k] in merito reædifican
do diligentiorem fore. Hoc ego ex P. Vedio, m gno
nebulone, ſed Pompeii tamē familiari, audiui. Hic Ve
dius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis, & rhe-
da*

a fort. quam quidem nunquam uidit.
b L. Litterarum datarum dies prid. Kalen. Ian. ſuauem habuit rec.
c L. reſpondimus.
d v. c. mercule
e al. omnia, Præter Tuſcul. al. prætorem, Tuſcul.
f q. v. c. adde, ſi uis, Cœlium:
g L. in quibus
h L. Genuæuos à Cæſ.
i L. per Erotem al. per Herodem
K L. in Nemorenſi ædificando indiligentiorem f.

da equis iuncta, & lectica, & familia magna: pro qua si Curio legem pertulerit, HS. centena pendat necesse est. Erat præterea cynocephalus in essedo: nec deerant onagri. numquam vidi hominem nequiorem: 5 sed extremum audi. [a] *Diuersatus est Laodiceæ apud Pompeium Vindullum. ibi sua deposuit, cùm ad me profectus est. Moritur interim Vindullus. quæ res ad Magnum Pompeium pertinere putabatur. C. Vennonius domum Vindulli venit. cùm omnia obsignaret, 10 in Vedianas res incidit. In his inuentę sunt* [10] [b] *quinque lagunculę matronarũ, in quibus vna sororis amici tui, hominis* [c] *Bruti,* [11] *qui hoc vtatur: & illius* [d] *Lepidi, qui hęc tam negligenter ferat. Hęc te volui παριστορῆσαι. sumus enim ambo bellè curiosi. Vnum etiam 15 uelim cogites. Audio Appium* [e] *προπύλαιον Eleusine facere. num inepti fuerimus, si nos quoque Academiæ fecerimus? Puto, inquies. ergo id ipsum scribes ad me. Equidem valde* [f] *Athenas ipsas amo. Volo esse aliquod monumentum. odi falsas inscriptiones 20 statuarum alienarum. sed vt tibi placebit. faciesque me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem: &, quomodo hiemaris. Cura, vt valeas. Post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimoquinto.*

a L. Deuersatus est
b q. v. c. iãgunculæ al. v. c. languneulæ
c L. Bruti,
d L. Lepidi,
e L. πρόπυλον
f al. ipsas Athena

25 ANNOTATIONES.

1 a.d. quinctum Terminalia &c) sic habet sine ulla uarietate codex Turnesianus.

2 alij nec soluit quidquam) libri ueteres habent, nec soluit cuiquam, &c.

3 Igitur meo decreto soluta re Scaptio, statim, quàm id decretum rectum sit, &c.) secutus sum olim partim P. Manutij conie-30 cturam, partim ueteris scripturæ uestigia, partim Parisiensium, & Lugdunensium quorundam exemplorum editionem: quæ est

talis; Igitur meo decreto ſoluatur æs Scaptio ſtatim. id quàm rectum ſit, tu iudicabis. hoc intereſt inter hanc, & Manutij editionem, quòd ille ſic legendum putat, Igitur meo decreto ſoluatur Scaptio ſtatim. quàm directum ſit, tu iudicabis: nos ſic; ſoluta re, &c. quod propiùs abeſt ab antiqua ſcriptura, Soluta res Scapt. quę reperitur in libro Pantagathi, & codice Turneſ. ſoluatur æs, aut, quod eſt in uulg. ſicui fortè probabitur, nempe, alienum. ſi cui tamen magis placebit, ſoluatur Scaptio, non pugnabo, & non longè aberit ab antiqua ſcriptura, ſoluta res, ſeu, ſoluta re Scaptio. Illud autem reliquum Manutianum, quàm directum ſit, non placet, neque ſimile eſt loco illi ex Agraria. Ego ex ueſtigijs antiquæ ſcripturæ, quæ reperitur in codice Turneſ. ſic hunc locum reſtituendum cenſeo. Igitur meo decreto ſoluta re Scaptio, ſtatim, quàm id decretum rectum ſit, tu iudicabis. Nam vox, decretum, integra in eo apparet. uox, rectum, verò, omiſſa eſt ſcilicet à librario errante propter ſimilitudinem ſyllabarum duarum uocis ſuperioris. Hoc loco autem ſic emendato, ſententia eſt aperta, neq. eget declaratione. Quod autem ſequitur, οὐκ ἔλαθες, ſic ſcriptum eſt in omnibus libris & manuſcript. & uulg. nihilque puto mutandum, quamuis olim Malaſpinam ſecutus, ediderim, οὐκ ἔθαλλες. Puto enim eſſe principium uerſus, qui cum aliquot alijs adſcribitur Aſpaſiæ Socratis magiſtrę, apud Athen. lib. v. locum indicabo. Σώκρατες, οὐκ ἔλαθες δαχθείς με πόθῳ, δαχθεὶς φρένα τὴν σὴν παιδὸς Δεινομάχης, καὶ κλεινοῖν, ἀλλ' ὑπάκουσον. &c. Itaque ſic legendum, & interpungendum arbitror οὐκ ἔλαθες. Illud de geſtu hiſtrionis tu ſceleſtè interpretaris: ego ἀφελῶς ſcripſi.

4 Rhoſiaca uaſa mandaui.) ſic legendum, ut habet codex Turneſianus, Rhoſiaca uaſa mandaui, ſeu, Rhoſiaca: non, ut uulgò, Rhoſij cauſam. Erant autem hæc uaſa fictilia, à Rhoſijs montib. dicta. Suprà autem, noſtri omnes libri ueteres, in his Turneſianus, habent, pueri autem aiunt eum furenter iraſci, út & uulgati: & ita legendum. neque audio P. Victorium, uolentem legi, aiunt ſe furenter iraſci. planè ineptè: etiam ſi codex uetus, quem conſuluit, ita habeat.

5 De Bibuli edicto nihil moui) ſic reperi adſcriptum ad oram unius codicis Memmiani: & ita ſine dubio legendum eſt. Iam quæ paullo pòſt ſequuntur, nimis graui præiudicio, &c. uerba ſunt ex epiſt. Att. qui erat eques, eoque ordine contentus fuerat.

6 Sic illa iam habent, pleno modio, uerb. hon.) ſic mihi uideor hunc locum parua immutatione facta in integrum reſtituiſſe: nempe ex, ſi, feci, ſic: cetera, quæ à uulgatis diſcrepant, ſunt à manuſcri. ſententia autem planiſſima eſt. Ita ſit (inquit) ut publicaui, habeant hæc cumulatè, uerborum honorem, &c idem ſcilicet hic dicit, quod ſuprà. uerbis laudo, &c

7 Lepta tua epiſtola) liber unus manuſcri. habet, lecta tua epi-

ſtola, Dionyſius gaudio exſultat.

8 Sed heus tu, Genuæ uos à Cæſare &c.) exempla Aldina habent, Ianuarios. ille idem lib. manuſcrip. quem modo laudauimus, Iam ne vos, &c. & pro, Herodem, Erotem Libri vulgati, Genuarios. Ego approbata Turnebi coniectura, quam expoſuit lib. XXIIII. Aduerſ. lego, Genuæ uos à Cæſ.

5 9 Cæſarem in Nemorenſi ædificando) ſic etiam hunc locum, Turnebi coniecturam ſecutus, edendum curaui. Noſtri codices habent partim, in menore, partim, in mentores.

10 quinque plangunculæ matronarum) Non longum faciam, ſic eſt legendum, non, vt vulgò, lagunculæ. neque imagunculæ. Sunt autem πλαγγόνες apud Atticos, puppæ cereæ, ludibria puellarum paruularum. Theocr. interpres ad illud Theocriti. εἰδ. β. Ἀλλ' ἐπάγυν δαγῦδι καλὸν χρόα παντόθεν ἶσα, notat,

10 ἀντὶ τοῦ ἄφωνος γέγονα ὁμοίως δαγῦδι. &c δαγῦς δὲ ἐστὶ κοροκόσμιόν τι. καλοῦσι δὲ αὐτὸ καὶ νύμφην. οἱ δὲ πλαγγόνα, ὡς ἀττικοὶ ἀπὸ πεπλᾶσθαι ἐκ κηροῦ, Suidas in voce πλαγγόνων, profert hæc ex incerto auctore, τὰ μειράκια τρυπτόμενα παρὰ ταῖς τίτθαις στωμύλλεσθαι, καὶ λέγειν περὶ κρόκης, καὶ στημόνων, καὶ πλαγγόνων ἐάσωμεν, id eſt, adoleſcentulas apud ſuas nutrices garrire, & blatire de ſubtegmine, & ſtamine, & plangunculis, ſeu, puppis ſinamus. Sed, nequid diſſimulem, huius loci reſti-

15 tutio Simeoni Boſio debetur.

11 qui hoc vtatur:) Boſius vult legi, qui hoc vratur.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

20 οἰκονομίαν, ordinem.
οἴχεται, euaneſcit.
βαθύτητα, grauitatem.
ἀπομεμψιμοίρους, ſubquerulas.
ἐξ ἀφαιρέσεως, per extractionem.
προσαναπρεφομένην, recreatam.
ἀκοινωνήτως, incommunicabiliter.
25 τὸ γὰρ εὖ, μετ' ἐμοῦ, quod enim bene eſt, mecum eſt.
οὐκ ἔλαθες, non me fefelliſti.
ἀφελῶς, ſimpliciter.
οἰκονομία, diſpoſitio, ordo.
σχεδιάζοντα, quod ſubitò in mentem venit.
πολίτευμα, adminiſtrationem publicam.
30 ἰσοδυναμοῦσαν, quę idem valeat ęquiualentem.
διαίρεσιν, diuiſionem.

ἄγραπτον, non ſcriptum.
αὐτονομίαν, facultatem ſuis vtendis legibus.
τὸ παραδοξότατον, inopinatiſſimum.
μηδὲν αὐτοῖς, nihil ipſis.
ὦ πραγμάτων ἀσυγκλώστων, ò res, quæ contexi non poſſunt. 5
πολυδεύκους, Pollucis ædem.
ὦ ἀνιστορησίαν, ò inſcientiam hiſtoriarum.
ἠπόρησας, dubitaſti.
Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, Eupolim illum veteris comæ die poetam.
τί λοιπὸν, quid reliquum. 10
πολλοῦ γε καὶ δεῖ, multum quidem abeſt.
χρύσεια χαλκείων, aurea pro aheneis.
ἀναντιφώνητον, ſine reſponſione.
αἰδέσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ᾽ ὑποδέχθαι, veriti ſunt quidem recuſare, timuerunt autem accipere.
παριστορῆσαι, præter argumentum ſcire. 15
προπύλαιον, veſtibulum.

CICERO ATTICO S. 2

CVm Philogenes, libertus tuus, Laodiceam ad me, ſalutandi cauſa, veniſſet, & ſe ſtatim ad te nauigaturum eſſe diceret, has ei litteras dedi, quibus ad eas reſcripſi, quas acceperam à Bruti tabellario. Et reſpondebo primum poſtremæ tuæ paginæ, quę mihi magnæ moleſtiæ fuit, quod ad te ſcriptum eſt ab Cincio de Statii ſermone. in quo hoc moleſtiſſimum eſt, Statium dicere, à me quoque id conſilium probari. probari autem? [a] *De iſto hactenus. dixerim, me vel plurima* [b] *vincula tecum ſummæ coniunctionis optare,* [c] *& ſi ſunt amoris* [d] *arctiſſima. tantum abeſt, vt ego ex eo, quo adſtricti ſumus, laxari aliquid velim. Illum autem multa de iſtis rebus aſperius ſolere loqui, ſæpe ſum expertus: ſæpe etiam leni-*

a fort. Sed de iſto h.
b L. vincla
c al. & ſunt amoris arct.
d v. c. artiſſima.

ui iratum. Id scire te arbitror. In hac autem peregrinatione, militiaue nostra, sæpe incensum ira uidi, sæpe placatum. Quid ad Statium scripserit, nescio: quidquid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum non fuit. Mihi autem erit [a] maximè curæ, ne quid fiat secus, quàm uolumus, quamque oportet. Nec satis est in eiusmodi re, se quemque præstare. ac [b] maximè partes istius officii sunt pueri Ciceronis, siue iam adolescentis: quod quidem illum soleo hortari: ac mihi uidetur matrem valde, ut debet, amare: teq. mirificè. Sed est magnum illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingenium: [c] quo ego regendo habeo negotii satis. Quoniam respondi [d] tuæ postremæ paginæ prima mea, nunc ad primam reuertar tuam. Peloponnesias ciuitates [e] omneis, maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo iuditio probati, Dicæarchi, tabulis credidi, is multis nominibus, in Throphoniana [f] Chæronis narratione Græcos in eò reprehendit, quòd mare tam secuti sunt: nec vllum in Peloponneso locum excipit. Cùm mihi auctor placeret (etenim erat ἱστορικώτατος, & vixerat in Peloponneso) admirabar tamen, [g] & uix aggrediens, communicaui cum Dionysio. atque is primò est commotus: Deinde, quòd tum de isto Dicæarcho non minùs bene existimabat, quàm tu de C. Vestorio, ego de M. Cluuio non dubitabat, quin ei crederemus. Arcadiæ cēsebat esse Lepreon quoddam maritimū. [h] Tene autē, & Aliphera, & Tritia, νεόκτιστα ei uidebatur: idq. τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat: vbi mentio nō fit istorum. Itaque istum ego locum totidem verbis à Dicæarcho transtuli. [i] Phliasios dici sciebam, & ita fac

vt

a L. maximæ

b L. maximæ

c fort. in quo

d al. postremæ tuæ pag.

e v. c. omnis,

f al. Charonis

g L. & vix ei credens,

h v.c. Tenea autem,

i q.v.c. Philiasios autē dici non plac.

vt habeas. nos quidem sic habemus. Sed primò me ἀναλογία deceperat: φλιοῦς, ὀποῦς, σιποῦς, quòd ὀπούντιος sed hoc continuò correximus. Lætari te nostra moderatione, & cötinētia uideo. Tū id magis faceres, si adesses. atq hoc foro, quod egi ex idi. Feb. Laodiceæ ad kal. Maias, omnium diæcesium, præter Ciliciæ, mirabilia quædam effecimus. Ita multę ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ ualde leuatæ sunt: omnes suis legibus, & iudiciis usæ, αὐτονομίαν adeptę, reuixerunt. His ego duobus generibus facultatem ad se ære alieno liberandas, aut leuandas, dedi: Vno, quòd omnino nullos in imperio meo sumptus factus est. nullum cùm aico, nō loquor ὑπερβολικῶς: nullus, inquam, [a] ne teruncius quidem. Hac autem re incredibile est, quantum ciuitates emerserint. [b] Accessit alterum: Mira erant in ciuitatibus ipsorum furta Græcorum: quæ magistratus sui fecerant. Quæsiui ipse de iis, qui annis X. proximis magistratum gesserant. Apertè fatebantur. Itaque sine ulla ignominia, suis humeris pecunias populis retulerunt. populi autem, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustri reddiderunt. Itaque publicanis in oculis sumus. Gratis, inquis, uiris. Scensimus. Iam cetera iurisdictio, [c] nec imperita, & clemens, cum admirabili facilitate. Aditus autem ad me minimè prouinciales. nihil per cubiculariam: ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. Grata hæc, & magna, mihiq́ue nondum laboriosa ex illa uetere militia. Nonis Maii in Ciliciam cogitabam: ibi cùm Iunium mensem consumsißem, (atque utinam in pace: magnum enim bellum impendet à Parthis)

[a] L. ne teruncij q.
[b] L. Accessit altera: & ita v. c.
[c] fort. nec impedita,

Parthis) Quinctilem in reditu ponere. Annuæ enim mihi operæ[a] *III. Kalendas Sextil. emerentur. Magna autem in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri. Habebam acta urbana usque ad Nonas Mart.*[b] *ex quibus intelligebam, Curionis nostri constantia omnia potius actum iri, quàm de prouinciis. Ergo, vt spero, propediem te videbo. Venio ad Brutum tuum, immò nostrum. sic enim mauis. equidem omnia feci, quæ potui aut in mea prouincia perficere, aut in regno experiri. omni igitur modo egi cum rege, & ago quotidie, per litteras scilicet: ipsum enim, triduum, quatriduumue mecum habui turbulentis in rebus, quibus eum liberaui. Sed & tum præsens, & postea*[c] *creberrimè non destiti rogare, & petere mea causa: suadere, & hortari sua. Multùm profeci, sed, quantum, non planè (quia longè absum) scio. Salaminios autem (hos enim poteram coercere) adduxi, vt totum nomen Scaptio vellent soluere: sed centesimis ductis à proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renouatis quotannis. numerabantur nummi. Noluit Scaptius.*[d] *Tu, qui ais Brutum cupere aliquid perdere? quaternas habebat in syngrapha.*[e] *fieri non poterat: nec, si posset, ego pati possem. Audio omnino Scaptium pœnitere. nam quod S. C. esse dicebat, vt ius ex syngrapha diceretur, eo consilio factum est, quòd pecuniam Salaminii contra legem Gabiniam sumpserant. Vetabat autem Auli lex, ius dici de ita sumta pecunia. decreuit igitur senatus; vt ius diceretur ex ista syngrapha. nunc ista habet iuris idem, quod ceteræ, nihil præcipui. Hæc a me ordine facta, puto me Bruto probaturum: ti-*

a L. a d. III. Kalendas

b al. è quibus

c L. creberrimis litteris non dest. al. creberrimis non dest.

d L. Tun', qui ais Br.

e al. ferri n.

bi, nescio. Catoni certè probabo. Sed iam ad teipsum reuertor. Ain' tandem, Attice, [a] *laudator integritatis, & elegantię nostræ? ausus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam, darem, me rogare? an tu si mecum esses (qui scribis* [b] *morderi te interdum, quòd non simul sis) paterere me id facere, si uellem? Non amplius, inquis, quinquaginta. Cum Spartaco minùs multi primò fuerũt. Quid tandẽ isti mali in tam tenera insula non fecissent? nõ fecissent autem? immò quid ante aduentum meum nõ fecerunt? Inclusum in curia senatum habuerunt Salaminium, ita multos dies, vt interierint nonnulli fame. Erat enim præfectus Appii Scaptius, & habebat turmas ab Appio. Id me igitur tu, cuius mehercule os mihi ante oculos solet versari, cùm de aliquo officio, ac laude cogito, tu me, inquam, rogas, præfectus vt Scaptius sit? At hoc statueramus, ut negotiatorem neminem: idq́ue Bruto probaueramus. Habeat is turmas? cur potiùs, quàm cohorteis? sumtu iam nepos euadit Scaptius.* [c] *Volunt, inquis, principes. Scio. nam ad me Ephesum vsque uenerunt. flentesq́ue, equitum scelera, & miserias suas detulerunt. Itaque statim dedi litteras, vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. Ob eamq́ue causam,* [d] *tum ob ceteras, Salaminii nos in cælum decretis suis sustulerunt. Sed iam quid opus equitatu? Soluunt enim Salaminii: nisi fortè id volumus armis efficere, vt fænus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere vmquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?* [e] *Nimis, inquam, in isto Brutum amasti dulcissime Attice: nos vereor, ne parum. Atque*

a al. laudator integritatis, & elegantiæ? aus.

b δάκνεσθαι

c al. Volunt, inquit,

d al. tum cetera,

e fort. Nimis, nimis, inq.

que hæc scripsi ego ad Brutum, scripsisse te ad me. Cognosce nunc cetera. Pro Appio nos hic omnia facimus, honestè tamen, sed planè libenter. nec enim ipsum odimus, & Brutum amamus, & Pompeius mi-
5 *rificè à me contendit: quem* [a] *mehercule, plus, plusque in dies diligo. C. Cælium, quæstorem huc venire audisti. Nescio,* [b] *quid sit: sed Pammenia illa mihi non placent. Ego me spero Athenis fore mense Septembri. tuorũ itinerum tempora scire sanè velim.* εὐήθειαν
10 *Sempronii Rufi cognoui*[c] *ex epistola Corcyræa. Quid quæris? inuideo potentiæ Vestorii. cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet, vrget turba, festinat Philogenes. Valebis igitur, & valere Piliam, & Cæciliam nostram iubebis litteris: & saluebis à meo*
15 *Cicerone.*

a v.c. mercule,
b L. quid sit. hominis: sed
c L. ex epistola tua Corcyræa.

ANNOTATIONES.

1 & uix ei credens) libri uulgati habent, & uix aggrediens: sed legendum, ut habet liber uetus, & uix ei credens.
2 Accessit altera) Malaspina editionem Victorianam secutus,
20 probat, alterum, ut ad genus, referatur ego, altera, retineo. refertur enim ad propinquius, Hac autem re. si quis tamen, alterum, legi malet, non pugnabo. Omnino sic habet codex Turn. ut edidi.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἱστορικώτατος, historiarum peritissimum.
25 νεόκτιστα, nuper condita.
τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ, nauium enumeratione.
ἀναλογία, proportio, analogia.
φλιοῦς, ὀποῦς, σιποῦς, ὀπουντιοι, σιπούντιοι, Phlius, Opus, Sipus, Opuntij. Sipuntij.
αὐτονομίαν, facultatem suis legibus utendi.
30 ὑπερβολικῶς, supra modum.
εὐήθειαν, stultam simplicitatem.

CICERO ATTICO S. 3.

ET si nil sanè habebam noui, quod pòst accidisset, quàm dedissem ad te Philogeni, liberto tuo, litteras, tamen cùm Philotimum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te fuit: ac primùm illud, quod 5 *me maximè angebat, (non quo me aliquid iuuare posses, [a] quippe res est in manibus, tu autem abes longè gentium:* --πολλὰ δ᾽ ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλινδεῖ κύματ᾽ εὐρείης ἁλός.) *Obrepsit dies, vt vides. mihi enim [b] ad III. kalendas Sextil. de pro-* 10 *uincia decedendum est: nec succeditur. quem relinquam, qui prouinciæ præsit? ratio quidem, & opinio hominum postulat fratrem: primùm quòd videtur esse honos: nemo igitur potior: deinde quòd solum habeo prætorium: [c] Pontinus enim ex pacto, [d]* 15 *& conuentu (nam ea lege exierat) iam à me discesserat. Quæstorem nemo dignum putat. etenim est leuis, libidinosus, [e] sagax. De fratre autem primùm illud est. persuaderi ei non posse arbitror. odit enim prouinciam. & hercule nihil odiosius, nihil molestius. De-* 20 *inde, vt mihi nolit negare, quidnam mei sit officii? cùm bellum esse in Syria magnum putetur, id videatur in hanc prouinciam erupturum, hic præsidii nihil sit, sumtus annuus decretus sit: videaturne aut pietatis esse meæ, [f] fratrem: aut diligentiæ, nugarum aliquid* 25 *relinquere? Magna igitur, vt vides, sollicitudine afficior, magna inopia consilii. Quid quæris? toto negotio nobis opus non fuit. Quanto tua prouincia melior? Decedes, cùm voles, nisi fortè iam decessisti. quæ videbitur, præficies Thesprotiæ, & Chaoniæ. Necdum tamen* 30 *ego Quintum conueneram, vt iam, si id placeret, scirem,*

[a] v.c. quippe res. n est in m.

[b] L. a. d. III.

[c] L. Pomtinus v.c. Pontinius.

[d] L. & conuento

[e] L. tagax.

[f] v. c. fratrē relinquere: aut diligentiæ, nugarum aliq. relinquere?

rem, possetne ab eo impetrari: nec tamen, [a] si posset, quid vellem, habebam. Hoc est igitur eiusmodi: reliqua, plena adhuc & laudis & gratiae: digna iis libris, quos dilaudas. conseruatae ciuitates, cumulatè publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo, decreto iusto, & seuero perpauci: nec tamen quisquam, vt queri audeat. Res gestae, dignae triumpho: de quo ipso nihil cupidè agemus: sine tuo quidem consilio certè nihil. [b] Clausula est difficilis in tradenda prouincia. sed hęc Deus aliquis gubernabit. De vrbanis rebus scilicet plura tu scis: saepius, & certiora audis. equidem doleo non me tuis litteris certiorem fieri. huc enim odiosa afferebantur de Curione, de Paullo: non quò vllum periculum videam, stante Pompeio, vel etiam sedente, valeat modò: sed mehercule Curionis, & Paulli, meorum familiarium, vicem doleo. Formam igitur mihi totius reip. si iam es Romae, aut cùm eris, velim mittas: quae mihi obuiā ueniat: ex qua me fingere possim, & praemeditari, quo animo accedam ad urbem. est enim quiddam, aduenientem non esse peregrinum, atque hospitem. Et, quod paene pręterii, Bruti tui causa, ut saepe ad te scripsi, feci omnia. Cyprii numerabant: sed Scaptius centesimis, renouato in singulos annos faenore, contentus nō fuit. Ariobarzanes nō in Pompeiū prolixior per ipsum, quàm per me in Brutum: quem tamen ego praestare non poterat. erat enim rex perpauper: aberamque ab eo ita longè, ut nihil poßem, nisi litteris: quibus pugnare non destiti. Summa haec est. pro ratione pecunię, [c] liberius est Brutus tractatus, quàm Pompeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter C. Pompeio in sex mensib. promissa

[a] al. nisi posset,

[b] κατάκλεις

[c] L. liberalius

missa &c. Iam in Appii negotio quantum tribuerim Bruto, dici vix potest. Quid est igitur, quòd laborem? amicos habet, meras nugas,[a] M. Scaptium: qui quia non habuit à me turmas equitum, quibus Cyprum vexaret, vt ante me ferat, fortasse [b] succenset: aut qui præfectus non est: quod ego nemini tribui negotiatori, non C. Vennonio, meo familiari: non tuo, M. [c] Lenio: & quod tibi Romæ ostenderam, me seruaturum: in quo perseueraui. Sed quid poterit queri is, qui auferre pecuniam cùm posset, noluit? Scaptio, qui in Cappadocia fuit, puto esse satisfactum. Is à me tribunatum cùm accepisset, quam ego ex Bruti litteris ei detulissem, postea scripsit ad me, se vti nolle eo tribunatu. [d] Caius est quidam, cui cùm præfecturam detulissem, Bruti rogatu, multa & dixit, & fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodii canis. Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est, nec, cùm postea in castra venisset, atque inde discederet, numquid vellem, rogauit: & fuit apertè mihi, nescio quare, non amicus. Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominem putares? qui, vt scis, potentissimorum hominum contumaciam numquam tulerim, ferrem huius [e] adseclæ? etsi hoc plus est, quàm ferre, tribuere etiam beneficii aliquid, & honoris. Is igitur [f] Caius, cùm Apameę me nuper vidisset, Romam proficiscēs, me ita appellauit, [g] (Culleolum uix auderem) Vnde, inquit, me iubes [h] petere [2] cibaria? Profectò respondi lenius, quàm putabant oportuisse, qui aderant: me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non esse usus. Abiit iratus. [3] [i] Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licebit cum solus a- mes:

a L. M' Scapt.

b v.c. suscen set:

c al. Lænio.

d L. Gauius est q.

e al. ad secu læ?

f L. Cauius,

g v. c. Culleonum

h L. petere cibaria præfecti? Resp.

i L. Huius nebulonis oratione si Brutus per moueri pot.

mes:me æmulum non habebis.sed illum cum futurum esse puto,qui esse debet. Tibi tamen causam notam esse volui,& ad ipsum hæc perscripsi diligentissimè.Omnino(soli enim sumus) nullas vmquam ad me litteras
5 *misit Brutus (ne proximè quidem de Appio) in quibus non inesset arrogans, ἀκοινονόητον aliquid. Tibi autem valde solet in ore esse, Granius autem*, Non contemnere se, & reges odisse superbos. *In quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mo-*
10 *uere solet. sed planè parum cogitat, quid scribat, aut ad quem. Q. Cicero puer legit, vt opinor, & certè, epistolam inscriptam patri suo.solet enim aperire,idq. de meo consilio, siquid forte sit,quod opus sit sciri. In ea autem epistola erat illud idem de sorore, quod ad*
15 *me. mirificè conturbatum vidi puerum. lacrymans mecum est questus. Quid quæris? miram in eo pietatem, suauitatem,humanitatemque perspexi. quo maiorem spem habeo,nihil fore aliter,ac deceat. id te igitur scire volui. Ne illud quidem prætermittam: Hor-*
20 *tensius filius 4 fuit* [a] *Laodiceæ cum Gladiatorib. flagitiosè, & turpiter. hunc ego patris causa vocaui ad cenā,quo die venit:& eiusdem patris causa,nihil amplius. Is mihi dixit,se Athenis me expectaturum, vt mecum decederet. Rectè, inquam.quid enim dicerē?*
25 *Omnino puto nihil esse,quod dixit. Nolo quidē,ne offendam patrem:quem mehercule* [b] *valde diligo.sin fuerit meus comes:moderabor ita,nequid eum offendam, quem minimè volo. Hæc sunt. Etiam illud. Orationē Q.Celeris mihi velim mittas contra M.Seruiliū.Lit-*
30 *teras mitte quamprimum:* [c] *si nihil fuerit,vel per tuū tabellarium.Piliæ,& filiæ salutem. Cura,vt valeas.*

a v. c. Laodiceæ Gladiatoribus,

b al. multum dil.

c L. &,si nihil fuerit,

ANNOTATIONES.

1 leuis,libidinosus, tagax) sic emendat Cuiatius noster. vnde autem ducta sit vox tagax, in promptu est. significatione quadam obscura : quòd si cui est, discat ex Festo, cuius hæc verba sunt, Tagax, furunculus à tegendo dictus: cuius vocabuli Lucilius meminit, Et muton manum proscribere posse tagacem. Dicebant autem tago, veteres, pro, tango. 5

2 cibaria præfecti ?) sic legendum ex optimo codice Turnesiano. quamquam hic operæ olim excuderunt, præfecto, neq. addiderunt interrogationis notam, vt est genus hominum non solum indoctum, hebes, & stolidum, verumetiam indomitum, contumax, & peruicax.

3 Huius nebulonis oratione si Brutus moueri potest, &c.) sic habent nonnulli cod. etiam manuscr. Sed plerique, operatione, vt vulg. fere omnes. vnus, Huius nebulonis peroratione, &c. ex qua scriptura conijcio errasse hoc loco librarium scriptorem, & cum scribere deberet, Huius neb. oratione si Br. permoueri potest, &c. scripsisse, Huius neb. operatione si Br. moueri p. Nam quòd quidam lectionem vulgatam tuentur, & vocem, operatione, retinent, planè falluntur. Non est enim Latina pro ea re, quã hic significari volunt. Operari vsurpant Latini pro conuiuia agitare, & sacrificare, vt Virg. lib. 1. Georg. lætis operatus in herbis: & Hor. oda. 14. lib. 3. iustis operata diuis: & Tib. eleg. 5. lib. 2. Tũc operata deo pubes discumbet in herba. Pomp. præcone poster. Ad veneris profectus est manè vetulus, votum vt solueret. ibi nunc operatus est. Plautus. vt isthæc operatio crimen expiet. Vsurpant & pro opus facere, & maximè rusticum, & ad lanificium pertinens, & pro eo, quod est, occupatum esse, seu operam in aliqua re ponere. Horat. epist. 2. lib. 1. In cute curanda plus æquo operata iuuentus. sed pro, agere, seu, ἐνεργεῖν, numquam: vt neque operationem pro actione, quam ἐνέργειαν dicunt Græci. Atque hic locus quemdam induxit, vt, cùm libros Arist. de morib. ad Nicom. actum agens, interpretaretur, à nobis & iampridem Latinitate donatos, & nuper admodum recognitos, ac deintegro editos, ἐνεργείας apud Aristotel. Latinè redderet, operationes, planè ineptè & barbarè. Nam quòd ijdem ex Plinio proferunt, araneorum genus erudita operatione conspicuum: nihil moror Plinium: aut, si etiam, nihil me mouet ille locus. Vel igitur ita hic legendum est, vt paullo antè dixi, oratione permoueri, vel scriptura antiqua, peroratione moueri, retinenda, vt perorationem accipiamus, pro extrema orationis parte: quæ propria est huius nominis, atq. adeò sola significatio. 10 15 20 25

4 fuit Laodiceæ cum gladiatoribus) quod ait Malaspina in nullo suorum veterum librorum reperiri, cum idem liquido asseuerare possim de Memmianis: ijdemq. paullo post, ubi vulgati li- 30

bri,

bri, fuerit, illi habent, fieri, quemadmodum Bessarionis, Maffei, Faerni, ceteri. quam scripturam puto diligenter esse retinendam, & vulgatæ anteponendam, vt sit hæc eius sententia, mitte ad me litteras quamprimum, &, si nihil fieri, id est. & si nihil noui ex ijs sim cogniturus: seu, etsi nihil fieri videas, quod ad me perscribere queas: mitte vel per tabellarium, id est, ne expectato dum aliquis certus, & nobis notus Roma exeat, & ad me veniat: sed vel
5 per tabellarium tuum mittito, vt quamprimum eas accipiam.

Verba Græca, Latinis expressa.

πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλινδεῖ κύματ' εὐρείης ἁλός, multos autem in intermedio Auster voluit flu
10 ctus lati maris.
ἀκοινώνητον, agreste, alienum à communione.

CICRO ATTICO S. 4

Tarsum uenimus nonis Iun. ibi me multa moue
15 *runt: magnum in Syria bellum: magna in Cilicia latrocinia: mihi difficilis ratio administrandi: quòd paucos dies habebam reliquos annui muneris: illud autem difficilium. relinquendus erat ex S. C. qui præesset. Nihil minus probari poterat, quàm quæstor Me*
20 *scinius. nam de Cœlio nihil audiebamus. Rectissimum uidebatur, fratrem cum imperio relinquere. in quo multa molesta: discessus noster, belli periculum, militum improbitas. sexcenta præterea. O rem totam odiosam. sed hæc fortuna uiderit, quoniam consilio non*
25 *multum uti licet. Tu, quãdo Romam saluus, ut spero, uenisti, uidebis, ut soles, omnia, quæ intelliges nostra intereße: in primis de Tullia mea: cuius de condicione quid mihi placeret, scripsi ad Terentiam, cùm tu in Græcia eßes: deinde, de honore nostro. quòd enim*
30 *tu [a] abfuisti, uerear ut satis diligenter actum in senatu sit de litteris meis. Illud præterea* μυστικώτερον *ad te*

scribam:

[a] L. afuisti,

scribam: tu sagacius odorabere. τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου, τυραννοκτόνου. δέδοικα δὴ, [a]μήτι οὐ νοήσης. ἓν δήπου τοῦτο δὴ περισκεψάμενος, τὰ λοιπὰ [b]ἐξ ἀσφαλείας. *Non queo tantum, quantum vereor, scribere. Tu autem fac, vt mihi tuæ litteræ volent obuiæ. Hæc festinans scripsi in itinere, atque agmine. Piliæ, et puellæ Caciliæ bellissimæ salutem dices. Vale.* 5 10

a L. μήτι νοήσῃ. & ita v. c.
b L. ἐξασφαλίσαι.

ANNOTATIONES.

1 quòd enim tu afuisti,) sic est legendum, non, vt vulgò, abfuisti. Sic autem habet, vt edidi, codex Turnes. aut, ne mentiar, hoc modò: quòd enim tua fuisti, &c.

Verba Græca, Latinis expressa. 15

τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι τὰς ψήφους, ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου, τυραννοκτόνου. δέδοικα δὴ, μήτι οὐ νοήσης. ἓν δήπου τοῦτο δὴ περισκεψάμενος, τὰ λοιπὰ ἐξ ἀσφαλείας.

vxoris meæ libertus (nosti quem dico) visus est mihi dudum è verbis, quæ inconsideratè protulit, turbasse calculos, ex emtione bonorum Crotoniatæ tyrannicidæ. timeo ne quid intellexerit. vnum quidem hoc si cõsideraueris, reliqua in tuto habere. 20

CICERO ATTICO S. 5 25

NVnc quidem profectò Romæ es: quò te (si ita est) saluum venisse gaudeo. [a] Vnde quamdiu [b] abfuisti, magis à me abesse videbare, quàm si domi esses. minus enim mihi meæ notæ res erant, minus etiam publicæ. Quare velim, etsi (vt spero) te hæc legente, [c] aliquantum tamen viæ processero, tamen 30

a v.c. & vul. Vnde quidẽ quamd.
b L. afuisti,
c fort. aliquantũ viæ

men obuias mihi litteras quàm argutissimas de omnibus rebus crebrò mittas. In primis, de quo scripsi ad te antea: τῆς ξυναόρε τῆς ἐμῆς [a] ὁ ἀπελεύθερος ἔδοξέ μοι θαμὰ βατλαρίζων, καὶ ἀλύων ἐν τοῖς ξυλλόγοις, καὶ

5 ταῖς λέσχαις, ὑπότι πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τῦ Κροτωνιάτυ. *Hoc tu indaga, vt soles.*

[b] *Ast hoc magis.* ἐξ ἄστεος ἐπταλόφε τειγῶν [1] παρέδωκεν ἡμῶν [c] γάμε ὀφειλήματα ὁ [d] Κάμιλλος, αὐτὸν τε ὀφείλοντα μνᾶς κ. ἐκ τῶν Κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν [e]

10 χεῤῥονησιτικῶν μ͂η: καὶ τινα κληρονομῆσαι χ͂μ. κ͂ρ. τούτων δὲ μηδὲ ὀβολὸν διαλύσασθαι, πάντων ὀφειληθέντων τῦ δευτέρυ μηνὸς τῇ νυμηνία. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτῦ, ὄντα ὁμώνυμον τῷ Κόνωνος πατρὶ, μηδὲν ὁλοσχερῶς πεφροντικέναι. ταῦτα ὖν πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώζηται:

15 δεύτερον δὲ ἵνα μηδὲ τῶν τόκων ὀλιγωρήσῃς τῶν ἀπὸ τῆς προεκκειμένης ἡμέρας, ὅσας αὐτὸν ἠνέγκαμεν. σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρῆν πρὸς ἡμᾶς κατασκεψόμενος, καὶ τιχεδὸν ἐλπίσας. ἀπογνὺς δὲ, ἀλόγως ἀπέστη, ἐπειτῶν αἰσχρόν τοι δηρόντε μένειν. *Meq. obiurgauit vetere prouer-*

20 *bio,* τὰ μὲν διδόμενα. *Reliqua vide, & , quantum fieri potest,* [f] *perspicamus. Etsi annum tempus propè iam emeritum habebamus: dies enim* X X X I I I. *erant reliqui. sollicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur. cum enim arderet Syria bello, & Bibulus*

25 *in tanto mærore suo maximam curam belli sustineret, ad meq. legati eius,* [g] *& quæstor amici litteras mitterent, vt subsidio venirem: etsi exercitum infirmum habebam, auxilia sanè bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum (hæc. n. sunt nostra robora) tamen esse*

30 *officium meum putaui, exercitum habere quàm proxime hostem, quoad mihi præesse prouinciæ per S. C. liceret.*

a al. ὁ ἐξελεύθερος.

b L. At h.

c L. γαμετῆ καμνᾶς ὀφείλημα

d L τῷ καμίλλῳ.

e al χερρονησιατικῶν

f L. perspice. Nos etsi

g L & quæstor, & amici litt.

liceret. sed (quo ego maximè delectabar) Bibulus molestus mihi non erat: de omnibus rebus scribebat ad me potiùs: & mihi decessionis dies λεληθότως obrepebat, qui cùm aduenerit ἀλλοπρόσλημα, quem præficiam, nisi [a] Cælius quæstor venerit: de quo adhuc nihil certi habebamus. Cupiebam [b] mehercule longiorem epistolam facere: sed nec erat res, de qua scriberem: nec iocari, præ cura poteram. Valebis igitur, & puellæ salutem [2] [c] articulatè dices, nostræque Piliæ.

[a] al. Caldus
[b] v. c. mercule
[c] al. Atticulæ

ANNOTATIONES.

1 παρέδωκεν ἡμῶν γαμετὴ) lege ex optimo cod. manuscr. παρέδωκεν ἡμῶν γαμετὴ κα. μνᾶς ὀφειλήματος καμίλλῳ &c.

2 articulatè dices.) nonnulli è libris nostris habent, articulæ. quod confirmat Malæspinę coniecturam, vt legendum sit, Atticulæ, quemadmodum olim edidimus: non, vt vulgò, articulatè. Sed nunc tamen vulgatam, & receptam scripturam tuemur. cùm præsertim cod. Turne. habeat, articolate: aut, ne mentiar, atticolate.

Verba Gręca, Latinis expressa.

τῆς ξυναόρου τῆς ἐμῆς ὁ ἀπελεύθερος, ἔδοξέ μοι θαμὰ βατταρίζων, καὶ ἀλύων ἐν τοῖς ξυλλόγοις, καὶ ταῖς λέσχαις, ὑπότι πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου. ἐξ ἄστεος ἑπταλόφου τειχῶν παρέδωκεν ἡμῶν γάμου ὀφειλήματα ὁ Κάμιλλος, αὐτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς καὶ ἐκ τῶν Κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν χεῤῥονησιτικῶν μ̄ η: καὶ τινα κληρονομήσαι χ̄ μ. κ̄ ρ. τούτων δὲ μηδὲ ὀβολὸν διαλύσασθαι, πάντων ὀφειληθέντων τοῦ δευτέρου μηνὸς τῇ νουμηνίᾳ. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁμώνυμον τῷ Κόνωνος πατρὶ, μηδὲν ὁλοσχερῶς πεφροντικέναι. ταῦτα οὖν πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώζηται: δεύτερον δὲ ἵνα μηδὲ τῶν τόκων ὀλιγωρήσῃ τῶν ἀπὸ τῆς προκειμένης ἡμέρας, ὅσας αὐτὸν ἠνέγκαμεν, σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρῆν πρὸς ἡμᾶς κατασκεψόμενος, καὶ τι σχεδὸν ἐλπίσας. ἀπογνοὺς δὲ, ἀλόγως ἀπέστη, ἐκπειτων, αἰ χρόν.

χρόν·τοι δηρόντεμένειν, vxoris meæ libertus uisus est mihi sæpe garriens, & hæsitans, in conciliabulis, confessionibus nugantium aliquid turbasse calculorum in bonis Crotoniatæ. Hoc tu indaga, ut soles. At hoc magis è mœnib. urbis septem colles habentis præbuit
5 uxor nostra minas 21. Camillo, qui minas debebat 24. ex bonis Crotoniaticis, & ex Cherronesiticis 48. & ex hereditatibus 640. 20. 100. atque ex his ne obolum qui dem dissoluisse ex omni ære alieno, secundi mensis Kalendis, libertum autem ipsius qui Cononis patri cogno minis est, nihil ne ipsum quidem curasse. primum igi-
10 tur hoc, omnia ut custodias: deinde ut ne vsuras quidem negligas eas, quæ current ab eo, quem ante diximus, die. Ego quidem per eos dies, quibus illum pertuli, valde magno in timore fui. erat enim apud nos, vt exploraret, atque aliqua etiam spe adductus. qua cùm excidisset, temere abijt: fatus, Turpe quidem est mane re diu.
15

CICERO ATTICO S. 6

Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, subitò sum factus accusatoris eius socer. Id quidem, inquis, dii approbent. Ita velim: teque ita
20 *cupere certò scio. Sed, crede mihi, nihil minus putaram ego: qui de Ti. Nerone, qui mecum egerat, certos homines ad mulieres miseram. qui Romam venerunt factis sponsalibus. sed hoc spero melius. Mulieres quidem valde intelligo delectari obse-*
25 *quio, & comitate adolescentis. cetera noli ἐξακανθίζειν. Sed heus tu, πυρὸς εἰς δῆμον Athenis? placet hoc tibi? Et si non impediebant mei certè libri (non enim ista largitio fuit in ciueis, sed in hospites liberalitas) me tamen de Academia[a] προπύλῳ iubes cogitare, [b]quoniam Appius de Eleusine non co-*
30 *gitet. De Hortensio te certò scio dolere. equidem excrucior.*

a al. προπυλαίῳ
b L. cùm iam

crucior. decreram enim cum eo valde familiariter viuere. Nos prouincię præfecimus Cœlium. Puerum, inquies, & fortaßè fatuum, & non grauem, & non continentem. Aßentior: fieri non potuit aliter. nam, quas multo antè tuas acceperam litteras, in quibus ἐπέχειν te scripseras, quid eßet mihi faciendum de relinquendo, eæ me pungebant. Videbam enim, quæ tibi essent ἐποχῆς causæ (& erant eædem mihi) [a] *puero ne traderem: fratri autem, illud non vtile nobis. nam præter fratrem nemo erat, quem sine contumelia quæstori, nobili præsertim, anteferrem. tamen. dum impendere Parthi videbantur, statueram fratrem relinquere: aut etiam, reip. causa, contra S.C. ipse remanere. qui posteaquàm incredibili felicitate discesserũt, sublata dubitatio est. uidebam sermones: Hui fratrem* [b] *relinquit?* [c] *Num est hoc non plus annum obtinere prouinciam? Quid quòd senatus eos voluit præesse prouinciis, qui non præfuißent? At hic triennium. Ergo hęc ad populum. Quid, quæ tecum? numquam eßem sine cura, siquid iracundiùs, aut contumeliosiùs, aut negligentiùs. quæ* [d] *fortuita hominum? Quid siquid filius puer, & puer bene sibi fidens? qui eßet dolor? quem pater non dimittebat, teque id censere molestè ferebat. At nunc Cælius, non dico equidem, quid egerit: sed tamen multo minus laboro. Adde illud. Pompeius, eo robore vir, his radicibus, Q. Caßium sine sorte delegit, Cæsar Antonium. Ego sorte datum offenderem,* [e] *aut etiam inquirerem in eum, quẽ reliquißem? Hoc melius, & huius rei plura exempla. Senectuti quidem nostræ profectò aptius. At te apud eum, dii boni, quanta in gratia posui? eiq. legi litteras, non tuas, sed librarii*

a al. puero tradere.

b L. reliqt?

c v.c. Non est h.n.

d L. fert vita hominũ. Quid & ita v.c.

e L. ut etiã inquireret in eum, q. & ita v.c.

brarii tui. Amicorum litteræ me ad triumphum vocant: rem à nobis, vt ego arbitror, propter hanc παλιγγενεσίαν *nostram, non negligendam. Quare tu quoque, mi Attice, incipe* [a] *hoc cupere, quo nos minùs inepti*
5 *videamur.*

a al. id cup.

ANNOTATIONES.

1 ut etiam inquireret in eum) non est dubium mihi quidem, quin hęc sit uera & recta scriptura, quam Malaspina ex libris antiquis restituit: quibuscum & Memmiani, & Huraltinus, & Turnesianus consentiunt. licet etiam legere, anquireret. sed, inquireret, probo: quo modo planè habet codex Turnesianus.

10 *Verba Græca, Latinis expressa.*

ἐξακανθίζειν, perscrutari, diligenter indagare.
πυροὺς εἰς δῆμον, frumenta in populum.
προπύλῳ, uestibulo.
ἐπέχειν, hęsitare, dubitare.
ἐποχῆς, dubitationis.
15 παλιγγενεσίαν, regenerationem.

CICERO ATTICO S. 7

QVinctus filius, piè sanè, me quidem certè multùm hortante, sed currentem, animum patris sui, sorori tuæ reconciliauit. [a] *Eum valde tuæ litterę*
20 *excitarunt. Quid quæris? confido, rem, vt volumus, esse. Bis ad te antea scripsi de re mea familiari, si modò tibi redditæ litterę sunt,* [1] *Græcè* ἐν αἰνιγμοῖς. *scilicet nihil est mouendum. sed tamen* ἀφελῶς [b] *percontando de nominibus Milonis, & vt expediat, vt mihi rece-*
25 *pit, hortando, aliquid ita tu proficies. Ego Laodiceæ quæstorem Mescinium* [2] *exspectare iussi, vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. Rhodum uolo, puerorum causa: inde quàmprimùm Athenas: etsi Etesiæ valde reflant:* [c] *sed volo bis*
30 *magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus. Tu tamen mitte mihi, quęso, obuiàm*

a al. Eú ualde etiam tuę litt.

b L. percunctando.

c L. sed planè uolo his magistr. al. sed festinare planè uolo

litteras,

litteras, numquid putes reip. nomine tardandum esse nobis. Tiro ad te dedisset litteras, nisi eum[3] grauiter ęgrum[a] Eseæ reliquissem. Sed nuntiant, meliùs esse. ego tamen angor. nihil enim illo adolescente castius, nihil diligentius. Vale. 5

a L. Sidæ rel.

ANNOTATIONES.

1 Græcè ἐν αἰνιγμοῖς) in codice Turnes. scriptum est, Græcè, en ainigmois, litteris Latinis.

2 exspectare iussi.) sic legendum. nam quòd Petr. Victorius ait se castigasse, exspectare misi: ferri non potest. Scripsisset enim ita Cicero. Ego ut Laodiceæ exspectaret, ad quæstorem Mescinium misi. Præterea codex Turnes. habet, missi. cùm tamen ille dicat, se in omnib. libris manuscr. reperisse scriptum, misi. Atqui ex, missi, æquè facilè mihi licet facere, iussi, atque, misi. 10

3 grauiter ægrum Issi reliquissem) Sic Manutius. ego, Sidæ, hoc loco legendum putarim. Est enim Sida, urbs Ciliciæ maritima. Est autem verisimile, Ciceronem, cùm in Italiam reuerteretur, Tironem reliquisse in urbe maritima. M. T. ad Appium Pulchrum lib. 3. epist. Si ad Sidam, maritimam partem prouinciæ, nauibus accessissem. uidetur tamen reponendum potius, Patris. sic enim epist. 2. lib. 7. Tironem Patris ægrum reliqui, &c. Neque est quòd quisquam mihi dicat, hanc uocem nimis longè abesse ab, Eseæ, aut, Tecstæ. quorum utrumque reperi rescriptum in libris ueteribus. Nam Malaspina testatur in quibusdam exemplaribus antiquis nihil hoc loco scriptum esse, sed inane spatium relictum. 15

Verba Græca, Latinis expressa. 20

ἐν αἰνιγμοῖς, ænigmaticè, obscurè.
ἀφελῶς, simpliciter.

CICERO ATTICO S. 8

Cum institvissem ad te scribere, calamumque sumsissem, [a] Batonius è naui rectà ad me venit domum Ephesi. & epistolam tuam reddidit[1] pr. kalend. Octobr. Lętatus sum felicitate nauigationis tuę, opportunitate Piliæ, etiam mehercule sermone eiusdem de coniugio Tullię meę. [b] Batonius autem miros terrores ad me attulit Cæsarianos. cum Lepta etiam 25 30

a v.c. Battonius

b v.c. Battonius

plura

plura locutus est. spero falsa, sed certè [a] horribilia: exercitum nullo modo dimissurum. Cum illo prætores DESS. Cassium tribunum pl. Lentulum COS. facere: Pompeio in animo esse vrbē relinquere. Sed heus tu, nunquid molestè fers de illo, qui se solet ante ferre patruo sororis tuæ filii? At à quibus victus? Sed ad rem. Nos Etesię vehementissimè tardarunt. Detraxit viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. kalendis Octobr. Epheso conscendentes, hanc epistolam dedimus [b] L. Tarquinio, simul è portu egredienti: sed expeditius nauiganti. Nos Rhodiorum aphractis, cete-risque longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. ita tamen properabamus, ut non posset magis. De raudusculo Puteolano gratum. Nunc velim dispicias res Romanas: videas, quid nobis de triumpho cogitandum putes: ad quem amici me uocant. Ego, nisi Bibulus, qui, [2] dum vnus [c] hospes in Syria fuit, pedem portâ non plus extulit, quàm domo sua, adniteretur de triumpho, æquo animo essem. [3] Nunc uerò αἰσχρὸν σιωπᾶν. sed explora rem totam, ut, quo die congressi erimus, consilium capere possimus. At multa, qui & properarem, & ei litteras darem, qui aut mecum, aut paullo antè uenturus esset. Cicero tibi plurimam salutem dicit. Tu dices utriusque nostrum uerbis & Piliæ tuæ, & filiæ. Vale.

a L. horribilia: Cæsarem exerc.

b al. L. Tarquitio, al. L. Arquinio,

c v. c. hospis fort. hostis

ANNOTATIONES.

1 pr. Kal. Oct. cod. Turnes. habet I. Kal. Octob. qđ idem valet.

2 dum vnus hospites in Syria) codex Turnes. cuius auctoritatem plurimi facio, habet, dum vnus hospis &c. Non igitur omnes libri manuscri. & vulgati vno consensu habent, hospes, vt scribit Victorius. Ex, hospis, autem licet facere, hostis. & ita hic locus congruet cum eo, qui in epist. 2. lib. 7. ibi. nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri, &c.

3. Nunc autem, Αἰσχρὸν σιωπᾶν.) versus est de Philocteta, quem Cicero noster ait libro 3. de oratore ad Q. Frat. Aristotelem dixisse paullo secus, cùm Isocratem florere nobilitate discipulorum uideret. Ille enim, inquit Cicero, turpe sibi ait esse tacere cum barbaris: hic autem cùm Isocratem pateretur dicere. Sed Diogenes Laertius scribit ab Aristotele dictum esse de Xenocrate: nisi locus mendosus est.

5

Verba Græca, Latinis expressa.

αἰσχρὸν σιωπᾶν, turpe tacere.

CICERO ATTICO S. 9

IN Piræea cum exißem prid. Id. Octobr. accepi ab Acasto, seruo meo, statim tuas litteras: quas quidem cùm expectaßem iamdiu, admiratus sum, vt vidi obsignatam epistolam, breuitatem eius: vt aperui, rursus σύγχυσιν *litterularum,* [a] *quæ solent compositissimæ, & clarissimæ esse: ac, ne multa, cognoui ex eo, quòd ita scripseras, te Romam venisse* [b] *ad XII. kal. Octobr. cum febri. Percußus vehementer, nec magis, quàm debui, statim quæro ex Acasto.* [c] *ille, Et tibi, & sibi visum, & ita se domi ex tuis audisse,* [d] *vt nihil eßet incommodè. Id videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse.* [e] *Sed clamauit tamen, admiratusque sum, quod nihilominus ad me tua manu scripsißes. Quare de hoc satis. spero enim, quæ tua prudentia, & temperantia est, & hercule, vt me iubet Acastus, confido te iam, ut uolumus, ualere. A Turannio te accepiße meas litteras gaudeo.* παραφύλαξον, *si me amas,* τὴν τοῦ φυράτου φιλοτιμίαν αὐτότατα. *Hanc, quæ mehercule mihi magno dolori est (dilexi enim hominem) procura, quantulacumque est, Pretianam hereditatem.* [f] *prorsus illam ne attingas. Dices nummos mihi opus esse*

10 15 20 25 30

a v. c. & vulg. quæ solent tuæ compos.
b L. a. d. XII
c al. ille Et sibi visum, &
d al. vt nihil tibi esset
e v. c. Sed amaui tamen, & ita L.
f L. prorsus ille ne attingat. al. prorsus illā ne attingat.

ad

ad apparatum triumphi : in quo, vt præcipis, nec me κενὸν *in expetendo cognoſces, nec* ἄτυφον *in abiiciendo. intellexi ex tuis litteris te ex Tyrannio audiſſe, à me prouinciam fratri traditam. Adeon' ego non per-*
5 *ſpexeram prudentiam litterarum tuarum?* ἐπέχειν *te ſcribebas: quid erat dubitatione dignum? Si eſſet quidquam: cur placeret fratrem & talem fratrem relinqui?* ἀθέτησις, *iſta mihi tua, non* ἐποχὴ, *videbatur. Monebas de Q. Cicerone puero,* [a] *vt eum qui-*
10 *dem neutiquam relinquerem,* [b] τὸ μὸν ὄναρ ἐπῶν ἐμοί. *eadem omnia, quaſi collocuti eßemus, videmus. Non fuit faciendum aliter: meque* ἐπιχρονία ἐποχὴ *tua, dubitatione liberauit. ſed puto te accepiſſe de hac re epiſtolam ſcriptam accuratius. Ego tabellarios poſte-*
15 *ro die ad vos eram mißurus, quos puto ante venturos, quàm noſtrum Sauſeium. ſed eum ſine meis litteris ad te venire vix rectum erat. Tu mihi, vt polliceris, de Tulliola mea, id eſt, de Dolabella perſcribas: de rep. quam præuideo in ſummis periculis: de cēſoribus,*
20 *maximeque de ſignis, tabulis quid fiat:* [c] *referaturne. Idib. Octobr. has dedi litteras, quo die, vt ſcribis, Cæſar Placentiam legiones* [d] *quatuor. Quæſo quid nobis futurum eſt?* [1] *In arce, Athenis ſtatio mea nunc placet. Vale.*

a v. c. & eū quidem n.
b L. τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοὶ
c L. referaturne.
d v.c. IIII.

25

ANNOTATIONES.

1 In arce, Athenis, &c.) ſic eſt planè ſcriptum in noſtris codicibus manuſcr. & maximè in Turneſiano. Quod autem quidam putant legi poſſe, In acte Athenis, ferri non poteſt. Nam primum, in acta dixiſſet Cicero potius, vt in Verr. non ſemel. & Virgilius. deinde cum dicat, Athenis, non poteſt quadrare, in acta, neque in acte. nam ſi in acta: non igitur Athenis. ſi Athe-
30 nis: non in acta. Poſtremò de Siciliæ litore potius acta dicitur à Latinis, quàm de Atticæ.

Verba Græca, Latinis expreßa.

σύγχυσιν, confuſionem.
παραφύλαξον, obſerua.
τὴν τοῦ φυράτου φιλοτιμίαν αὐτότατα, turbatoris ambitionem ipſiſſimam. 5
κενὸν, inanem.
ἄτυφον, ſine ambitione, ſine fumo.
ἀθέτησις, improbatio.
ἐποχὴ, cunctatio, hęſitatio.
τὸ ἐμὸν ὄνειρον ἐμοὶ, meum mihi ſomnium.
ἐπιχρονία ἐποχὴ, diuturna dubitatio. 10

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

LIBER VII.

CICERO ATTICO S. I

DEDERAM equidem L. Sauseio litteras, & dederam ad te vnum,[a] quòd cùm nō esset temporis mihi ad scribēdum satis, tamen hominem tibi tam familiarem sine meis litteris ad te venire nolebam: sed, vt philosophi ambulant, has tibi redditum iri putabam priùs. sin iam illas accepisti, scis me Athenas venisse prid. Id. Octobr. è naui egressum in Piræeum: tuas ab Acasto nostro litteras accepisse cōturbatum, quòd cum febre Romam uenisses: bono tamen animo esse cœpisse, quòd Acastus ea, quæ vellem, de alleuato corpore tuo nuntiaret: [b]cohorruisse autem, quòd tuæ litteræ de legionibus Cæsaris afferrent: & egisse tecum, vt videres, nequid φιλοτιμία eius, quem nosti, nobis nocerent, de quo iampridem ad te scripseram. [c] Turannius autem secus tibi Brundisii dixerat, quod ex iis litteris cognoui, quas à Xenone, optimo viro, accepi. Cur fratrē prouinciæ non præfecissem, exposui breuiter. Hæc ferè sūt in illa epistola: nūc audi reliqua. Per fortunas, omnē tuū amorē, quo me es amplexus, omnemq. tuam prudentiam, quam mehercule in omni genere iudico singularem, [d]confer ad eam curā, vt de omni statu meo cogites. Videre enim mihi videor tan-

[a] L. quòd cùm mihi non esset temporis ad scr.

[b] v. c. chorruisse autem me,

[c] v. c. Turranius

[d] L. confer iam ad

iam dimicationem, nisi idem deus, qui nos melius, quàm optare auderemus, Parthico bello liberauit, [a] respexerit remp. sed tantam quantam numquam fuit. Age, hoc malum mihi commune est cum omnibus. nihil tibi mando, vt de eo cogites. illud meum proprium 5 πρόβλημα, quæso, suscipe. Videsne, vt, te auctore, sim vtrumque complexus? Ac vellem à principio [b] te audisse amicissimè monentem. Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθες. Ὡς οὐδὲν γλυκίον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων. Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. Sed aliquando ta- 10 men persuasisti, vt alterum, complecterer, quia de me erat optimè meritus: alterũ, quia tantum valebat. Feci igitur: [c] atque effeci omni obsequio, vt neutri illorum quisquã esset me carior. Hæc enim cogitabamus, [d] nec mihi iuncto cum Pompeio, fore necesse peccare in rep. 15 aliquando: nec cum Pompeio sentienti, pugnandum esse cum Cæsare: tanta erat illorum coniunctio. Nunc impendet, vt & tu ostendis, & ego video, summa inter eos contentio. me autem vterque numerat suum, nisi forte simulat alter. nam Pompeius non dubitat, (ve 20 rè enim iudicat) ea, quę de rep. nunc sentiat, mihi valde probari. Vtriusque autem accepi eiusmodi litteras eodem tempore, quo tuas, vt neuter quemquam omnium pluris facere, quàm me, videretur. Verùm quid agam? non quæro illa vltima (si enim castris res gere- 25 tur, video cum altero vinci satius esse, quàm cum altero vincere) sed illa, quæ tum agentur, cùm uenero: ne ratio absentis habeatur, vt exercitum dimittat. Dic Marce Tulli. Quid dicam? Exspecta, amabo te, dum Atticum conueniam. Non est locus [e] ad tergiuersan- 30 dum contra Cæsarem. Vbi illæ sunt densæ dexterę? nã,

a al. respexerit remp. tantam,

b fort. te audissem,

c L. Itaque eff.

d L. nec mihi coniũcto

e al. tergiuersandi

vt illi hoc liceret, [a] adiuui rogatus ab ipso Rauennæ[a] de Cælio tribuno pl. Ab ipso autem? etiam à Cn. nostro, in illo diuino tertio consulatu. Aliter sensero: Αἰδέομαι non Pompeium modò, sed Τρῶας, καὶ Τρῳάδας. Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην [b] καταθήσει. *Quis? Tu ipse scilicet laudator & factorum & scriptorum meorum. [c] Hanc ego plagam effugi per duos superiores Marcellorum consulatus, cùm est actum de prouincia Cæsaris. Nunc incido in discrimen ipsum. [d] Itaque, [3] vt stultus, primus suam sententiam dicat, mihi valde placet, de triumpho nos moliri aliquid: extra vrbem esse cum iustissima causa. tamen dabunt operam, ut eliciant sententiam meam. Ridebis hoc loco fortasse. quàm vellem etiam nunc in prouincia morari! Planè opus fuit, si hoc impendebat. etsi nil miserius. Nam,* οὐδὲ πάρεργον, *volo te hoc scire: omnia illa prima, quæ etiam tu litteris in cælum ferebas,* [e] ἐπίτηκτα *fuerunt. Quàm non est facilis virtus! quàm verò difficilis eius diuturna simulatio! Cùm enim hoc rectum, & gloriosum putarem, ex annuo sumtu, qui mihi decretus esset, me C. Cælio quæstori relinquere annuum, referre in ærarium ad HS. CIↃ. ingemuit nostra cohors, omne illud putans distribui sibi oportere, vt ego amicior inuenirer Phrygum & Cilicum ærariis, quàm nostro. Sed me non mouerunt. nam & mea laus apud me primum valuit. Nec tamen quidquam honorificè in quemquam fieri potuit, quod prætermiserim. Sed hæc fuerit, vt ait Thucydides,* ἐκβολὴ λόγου *non inutilis. Tu autem de nostro statu cogitabis, primùm quo artificio tueamur beneuolentiam Cæsaris: deinde de ipso triumpho: quem video, nisi reip. tem-*

5 · 10 · 15 · 20 · 25 · 30

a L. de decem tribunis pl.

b L. ἀναθήσει.

c L. Hanc ergo pl.

d L. Itaq. mihi valde placet, de

e al ἐπίκτητα

pora impedient, ἀπόριστον: indico autem cùm ex litteris amicorum, tum ex supplicatione, quam qui non decreuit, plus decreuit quàm si omneis [a] *decreuisset triũphos. Ei porro assensus est unus, familiaris meus, Fauonius: alter iratus, Hirrus. Cato autem & scribendo affuit, & ad me de sententia sua iucundissimas litteras misit: sed tamen gratulans mihi Cæsar de supplicatione, triumphat de sententia Catonis, nec scribit, quid ille sententiæ dixerit;* [b] *sed tantum, supplicationem eum mihi non decreuisse. Redeo ad Hirrum. Cœperas eum mihi placare. perfice. Habes Scrofam. habes Silium. ad eos* [c] *ego etiam antea scripsi,* [d] *& ad ipsum Hirrum. locutus enim erat* [e] *cum iis, commodè se potuisse impedire, sed noluisse: assensum tamen esse Catoni, amicissimo meo, cùm is honorificentissimam in me sententiam dixisset: nec me ad se ullas litteras misisse, cùm ad omneis mitterem. Verum dicebat. Ad eum enim solum, & ad Crassipedem, non scripseram: atque hæc de rebus forensibus. Redeamus domum. Diiungere me ab illo volo. Mirus est φυράτης, germanus Lartidius. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ. Reliqua expediamus.* 5 *hoc primùm,* [f] *quod accessit cura dolori meo.* [g] *Sed hoc tamen quicquid est, Præcianum, cum his rationibus, quas ille meas tractat, admisceri nolo. Scripsi ad Terentiam: scripsi etiam ad ipsum, me, quidquid* [h] *posset nummorum, ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum. Ita puto ἀμεμπτα fore. uerùm ut lubebit. Hanc quoq. suscipe curam,* 6 *quemadmodũ experiamur. Id & ostendisti quibusdã litteris* [i] *ex Epiro,* [k] *& Athenis datis, & in eo ego te adiuuabo. Vale.*

a L. decresset
b L. sed tamen
c fort. ego iam
d L. etiam ad ips.
e L. cum ijs commodè, se pot.
f L. Merus
g L. in quo access.
h L. Sed tamen hoc quidquid est, Prætianum,
i L. possem,
Kal. ex Epiro Athenas datis. non plac.
l L. an Athenis

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 nec cum Pompeio sentienti &c.) libris omnibus inuitis, legendum uidetur, ut existimat Malaspina, nec cum Cæsare sentienti, pugnandum esse cum Pompeio. Debet enim hic esse antithesis: quæ nulla est si recepta lectio retineatur. Nam si quis 5 dicat, aliud esse, iuncto cum Pompeio: aliud, sentienti cum Pompeio: cui hoc probet? nonne qui cum aliquo iunctus est, idem cum eo sentiat, necesse est? nonne qui ab aliquo dissentit, idem ab eo disiunctus est? Sic igitur arbitror emendandum: indignentur, & reclament, licet quidam nimium sui amantes, in alios supra modum fastidiosi.

2 adiuui, rogatus ab ipso Rauennæ de decem tribunis pl. sic hunc locum restitui, partim à codicib. manuscrip. adiutus, par- 10 tim coniectura probabiliss. & pæne dicam certa ductus. quam confirmat locus simillimus epist. 3. eiusd. libri. ibi. Cur tantopere pugnatum est, ut, de eius ratione habenda decem tribuni pl. ferrent?

3 Itaque, ut stultus, primus suam sententiam dicat) ego hoc totum vt stultus, pr. s. sem. d. non puto esse Ciceronis.

4 sed tantum supplicationem eum mihi non decreuisse) sic habent nonnulli libri manuscripti, quos sequor. quæ lectio facilior 15 quidem est, sed recepta non reijcienda: quin fortasse concinnior, sed tamen supplic.

5 hoc primum, in quo accessiti &c.) ad Malæspinæ coniecturam addo, in, quod fumo ex antecedente littera, m. librarij enim illi cum litteræ geminabantur, sæpe alteram omittebant, idque, si litteræ non eædem essent, sed similes, ut, in, & m.

6 quemadmodum experiamur) de triumpho scilicet, ut inf. epist. 20 proxima. Itaque omnia experiar, &, ut spero, assequar.

Verba Græca, Latinis expressa.

φιλοτιμία, ambitio.

πρόβλημα, quæstionem.

25 Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθε. Ὡς οὐδὲν γλυκίον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων. Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα, sed meum numquam animum in pectoribus persuasisti. Quoniam nihil dulcius sua patria, & parentibus. Vt nubes texuit atra.

Αἰδέομαι τρῶας, καὶ τρῳάδας. Πουλυδάμας μοι πρῶτος 30 ἐλεγχείην ἀναθήσει, erubesco Troianos, & Troianas. Polydamas mihi primus probrum inijciet.

ἰδοῦ

ἰδοῦ πάρεργον, preter propositum, ut egrediar à proposito.

ἐπίτηκτα, fluxa, non diuturna.

ἐκβολὴ λόγου, egreſſio orationis.

εὐπόριστον, parabilem.

φυράτης, permiſtor, deprauator.

ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, ſed hæc quidem facta eſſe ſinemus, dolentes licet.

ἀμεμπτ[?]α, non accuſanda. 5

CICERO ATTICO S. 2

10

Brundiſium venimus VII. *Kalend. Decembr. vſi tua felicitate nauigandi. Ita bellè nobis flauit ab Epiro*[1] *leniſſimus*[a] *Auſter, mitis. Hunc* σπουδειάζοντα, *ſi cui voles* τῶν νεωτέρων *pro tuo vẽdito.*[b] *Inualetudo tua me valde conturbat. ſignificant enim tuę litterę, te prorſus laborare. Ego autem cùm ſciam, quàm ſis fortis, vehementius eſſe quiddam ſuſpicor, quod te cogat cedere, & propęmodum infringat: etſi alteram quartam Pamphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alteram leuiorem accedere. Terentia verò, quę quidem eodem tempore ad portam Brundiſinam venit, quo ego in portum, mihique obuiam in foro fuit, L.*[c] *Pontium ſibi in Trebulano dixiſſe narrabat,*[d] *etiam eam deceſſiſſe. Quod ſi ita eſt, quod maximè mehercule opto, id ſpero tua prudentia, & temperantia te conſecutum. Venio ad epiſtolas tuas: quas ego ſexcentas vno tempore accepi, aliam alia iucundiorem: quæ quidem erant tua manu.*[2] [e] *nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuę litteræ: manum non amabam, quia indicabat te non valere. Cuius quoniam mentio iam facta* 15 20 25 30

a L. Oncheſmites.
b L. valetudo t. v. c. ualitudo t.
c v. c. Pomtium
d v. c. etiam iam deceſſiſſe. L. etiam eam iam de deceſſ.
e L. Nam Alexidis animum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimil. tuæ litteræ: manum n. a. & ita v. c.

facta est, Tironem Patris ægrum reliqui, adolescentem, vt nosti, & adde siquid vis, probum: nihil uidi melius. itaque careo [a] ægrè: quamquam videbatur se non grauiter habere, tamen sum sollicitus,

5 *maximamque spem habeo in [b] M. Curii diligentia, de qua ad me scripsit Tiro, & multi nuntiarunt. Curius autem ipse sensit, quàm tu [c] velles à me diligi. & eo sum admodum delectatus: & mehercule est, [d] quem facilè diligas, αὐτόχθων in homine vrbanitas.*

10 *Eius testamentum [e] de Tortorio, Ciceronem signis obsignatum, cohortisque prætoriæ. [3] fecit palàm te [f] ex libella, me ex teruncio. In Actio Corcyræ Alexion me opiparè muneratus est. Quincto Ciceroni obsisti non potuit, quo minùs Thyamim videret. Filio-*

15 *la tua te delectari lætor; & probari tibi στοργὴν φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα. Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adiunctio: qua sublata, vitæ societas tollitur. [4] [g] Bene conueniant, inquit Carneades. spurcè, [5] sed tamen [h] prudentiùs, quàm Lucius noster, & Patro, qui, cùm*

20 *omnia ad se referant, nec quidquam alterius causa fieri putent: [i] cùm ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat. non quòd id natura rectum sit, [k] non intelligunt, se de callido loqui, non de bono viro. Sed hæc, opinor, sunt in iis libris, quos tu*

25 *laudando, animos mihi addidisti. Redeo ad rem. [l] [6] Quomodo exspectabam epistolam, quam Philoxeno [m] dedisses? (scripseras enim, in ea esse de sermone Pompeii Neapolitano) eam mihi Patro Brundisii*

30 *reddidit. Corcyræ, vt opinor, acceperat. nihil potuit esse iucundius. erat enim de rep. de opinione, quam is*

vir

a L. ægrè: & quàquã

b L. M'

c L. uelles se à me d.

d L. quam facile

e v c. detortorium, Cic. al. deporto Rom. Ciceron.

f v. c. exlibratum, me exartuatum. In

g L. Bene eueniat, inquit

h L. pruden tiùs

i L. &, cùm

k L. non intelligant,

l L. Commodùm exsp.

m L. dedisses.

vir haberet integritatis meæ: de beneuolentia, quam ostendit eo sermone, quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc iucundissimum, quòd intellexi, te ad eum venisse, vt eius animum erga me perspiceres, hoc mihi, inquam, accidit iucundissimum. De triumpho autem nulla me cupiditas vmquam tenuit ante Bibuli impudentissimas litteras: quas [a] *amplissimè supplicatio consecuta est. A quo, si ea gesta sunt, quæ scripsit, gauderem, & bonori fauerem. Nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit,* [b] *non extulerit, honore augeri: me, in cuius exercitu spem illius exercitus habuit, idem non assequi, dedecus est nostrum: nostrum, inquam, te coniungens. itaque omnia experiar, & vt spero, aßequar. Quòd si tu valeres, iam mihi quædam explorata essent. sed (vt spero) valebis. De rauduſculo Numeriano, multùm te amo. Hortensius quid egerit, aueo scire: Cato quid agat. qui quidem* [c] *in me fuit maleuolus. dedit integritatis, iustitiæ, clementiæ, fidei mihi testimonium; quod non quærebam: quod postulabam,* [d] *negauit. Id itaque Cæsar his litteris, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quomodo exultat Catonis in me ingratissimi iniuria? At hic idem Bibulo* [e] *dierum* XX. *Ignosce mihi, non possum hæc ferre, nec feram. Cupio ad omneis tuas epistolas: sed nihil* [f] *necesse est. iam enim te videbo. Illud tamen de Chrysippo. nam de altero illo minùs sum admiratus, operario homine: sed tamen ne illo quidem quidquam improbius. Chrysippum verò, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore habui: discedere à puero insciente me? Mitto alia, quæ audio*

a L. amplissima

b L. non extulit,

c v. c. in me turpiter fuit maliuolus.

d L. negauit. Itaque Cæs.

e v. c. d. xx.

f v. c. necesse'st.

dio multa, mitto furta: fugam non fero, quæ mihi nihil uisum est sceleratius. Itaque usurpaui uetus illud Drusi, ut ferunt, prætoris, in eo, qui eadem liber non iuraret: me istos, liberos non addixisse: præsertim cum adesset nemo, à quo rectè uindicarentur. Id tu, ut uidebitur, ita accipies: ego tibi assentiar. Vni tuæ disertissimæ epistolæ non rescripsi: in qua est de periculis reip. Quid rescriberem? valde eram perturbatus: sed vt nihil magnopere meæ tuam, Parthi faciunt, qui repente Bibulum semiuiuum reliquerunt.

5

10

ANNOTATIONES.

15 1 leniſſimus Onchesmites) hunc locum olim Adr. Turnebi coniecturam secuti, qui ex obscuris antiquæ scripturæ vestigijs putauerat reponendum Anchisetes, sic ediderامus. Codices autem Memmiani, quibus vsi sumus, & item Turnesianus, & Huraltinus, habent, Anchesmitis, neque multo secus ij, quibus vsi sunt Victorius, & Malaspina. Libri vulgati autem fere omnes habent, leuiſſimus Auster, mitis. Sed neque hæc, neque reliquæ duæ, rectæ sunt. Antiqua tamen, Anchesmites, quam ego etiam olim fideliſſimè lectori repræsentaram, minimè deprauata est. Duntaxat enim in prima littera mendum inest. quod vidit tandem is, quem commemorat P. Victorius lib. 36. Variarum lection. cap. xi. Hic enim princeps nuper excogitauit legendum, Onchesmites. quæ vox ventum significat ab Onchesmo Epiri portu flantem. Legat qui plura hac de re scire volet, Victorij caput illud xi. quod supra commemoraui.

20

2 Nam Alexidis animum amabam) Memmiani codices sic habent, Alexidis animum, &c. neque tamen quia posterius non habent vocem, manum, ante, non amabam: iccirco ego mihi Manutij coniecturam sequendam existimaui, quamuis efficiat lectionem satis concinnam, festiuam, & venustam. Magis enim me mouet veterum codicum auctoritas, quam tuetur Malaspina, quamq. adeo reperi sine vlla varietate in codice Turnesiano. Nã Alexidis animum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ litteræ: manum non amabam, &c. quam sic declarat ille, & rectè: amabam conatum, & studium Alexidis in manu tua imitanda: manum non amabam, quia, &c.

25

30

fecit

3 fecit palam te ex libella, me ex teruncio) ſic malo, quàm vt alij, ex teruncia, vt habent alij libri vulg. veruntamen locus nondum eſt perpurgatus. Nam quòd ad priora illa attinet, codex Turneſ. pro, te ex libella, habet, me exlibertum: quòd ad reliqua, pro, me ex teruncio, me extaruacus, planè mendoſè: quis neget? ſed ſcripturam antiquam proponere volui, vt ex ea eliciant eruditi rectam & veram lectionem. Prætetea ſupra, Eius teſtamentum detortorium, habet idem codex. Apparet Ciceronem iocari. ſed quę ſit ioci ſententia, obſcurum eſt. teſtamentum detortorium, ſi emendata ſcriptura eſt, dictum eſt, à torquendo, alluditque fortaſſis ad decretorium. pro, exlibertum, autem, Simeon Boſius legebat, exlibratum. exlibrare autem eſt cortice & pelle ſpoliare. pro, me extaruacus autem, me exartuatum. ex hac lectione quaſi per nebulam, quid ſignificet Cicero, cognoſcere licet. Animaduertat igitur lector, & in hoc loco explicando, ſi ei commodum eſt, ſeſe exerceat, aut certè oblectet, niſi malit exſpectare, dum Simeon Boſius hunc nodum ſoluat, atque has tenebras diſcutiat. Manutius pro, detortorium, dubitanter & timidè legit deporto Ro. Quam lectionem adiuuat id, quod eſt in epiſt. 3. lib. 7. ibi. Ego tabulas à Curio accepi: quas mecum porto.

4 Benę eueniat) ſic habent noſtri ueteres aliquot libri, quam ſcripturam probo. Dicebat enim hoc modo Carneades, benè eueniat modò: ſignificans ſibi quemque optare, ut bene ſit, ceterа paruifacere. ſpurcè, inquit Cicero. eſt enim ſpurcum, omnia ad ſuam vtilitatem referre, ſed prudentius quàm Epicurei, qui loquuntur pugnantia, neque ſibi conſtant.

5 ſed tamen prudentius) prudentius legendum, vt habent omnes libri ueteres, non prudentius. imprudentes autem ſunt, & hebetes, & parum acuti Epicurei, qui cum omnia ad ſe referant, putent tamen aliquid alterius cauſa fieri poſſe. quæ pugnant inter ſe: imprudentis eſt ſcilicet tantam repugnantiam non vidère. Non eſt igitur hoc, prudentius, referendum ad ſpurcè, quod putaui Malaſpina, ſed ad id, quod ſequitur. Quod ſequitur autem, nec quicquam alterius cauſa fieri putent, non debet cum interrogatione legi, vt vult Victorius: in eoque fallitur.

6 Commodum expectabam) ſi emendat Memmius, & rectè. Nam mendoſè habent libri omnes, Quomodo.

7 De raduſculo Numeriano) quidam libri habent, de raduſculo Puteolano.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

σπονδειάζοντα, ſpondeum verſum edentem.
τῶν νεωτέρων, iuniorum.
αὐτόχθων, natiua eſt indigena.
στοργὴν φυσικὴν, eſſe, τὴν πρὸς τὰ τέκνα, amorem eſſe erga liberos.

CICERO ATTICO S. 3

A. D. VIII. *Id. Decembr.* [a] *Herculanum ueni, & ibi tuas litteras legi, quas Philotimus mihi reddidit: è quibus hanc primo adspectu voluptatem cepi, quòd erant à te ipso scriptæ: deinde, earum accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus. ac primum illud, in quo te Dicæarcho assentiri negas,* [b] *etsi cupidissimè expressum, & expetitum à me sit, & approbatum à te, ne diutius anno in prouincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum. sic enim* [c] *scito, verbum in senatu factum esse numquam de vllo nostrum, qui prouincias obtinuimus, quo in his diutius, quàm ex S. C. maneremus: ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quod minus diu fuerim in prouincia, quàm fortaße fuerit vtile.* SED QVID, SI HOC MELIVS? [d] *opportunè dici videtur,* [e] *vt in hoc ipso. Siue enim ad bonorum uictoriam: utriusuis rei me aut adiutorem uelim eße, aut certè non expertem. Sin uincuntur boni: ubicumque eßem, una cum iis uictus eßem. Quare celeritas nostri reditus* ἀμεταμέλητος *debet esse. Quòd si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas: næ tu haud multum requireres illum uirum, qui in sexto libro informatus est. Quid enim tibi faciam, qui illos libros deuorasti? quin nunc ipsum, non dubitabo rem tantam* [f] *abiicere, si id erit rectius. utrumque uerò simul agi non potest, & de triumpho ambitiosè, & de rep. liberè. Sed ne dubitaris, quin, quod honestius, id mihi futurum sit, antiquius. Nam quòd putas utilius esse, uel mihi quod tutius sit, uel etiam, ut reip. prodesse possim, me esse cum imperio, id,*

coràm

a al. in Trebulanum

b L. etsi cupidissimè expetitū à me sit,

c al. scio,

d L. sæpe opportunè d.

e al. & in hoc ipso.

f v.c. abiecere.

coram considerabimus, quale sit. Habet enim res deliberationem; etsi ex parte magna tibi [a] aßentior. De animo autem meo erga remp. bene facis, quòd non dubitas; & illud probè iudicas, nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione illum in me liberalem fuisse: eiusque rei causam verè explicas; & eis, quæ de Fabio, Caninioque acta scribis, ualde consentiunt. quæ, si secus eßent, totumque se ille in me profundisset: tamen illa, quam scribis, custos vrbis, me præclare inscriptionis memorem esse cogeret: nec mihi concederet, vt imitarer Volcatium, aut Seruilium, quibus tu es contentus: sed aliquid nos vellet nobis dignum & sentire, & defendere: quod quidem agerem, si liceret, alio modo, ac nunc agendum est. De sua potentia dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis. nam si resp. defenditur, cur ea cos. isto ipso defensa non est? Cur ego, in cuius causa reip. salus consistebat, defensus postero anno non sum? cur imperium, illi, aut cur illo modo prorogatum est? cur tantopere pugnatum est, vt de eius absentis ratione habenda decem tribuni pl. ferrent? His ille rebus ita conualuit, vt nunc [b] in vno ciue resp. ad resistendum imbecilla sit: quę mallem tantas ei vireis non dedisset, quam nunc tam ualenti resisteret. Sed, quoniam res eò deducta est, non quæram, ut scribis τὸ σκάφος τὸ τῶν ἀτρειδῶν. Mihi σκάφος vnũ erit, quòd à Pompeio gubernabitur. Illud ipsum, quod ais, quid fiet, cùm erit dictũ? Dic Marce Tulli σύντομα. [c] Põpeio assentiar. ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam hortabor. sic enim sentio, maximo in periculo rem eße. Vos scilicet plura, qui in vrbe estis. Veruntamen hæc

video,

[a] L. assentio.

[b] L. in vno ciui spes reip. sita sit: qui mallem tantas, &c.

[c] al. Cn. Pópeio

video tum homine audacissimo, paratissimoque negotium esse.[3] *Omneis damnatos,* [b] *omneis ignominia affectos,* [c] *omneis damnatione, ignominiaque dignos,* [d] *illac facere: omnem ferè iuuentutem, omnem illam*
5 *vrbanam, ac perditam plebem, tribunos valenteis, addito C.* [e] *Crasso, omneis, qui ære alieno premantur: quos plureis esse intelligo, quàm putaram. Causam solùm illa causa non habet, ceteris rebus* [f] *abundat.* [2] [g] *Hic omnia facere omnis debet, ne armis de-*
10 *cernatur: quorum exitus semper incerti:* [h] *nunc etiam verò in alteram partem magis timendi. Bibulus de prouincia decessit. Veientonem præfecit. in decedendo erit, vt audio, tardior. quem cùm ornauit Cato: declarauit,* [3] *iis se* [i] *solis non inuidere, qui-*
15 *bus nihil, aut non multum ad dignitatem posset accedere. Nunc venio ad priuata. Ferè enim respondi tuis litteris de rep. & iis, quas in suburbano, & iis, quas postea scripsisti. Ad priuata venio. Vnum etiam de Cælio. Tãtum abest, vt meam ille sententiam moueat,*
20 *vt valde ego ipsi, quòd de sua sententia decesserit, pænitendum putem. Sed quid est,* [4] [k] *quod cuncti Lucceiis sint addicti? hoc te prætermisisse miror. De Philotimo faciam equidem vt mones: sed ego mihi ab illo non rationes exspectabam, quas tibi edidit, verùm id*
25 *reliquum, quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu voluit. quodque idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. id si præstaret, quantum mihi æris alieni esse ibi edidit, tantum, & plus etiam ipse mihi deberet. sed in hoc genere, si modò per*
30 *remp. licebit, non accusabimur posthac, neq; herculè antea negligentes fuimus; sed* [l] *amicorum multitudine*

a v.c. Omnis
b v.c. omnis
c v.c. omnis
d fort. illinc
e L. Cassio,
f v.c. habundat.
g Hic omneis conuenit omnia facere, ne arm.
h al. Nunc verò
i fort. solis inuidere,
K L. quòd ei vici Lucceij sint addicti? & ita v.c.
l v.c. & amicorum. fort. negotiorum

occupati. Ergo vtemur, vt polliceris, & opera, & consilio tuo: nec tibi erimus, vt spero, in eo molesti. De[a] serperastris cohortis meæ, nihil est, quod doleas. ipsi enim se collegerunt [b] admiratione vitæ, integritatis meæ: sed me mouerat nemo magis, quàm is, quem tu neminem putas. Idem & initiò fuerat, & nunc est egregius: sed in ipsa decessione, significauit sperasse se aliquid: & id, quod animum induxerat paullisper, non tenuit, sed citò ad se rediit, meisq. honorificentissimis erga se officiis victus, pluris ea duxit, quàm omnem pecuniam. Ego à Curio tabulas accepi, quas mecum porto. Hortensii legata cognoui. Nunc aueo scire, quid hominis sit, & quarum rerum auctionem instituat: Nescio enim cur, cùm portam Flumentanam Cælius occuparit, ego Puteolos [c] non faciam meos. Venio ad Piræea: in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Piræea scripserim, non Piræeum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm quòd I N addiderim. Non enim hoc vt oppido præposui, sed vt loco: & tamen[d] Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous, non rebatur oppidum esse Piræea. sed[e] de eo videro. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quòd non vt de oppido locutus sum, sed vt de loco: secutusque sum, non dico Cæcilium, Manè vt ex portu in Piræeum *(malus enim auctor Latinitatis est)* sed Terentium, *cuius fabellæ, propter elegãtiam sermonis, putabantur à C. Lelio scribi,* Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeum. *Et idem.* Mercator hoc addebat, captam è Sunio. *Quòd si δήμους, oppida volumus esse, tam est oppidum, quàm Piræus. Sed quoniam*

a al. Cerberastris
b L. admiratione integritatis meæ:
c al. non meos faciam.
d L. Dionysius noster, &, qui est nobiscum, Nicias Cous, non r.
e q. v. c. sed de re vid. & ita L. a v. c. de reo uid.

niam grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolueris, magna me molestiâ liberaris. Ille mihi litteras blandas mittit: facit idem pro eo Balbus. mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. Sed scis, illi reliquum quantum sit. Putasne igitur verendum esse, ne aut obiiciat id nobis aliquis, si languidiùs: aut repetat, si fortiùs? quid ad hęc reperis? Soluamus, inquis. Age, à Cœlio mutuabimur. hoc tu tamen consideres velim. puto enim, in senatu, si quando pręclarè pro rep. dixero, [a] Tartesium istum tuum, mihi exeunti, iube, sodes, nummos [b] curari. [c] Quid superest? etiam. gener est, suauis mihi: Tulliæ, Terentiæ, quantumuis. vel ingenii, vel humanitatis satis. reliqua, quæ nosti, ferenda. Scis enim, quos aperuerimus. qui omnes, præter eum, de quo per te egimus, reum me [e] facere rentur. [f] ipsis expensum nemo feret. Sed hęc coràm. nam multi sermonis sunt. Tironis reficiendi spes est in [g] M. Curio: cui ego scripsi, tibi eum gratissimum facturum. Datis v. idus Decembr. à Pontio ex Trebulano.

a al. Tartesium
b al. curare.
c L Ecquid
d v c. aperiemus.
e L facere parant:
f L. ipsis enim expensum nemo feret.
g M'

ANNOTATIONES.

1. ut nunc in uno ciui spes reip. sita sit) hæc est antiqua scriptura, ut nunc in uno ciui res ad resistendum sit, quam & Malaspina in suis libris omnibus antiquis reperiri testatur: & ego in Memmianis, & in Turnesiano extare liquidò confirmo. uulgata autem, quamuis aliter sentiat Malaspina, non est Latina: quæ talis est, ut nunc in uno ciui resp. ad resistendum imbecilla sit: quid ualent enim illa uerba, in uno ciui? nam si ad Cæsarem referuntur, quemadmodum qui hanc lectionem sequuntur, necessariò referunt, quis ita loquitur Latinorum, resp. est imbecilla ad resistendum in uno ciui. & non potiùs, uni ciui? Hæc igitur uerba, in uno ciui, propemodum clamant hunc locum esse deprauatum. huc accedit quòd uox, imbecilla, abest ab omnibus ueteribus libris. Quid igitur dicendum? nam ne hæc quidem antiqua, quam ego repræsentaui, quamuis eam defendat, & explicet Malaspina, à mendo pura est. siquidem, res est, pro, operosum est, difficile est, laboratur, Latinis auribus inaudi-

tum est, neque illum Plautus adiuuat. Sed piget me tot verborum. dico igitur, sic esse legendum, ut nunc in uno ciui spes reip. sita, seu posita sit: unum ciuem autem, Pompeium intelligo., & ita quadrat prouocabulum, qui, quod reperitur item in omnibus libris antiquis, iam hæc uerba, ad resistendum, siquis retinere uolet, per me licebit. Ego quidem non iusseram deleri: quamquam me inuito sunt deleta. Sunt enim nata ex his uocibus, resp. sita sit, seu spes reip. sita sit, deprauatis. 5

2 Hic omnia facere conuenit, ne arm.) Sic edendum curaui omneis, scripturæ veteris uestigia secutus. Nam manuscripti libri non habent, debet, quod est in nonnullis uulgatis: & habent, ijdem, communia, pro, conuenit omnia.

3 ijs se solis non inuidere) libri scripti manu omnes habent negationem, quam tamen multi docti viri putant erudendam. Omnino communis omnium sensus & opinio postulare uidetur, ut deleatur. 10

4 Sed quid est, quòd ei uici Lucceij sint addicti?) sic habet omnibus litteris planè scriptis codex Turnesianus.

5 quàm omnem pecuniam) libri aliquot ueteres, in his Turnesianus, habent, quàm ego A Curio, &c neque habent has duas uoces, omnem pecuniam. Ego uulgatos sequor.

Verba Græca, Latinis expreßa. 15

ἀμεταμέλητος, non pœnitenda.
ποῦ σκάφος τὸ τῶν ἀτρειδῶν, ubi nauigium Atridarum.
σύντομα, compendiosa, concisa.
δήμους, uicos.
ζήτημα, quæstionem. 20

CICERO ATTICO S. 4

Dionysium flagrantem desiderio tui, misi ad te, nec mehercule æquo animo, sed fuit concedendum. quem quidem cognoui cùm doctum (quod mihi iam antè erat notum) tum sanctum, plenum officii, studiosum etiam meę laudis, frugi hominem, ac, ne libertinum laudare videar, planè virum bonum. Pompeium vidi IIII. *idus Decembr. fuimus vnà boras duas fortaße. magna letitia mihi visus est affici meo aduentu: de triumpho hortari, suscipere par-* 25 30

teis suas , monere, ne antè in senatum accederem, quàm rem confecissem, ne dicendis sententiis aliquem tribunum alienarem. Quid quæris? [a] *in hoc iudicio, & officio sermonis nihil potuit esse prolixius. De*
5 *rep. autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus. nihil ad spem concordiæ. planè illum ab se alienatum cùm antè intelligeret, tum verò proximè iudicasse. venisse Hirtium à Cæsare, qui esset illi familiarissimus: ad se non accessisse. Et,*
10 *cùm ille* [b] *ad VIII. Id. Decembr. vesperi venisset, Balbus de tota re* [c] *constituisset,* [d] *ad VII. ad Scipionem ante lucem venisse: multa de nocte* [e] *profectum esse ad Cæsarem. Hoc illi* τεκμηριῶδες, *videbatur esse alienationis. Quid multa? nihil me aliud consolatur,*
15 *nisi quòd illum, cui etiam inimici alterum consulatum, fortuna summam potentiam* [f] *dederit, non arbitror fore tam amentem, vt hęc in discrimen adducat. quod si ruere cœperit, nę ego multa timeo, quæ non audeo scribere. sed, vt nunc est,* [g] *ad III. Non.*
20 *Ian. ad vrbem cogito.*

[a] q. v. c. in hoc officio sermonis n.
[b] L. a. d. VIII.
[c] v. c. constituisset a.
[d] VII. ad Scipionē antem lucem venire: multa n.
d L. a. d. VII.
[e] al. eum prof.
[f] al. dederat,
[g] L. a. d. III

Verba Græca, Latinis expressa.

τεκμηριῶδες, indicium, signum.

CICERO ATTICO S. 5

25 M*Vltas vno tempore accepi epistolas tuas: quæ mihi, quamquam recentiora audiebam ex iis, qui ad me veniebant, tamen erant iucundę. Studium enim, &* [a] *beneuolentiam declarabant.* [b] *Inualetu-*
30 *dine tua moueor: & Piliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio. date*

[a] q. v. c. beniuolentiam
[b] q. v. c. Valitudine tua al. v. c. inualitudine t.

igitur operam, vt valeatis. De Tirone, video tibi curæ esse: quem quidem ego, & si [a] *mirabileis vtilitates mihi præbet, cùm valet, in omni genere vel negotiorum, vel studiorum meorum: tamen propter humanitatem, & modestiam, malò saluum, quàm propter vsum meum. Philogenes mecum nihil vmquam de* [b] *Luscenio locutus est: de ceteris rebus habes Dionysium. Sororem tuam non venisse in Arcanum miror. De Chrysippo meum consilium probari tibi, non molestè fero.* [c] *Ego in Tusculanum nihil sanè hoc tempore. deuium est τοῖς ἀπαντῶσιν, et habet alia δύσχρηστα. Sed de Formiano* [d] *Tarracinam prid. kalendas Ianuar.* [1] *Inde* [e] *Pontinum sumam: inde* [f] *Albanum Pompeii. ita ad vrbem III. Non. natali meo. De rep. quotidie magis timeo. non enim boni,* [g] *vt putaui, consentiunt. quos ego equites R. quos senatores uidi, qui acerrimè cùm cetera, tum hoc iter Pompeii vituperarent? Pace opus est. Ex victoria cùm multa mala, tum certè* [h] *tyrannis exsistet. Sed hæc propediem coràm. Iam planè mihi deest, quid ad te scribam. Nec enim de rep quòd vterque nostrum scit eadem: domestica nota sunt ambobus. Reliquum est iocari, si hic sinat. nam ego is sum, qui, illi concedi, putem vtilius esse, quod postulat, quàm signa conferri. serò enim resistimus ei, quem per annos decem aluimus cōtra nos. Quid sentis igitur? inquis. nihil scilicet, nisi de sententia tua: nec prius quidem, quàm nostrum negotium aut confecerimus, aut deposuerimus. Cura igitur, vt valeas:* [i] *aliquando ἀποτρίψαι quartanam istam diligentia, quæ in te summa est.*

a v.c. mirabilis
b al. Tuscenio
c L. ego in Tusculanū? nihil s.
d al. Terracinam
e L. Pomtinum
f fort. in Albanum P.
g L. vt putant,
h al. tyrannus
i L. & aliq.

5 10 15 20 25 30

ANNOTATIONES.

1 Inde Pontinum ſumam) cod. Turneſianus habet, ſummam: vnde docti quidam legendum putant, inuiſam.

Verba Græca, Latinis expreßa.

5 τοῖς ἀπαντῶσιν, obuiam prodeuntibus.
δύσχρηστα, moleſta, incommoda.
ἀπότριψαι, abſtergito conterito.

CICERO ATTICO S. 6

10 *Planè deeſt [a] quid ad te ſcribam. nota omnia tibi ſunt: nec ipſe habeo, à te [b] quid expectem. Tantùm igitur noſtrum illud [c] ſollemne ſeruemus, vt ne quem iſtuc euntem ſine litteris dimittamus. De rep. valde timeo, nec adhuc ferè inueni, qui non concedendum*
15 *putaret Cæſari, quod poſtularet, potius, quàm depugnandum. Eſt illa quidem impudens poſtulatio, opinione valentior, Cur autem nunc primùm ei [d] reſiſtamus? [e]* οὐ γὰρ ἂν τόδε μεῖζον ἔπει κακόν: *quàm cùm quinquennium prorogabamus, aut cùm, vt abſen-*
20 *tis ratio haberetur, ferebamus. niſi fortè hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. Dices. Quid tu igitur ſenſurus es? Non idem, quod dicturus. ſentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur. Dicam idem, [f] quod Pom-*
25 *ponius: neque id faciam humili animo. Sed rurſus hoc permagnum reip. malum eſt; [g] & quodammodo mihi præter ceteros, non rectum, me in tantis rebus à Pompeio diſſidere. Vale.*

a L. quod
b fort. quod
c ſic v. c.
d al. reſiſtimus?
e L. οὐ γὰρ τοιτόδε.
f L. quod Pompeius:
g fort. at quodammodo

Verba Græca, Latinis expreßa.

30 οὐ γὰρ τοιτόδε μεῖζον ἔπει κακόν, non enim ſanè hoc maius ſequetur malum.

CICERO ATTICO S. 7

DIONYSIVS, VIR OPTIMVS, VT MIHI QVOQVE EST PERSPECTVS, ET DOCTISSIMVS, TVIQVE AMANTISSIMVS, ROMAM VENIT XI. KAL. IAN. ET LITTERAS A TE MIHI REDDIDIT. *Tot enim verba sunt de Dionysio in epistolo tua.* [1] [a] *Illud (puto) non adscribis*, ET TIBI GRATIAS EGIT. *Atqui certè ille agere debuit: & , si eßet factum, quæ tua est humanitas, adscripsisses. Mihi autem nulla de eo* παλινῳδία *datur, propter superioris epistolæ testimonium. Sit igitur sanè bonus vir. hoc enim ipsum bene fecit,* [b] *quòd mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. Philogenes rectè ad te scripsit. curauit enim, quod debuit. eum ego vti ea pecunia volui, quoad liceret. itaque vsus est menses* XIIII. [c] *Pontinum cupio valere:* [d] *& , quòd scribis in vrbem introiße, vereor quid sit. nam id, nisi graui de causa, non fecißet. Ego, quoniam* IIII. *Non. Ian. Compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum* [e] *venire molestus familiæ.* [f] *veniam* III. *Non. Ian. Igitur inde ad vrbem pridie Non. Tua* λῆψις, *quem in diem incurrat, nescio: sed prorsus te commoueri incommodo* [g] *valetudinis tuæ nolo. De honore nostro, nisi quid occultè Cæsar per suos tribunos molitus erit, cetera videntur esse tranquilla. Tranquillissimus autem animus meus: qui totum istuc æqui boni facit: & eo magis, quòd iam à multis audio, constitutum esse Pompeio, & eius consilio, in Siciliam me mittere, quòd imperium habeam. Id*

a L. illud putidius non adscri.

b sic v.c. al. quòd mihi sui penitus cognoscendi etiam facultatem istã dedit

c L. Pomtinum

d fort. &, quòd eum scr.

e L. venire, ne molestus familiæ veniam. III. Nonas Ian. igitur: inde ad

f v.c. valitudinis

Id est ἀβουλευτικόν. [a] *nec senatus decreuit, nec populus iussit me imperium in Sicilia habere. sin hoc resp. ad Pompeium refert: qui me magis,* [z] *quàm priuatum aliquem* [b] *mittat? Itaque, si hoc imperium mi-*
5 *hi molestum erit, vtar ea porta, quam primum videro. Nam quòd scribis, mirificam exspectationem esse mei, neque tamen quemquam bonorum, dubitare, quid sensurus sim: ego, quos tu bonos esse dicas, non intelligo. ipse nullos noui: sed ita, si ordines bono-*
10 *rum quærimus. nam singulares sunt* [c] *boni viri: verum in dissensionibus ordines bonorum, & genera quærenda sunt. Senatum bonum putas, per quem sine imperio prouinciæ sunt? numquam enim Curio sustinuisset, si cum eo agi cœptum esset. quam senten-*
15 *tiam senatus sequi noluit. Ex quo factum est, vt Cæsari non succederetur. An publicanos, qui numquam firmi, sed nunc Cæsari sunt amicissimi? An fœneratores? an agricolas? quib. optatissimum est otium. nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id numquam,*
20 *dummodò otiosi essent, recusarent. Quid ergo? Exercitum retinentis, cùm legis* [d] *diem transierit, rationem haberi placet? mihi verò ne absentis quidem: sed, cùm id datum est, illud vnà datum est. annorum decem imperium, & ita latum, placet?* [e] *Placet igitur*
25 *etiam me expulsum? & agrum Campanum periisse? et adoptatum patricium à plebeio? Gaditanum à Mitylenæo? & Labieni diuitiæ, & Mamurræ placent? & Balbi horti, & Tusculanum? Sed horum omnium fons vnus est. Imbecillo resistendum fuit, et id erat fa-*
30 *cile. Nunc legiones XI. equitatus tantus, quantum volet: Transpadani,* [f] *plebes vrbana, tot tribuni pleb.*

tam

[a] L. nec .n. sen. & ita v. c.

[b] fort. mittit?

[c] L. boni viri, multi. verum

[d] L. dies tr. & ita v. c.

[e] L. Placeat igitur etiam, me expulsum: & agr. Camp. periisse: & adopt. patr. à plebeio: Gad à Mitylenæo: & Lab. diuit. placeant: & B. h. & Tusculanum. Sed h.

[f] v. c. plebes

tam perdita iuventus, tanta auctoritate dux, tantæ audacia: cum hoc aut depugnandum est, aut habenda è lege ratio. Depugna, inquis, potius quàm seruias. Vt quid? si victus eris, proscribare? si viceris, tamen seruias? Quid ergo, inquis, [a] *acturus es? Idem, quod pecudes: quę dispulsæ, sui generis sequuntur greges. vt bos armenta, sic ego bonos viros, aut eos, quicumq. dicentur boni, sequar, etiam si ruent. Quid sit optimum, malè contractis rebus, planè video. Nemini est enim exploratum, cùm ad arma ventum est, quid futurum sit. At illud, omnibus: si boni victi sint, nec in cæde principum clementiorem hunc fore, quàm Cinna fuerit. nec moderatiorem,* [b] *quàm Sulla, in pecuniis locupletium.* ἐμπολιτεύομαι *iamdudum: & facerem diutius, nisi me lucerna desereret. Ad summam, dic M. Tulli.* [c] *aßentiar Cn. Pompeio, id est, T. Pomponio. Alexim, humanissimum puerum, nisi fortè, dum ego absum, adolescens factus est (id enim agere videbatur) saluere iubeas velim.*

a fort. facturus es?

b v.c. quàm Sullam,

c L. assentior & ita v. c.

ANNOTATIONES.

1 Illud puditius non ascribis) sic restituendum hunc locum existimaui, & minus longè discedens ab antiqua scriptura. putato, quàm qui, priuatius, reposuerunt, & multo commodiorem sententiam exprimens. Putidum enim appellant Latini translatè, quod est ineptum, longè arcessitum, molestum, odiosum, ad assentationem apertè comparatum, nimis exquisitum, elaboratum. Licet tamen etiam legere, putidum.

2 quàm priuatum aliquem mittat?) codex Turnesianus habet: mittit? & paucis post, vbi vulgati habent, quid sensurus sim, ille, quid facturus sim.

Verba Græca, Latinis expressa.

παλινῳδία, cantus contrarius.

λῆψις, quartanæ impetus.

ἀβδηριτικὸν, Abderiticum, stultum.

ἐμπολιτεύομαι, tecum de rep. disputo.

CICE-

CICERO ATTICO S. 8

QVid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? Suspicionem autẽ eo mihi maiorem tua taciturni-
5 tas attulerat, quòd & tu soles conglutinare amicitias testimoniis tuis, & illum aliter cum aliis de nobis locutum audiebam: sed prorsus ita esse, vt scribis, mihi persuades. itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis. Diem tuum ego quoque ex epistola qua-
10 dam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram, & animaduerteram [a] posse, pro re nata, te non incommodè ad me in Albanum venire III. nonas Ian. Sed, amabo te, nihil incommodo valetudinis feceris. Quid enim est tantum in uno, aut altero die?
15 Dolabelllam video Liuiæ testamento cum duobus coheredibus esse in triente. sed iuberi mutare nomen. Est πολιτικὸν σκέμμα, rectumne sit nobili adolescenti, mutare nomen mulieris testamento. Sed id φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, cùm sciemus, quantum quasi sit in
20 trientis triente. Quòd putasti fore, vt antè, quàm istuc venirem, Pompeium viderem, factum est ita. Nam VI. Kalendas ad Lauernium me consecutus est. Vnà Formias venimus, & ab hora octaua ad vesperum secretò collocuti sumus. Quòd quæris, [b] ecquæ spes
25 pacificationis sit: quantum ex Pompeii multo, & accurato sermone perspexi, ne voluntas quidem est. Sic enim existimat, si ille vel dimisso exercitu COS. factus sit, σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore: atque etiam putat, eũ cùm audierit contra se diligenter parari, consulatum
30 hoc anno neglecturum, ac potius exercitum, prouinciamque retenturum. sin autem ille fureret: uehementer homi-

[a] fort. posse te, pro re nata, non inc.

[b] L. ecqua

hominem contemnebat, & suis, & reip. copiis confidebat. Quid quæris? etsi mihi crebrò ξυνὸς ἐνυάλιος *occurrebat, tamen leuabar cura, virum fortem, & peritum, & plurimùm auctoritate valentem audiens,* πολιτικῶς *de pacis simulatæ periculis disserentem.* 5
Habebamus autem in manibus Antonii contionem, habitam X. kalendas Ian. in qua erat accusatio Pompeii vsque à toga pura: querela de damnatis: terror armorum. In quibus ille, Quid censes, aiebat, facturum esse ipsum, si in possessionem reip. venerit, 10
cùm hęc quæstor eius, infirmus, & inops, audeat dicere? Quid multa? non modò non expetere pacem istam, sed etiam timere [a] *visus est.* [2] *Ex illa autem sententiam ira relinquendæ vrbis, mouet hominem, vt puto. Mihi autem illud molestissimum est, quòd* 15
soluendi sunt nummi Cæsari, & instrumentum trium phi eò conferendum. Est enim ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην *esse. Sed hęc, & multa alia coràm.*

a L. visus est. Illa mea sententia nō relinq. vrbis,

ANNOTATIONES. 20

1 an mihi nutus tus &c. codex Turnesianus, & nonnulli ex Memmianis habent, An mihi notus tus: quod eò adscripsi, vt meminerit lector, scriptores illos librarios sæpe scripsisse o, pro, u. & contrà. vt hic, notus, pro, nutus: & contrà, adulescens, pro, adolescens, epistu la, pro epistola.

2 Illa mea sententia non relinquendę vrbis) Octauii Pantagathi coniectura approbata, sic edendum curaui. nihil enim, mea quidem sententia, ad hunc locum excogitari potest accommodatius. adde quòd non nimis longè ab antiqua scriptura discedit. nam quòd ad negationem attinet, cuius nulla apparent in libris antiquis vestigia, quàm sæpè experti sumus, à librarijs illis esse prætermissam? Iam, ira, seu, ita, puto esse extremas litteras vocis, sententia, deprauatas, ita, hinc, ita, vnde, ira: quod est in vulgatis. autem, pro, mea, non est incredibile, neque nouum ab eisdem esse scriptum. 30

Verba

Verba Græca, Latinis expressa.

πολιτικὸν σκέμμα, ciuilis consideratio.
φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, sapientibus dijudicabimus.
5 σύγχυσιν τῆς πολιτείας, confusionem reip.
ξυνὸς ἐνυάλιος, communis Mars.
πολιτικῶς, ciuiliter.
ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην, deforme, & turpe est, aduersantem cuipiam in rep. debitorem eius esse.

10 CICERO ATTICO S. 9

Quotidie ne, inquis, à te accipiendæ litteræ sunt? si habebo, cui dem, quotidie. At iam ipse ades. Tum igitur, cùm venero, desinam. Vnas video 15 *mihi à te non esse redditas, quas L. Quinctius, familiaris meus, cùm ferret, ad Bustum* [a] *Basilii, vulneratus, & despoliatus est. videbis igitur, numquid fuerit in his, quod me scire opus sit. Et simul tu hoc* διακρινήσεις πρόβλημα, *sanè* πολιτικόν: *cùm sit ne-* 20 *cesse aut haberi Cæsaris rationem, illo exercitum, vel per senatum, vel per tribunos plebis obtinente: aut per suaderi Cæsari, vt tradat prouinciam, atq. exercitũ, & ita* COS *fiat: aut,* [b] *si id non persuadeatur, haberi comitia sine illius ratione, illo patiente, atq. obtinente* [c] 25 *prouinciam: aut, si per tribunos pleb. non patiatur, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum: aut, si ob eam causam, quòd ratio eius non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere: illum autem initium facere armorum, aut statim nobis minùs paratis, aut tum, cùm comitiis, amicis eius postulanti-* 30 *bus, vt è lege ratio habeatur, impetratum non sit: ire au-*

a L. Basili uuln.
b L. si id ei non p.
c fort. & tamen

tem ad arma aut hanc unam ob causam, quòd ratio non habeatur: aut addita causa, si fortè tribunus pleb. senatum impediens, aut populum incitans, notatus, aut S. C. circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit, dicensue se expulsum, ad illum confugerit: suscepto autem bello, aut tenenda sit urbs, aut ea relicta, [a] ille à commeatu, & reliquis copiis intercludendus: quod horum malorum, quorum aliquod certè subeundum est, minimum putes. Dices profectò, persuaderi illi, [b] vt tradat exercitum, & ita COS. *fiat. Est omnino id eiusmodi, ut, si ille eò descendat, contrà dici nihil possit: idq́, eum, si non obtinet, ut ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. Nobis autē, ut quidam putant, [c] nihil est timendum magis, quàm ille* COS. *Ac sic malo, inquies, quàm cum exercitu. sed istuc [d] ipsum sic, o magnum malum, putat aliquis: neque ei remedium est ullum. cedendum est, si id uolet. Vide consulem illum iterum, quem uidisti consulatu priore. At tum imbecillus, plus, inquis, ualuit, quam tota resp. Quid nunc putas? Et eo* COS. *Pompeio certum est esse in Hispania. O rem miseram, si quidem idipsum deterrimum est, quod recusari non potest: &, quod ille si faciat, [e] iamiam à bonis omnibus summam ineat gratiam. tollamus igitur hoc, quò illum posse adduci negant. De reliquis, quid est deterrimum? concedere illi, quod, ut idem dicit, impudentissimè postulat. Nam quid impudentius? Tenuisti prouinciam per decem annos, non tibi à senatu, sed à te ipso, per uim, & per factionem datos. Præteriit tempus legitimum non legis, sed libidinis tuæ: fac tamen legis. ut succedatur, decernitur. impedis,*

[a] al. ille commeatu, & rel.

[b] fort. ut tradat prouinciam, atque exerc.

[c] al. nihil est tim.

[d] fort. ipsum sic, magnum, putet aliquis: fort. ipsum sic, O magnum malum, dicat aliquis:

[e] al. iam à bon.

dis, & ais, Habe mei rationem. Habe tu nostrum exercitum tu habeas diutius, quàm populus iussit, inuito senatu? Depugnes oportet, nisi concedis. Cum bona quidem spe, vt ait idem, vel vincendi, vel in libertate moriendi. Iam si pugnandum est, quo tempore, in casu: quo consilio, in temporibus situm est. Itaq. te in ea quęstione non exerceo. Ad ea, quę dixi, affer, si quid habes. Equidem dies, nocteisq. torqueor.

ANNOTATIONES.

1 Sed istuc ipsum sic, o magn.) Assentior Manutio, tollendum esse o, si legatur, putat, siue, putet, potiùs. sed malim, quia reperitur in omnibus libris manuscr. retineri, & legi, dicat aliquis, pro, putat aliquis: quod & Malæspinæ uenit in mentem. non est autem quòd quis mihi dicat, nimis hoc remotum esse ab antiqua, & recepta scriptura nam d, est, p, inuersum. i autem pro, u. & contrà sæpe scribi solet in libris manuscri. Præterea ex, picat, facile factum est, pitat deinde ex, pitat, putat.

Verba Græca, Latinis expressa.

διευκρινήσεις πρόβλημα sanè πολιτικόν, explicabis quęstionem sanè ciuilem.

CICERO ATTICO S. 10

SVbitò consilium cepi, aut antè, quàm luceret, exirem, nequi conspectus fieret, aut sermo, lictoribus præsertim laureatis. De reliquo, neque hercule quid agam, nec quid acturus sim, scio, ita sum perturbatus temeritate nostri amenissimi consilii. Tibi verò quid suadeam, cuius ipse consilium exspecto? Cn. noster quid consilii ceperit: capiatue, nescio, [1] adhuc in oppidis[a] coarctatus, [b] & stupent omnes. Si in Italia consistat, erimus vnà. sin cedet, consilii res est. Adhuc certè (nisi ego insanio) stultè omnia, & incautè. Tu, quęso, crebrò ad me scribe, vel, quod in buccam venerit.

a L. & v.c. coartatus, b L. & stupens. Omnes, si in Italia cons

ANNOTATIONES.

1 adhuc in oppidis coartatus, &c.) Non potui tantum omnium librorum ueterum consensum negligere, multo minùs aspernari, qui ad unum sic habent, coartatus, & stupens: certè, ne mentiar, coartatus, sed stapens. Verùm, sed, pro, &, facile & crebrum librariorum illorum peccatum: præsertim cùm proximè antecedat, s. sequitur deinceps, Omnes, si in Italia conf. &c. ut, omnes, cohæreat cum, erimus: & significentur Pompeiani, seu, quod idem ualet, alieni à Cæsare.

CICERO ATTICO S. II

Quæso, quid hoc est, aut quid agitur? mihi enim tenebræ sunt. Cingulum, [a] *inquit, nos tenemus: Anconem amisimus: Labienus discessit ab Cæsare. vtrùm de imperatore populi R. an de Hannibale* [b] *loquimur? O hominem amentem, & miserum, qui ne vmbram quidem vmquam* τοῦ καλοῦ *viderit. Atque hæc ait omnia facere se dignitatis causa. Vbi est autem dignitas,* [1] *nisi vbi* [c] *honestas? Num honestum igitur, habere exercitum nullo publico consilio? occupare vrbeis ciuium, quo facilior sit aditus ad patriam?* χρεῶν ἀποκοπὰς, φυγάδων καθόδους, *sexcenta alia moliri.* [d] τὴν θεῶν μεγίστην, [e] ὥς' ἔχειν τυραννίδα? *Sibi habeat suam fortunam. Vnam mehercule tecum apricationem in illo* [f] *Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istiusmodi regna: vel potiùs mori millies, quàm semel* [g] *illiusmodi quidquam cogitare. Quid si tu velis, inquis? Agè, quis est, cui velle non liceat? Sed ego hoc ipsum velle, miserius esse duco, quàm in crucem tolli. Vna res est ea miserior, adipisci, quod ita volueris. Sed hæc hactenus. Libenter enim in his molestiis* ἐγχολάζωσι. *Redeamus ad nostrum. Per fortunas, quale tibi consilium Pompeii videtur? Hoc quæro, quòd vrbem reliquerit. Ego enim* ἀπορῶ. *tum nihil absurdius. Vrbem tu relinquas*

a al. inquis,
b al. loquuntur?
c L. honestas? Honestum igitur hab.
d L. θεῶν μ.
e L. ὥς'
f fort. Lucretili
g al. istiusmodi

quas? Ergo idem, si Galli venirent. Non est, inquit, in parietibus resp. [1] [a] *At in aris, & focis. Fecit idem Themistocles. Fluctum enim totius barbariæ ferre vrbs vna non poterat. At idem Pericles non*
5 *fecit annum ferè post quinquagesimum, cùm præter mœnia nihil teneret. Nostri olim, Vrbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt.* οὕτω πρόσθεν ἐπευ τόμεϑα κλέα ἀνδρῶν. *Rursus autem ex dolore municipali, sermonibusq́. eorum, quos conuenio, videtur*
10 *hoc consilium exitum habiturum. Mira hominum querela est, (nescio istic, sed facies, vt sciam) sine senatu. Fugiens denique Pompeius mirabiliter homines mouet. Quid quæris?* [b] *alia causa facta est: nihil iam concedendum putant Cæsari. Hæc tu mihi expli-*
15 *ca, qualia sint. ego negotio præsum non turbulento. vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc* [c] *Campana, & maritima ora habeat* ἐπίσκοπον, *ad quem* [d] *delectus, & summa negotii referatur. itaque vagus esse cogitabam. Te puto iam videre, quæ sit* ὁρμὴ
20 *Cæsaris: qui populus, qui totius negotii status. ea velim scribas ad me: & quidem, quoniam mutabilia sunt, quàm sæpissimè. acquiesco enim, & scribens ad te, & legens tua. Vale.*

a al. Sed in aris,

b al. alia cā facta: n.

c v.c. Campania,

d L. dilectus,

ANNOTATIONES.

25
1 nisi ubi honesta? Honestum igitur, &c.) sic edidi, reiecta vulgata scriptura, Num honestum igitur, &c. quamuis sit probabilis, & speciosa. Sed mouit me codicum manuscript. auctoritas: qui habent pro, Num honestum igitur, &c. nisi hon. Ex hac scilicet uitiosa scriptura, sic esse legendum, ut edidi, iudicaui, hac ratione fretus, quòd particula, nisi, iterata sit aberrante scriptore, propterea quòd eadem uox paullo antè posita est, ibi, nisi ubi
30 honestas? cùm à Cicerone semel & illo loco tantùm posita sit, non etiam hic, ubi habent eam libri vulgati.

2 At in aris, & focis.) responsio est Ciceronis, qua soluit rationem Pompeii, qui dicat, non esse in parietibus remp. hoc modo: demum, in parietibus non esse remp. At est in aris, & focis: pro quibus pugnare ciues fortes, & uiri boni debent.

Verba Græca, Latinis expressa.

τοῦκαλοῦ, honesti:

χρεῶν ἀποκοπὰς, φυγάδων καθόδους, tabulas nouas, exsulum reditus.

τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα, deorum maximam ut obtineat tyrannidem.

ἐνσχολάζωσοι, scholas tibi explico.

ἀπορῶ, dubito.

οὕτωπου τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθακλέα ἀνδρῶν, sic sanè superiorum audiebamus laudes virorum.

ἐπίσκοπον, speculatorem, custodem.

ὁρμὴ, impetus.

CICRO ATTICO S. 12

VNam adhuc à te epistolam acceperam, datam XII. [a] *Kalendas Jun. in qua significabatur, aliam te antè dedisse, quam non acceperam. Sed quæso, vt scribas quàm sæpissimè, non modò si quid scies, aut audieris, sed etiam si quid suspicabere: maximeque quid nobis* [b] *faciundum, aut non faciundum* [c] *putes. Nam quod rogas, curem ut scias, quid Pompeius agat: ne ipsum quidem scire puto: nostrum quidem nemo. Vidi Lentulum* COS. *Formiis* [d] x. *kalendas Jan. uidi Libonem. plena timoris,* [e] *& terroris omnia. ille iter Larinum. ibi enim cohortes, & Luceriæ, & Theani:* [f] *reliquæ in Apulia. Inde, utrùm consistere uspiam uelit, an mare transire, nescitur. Si manet, uereor, ne exercitum firmum habere non possit. sin discedit: quò, aut quà,* [g] *aut quid nobis agendum sit, nescio. Nam istum quidē, cuius* φαλαρισμὸν *times,*

a al. kalendas Febr.
b L. faciendum, aut non faciendum p.
c q.v.c. putas.
d L. x Kalendas, vidi Lib.
e L. & erroris omn.
f L reliquaque in Apulia.
g L. aut qd nobis agendum est? Nam ist.

times, omnia tæterrimè facturum puto, [a] *Nec enim rerum prolatiô, nec senatus, magistratumque discessus, nec ærarium clausum tardabit. Sed hęc, vt scribis, citò sciemus. Interim velim mihi ignoscas,* [b] *quòd ad te scribo tam multa toties. acquiesco enim, & tuas volo elicere litteras, maximeque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram:* [c] *demittamne me penitus in causam (non deterreor periculo, sed* [d] *disrumpor dolore.* [1] [e] *tamne nullo consilio, aut tam contra meum consilium gesta esse omnia?) an cuncter, & tergiuerser, & iis me dem, qui tenent, qui potiuntur.* αἰδέομαι Τρῶας. *Nec solùm ciuis, sed etiam amici officio reuocor: & si frangor sæpe misericordia puerorum. Vt igitur ita perturbato, & si te eadem sollicitant, scribe aliquid, & maximè, si Pompeius Italia cedit, quid nobis agendum putes. M. quidem Lepidus (nam fuimus vnà) eum finem statuit. L. Torquatus eundem. Me cùm multa, tum etiam lictores impediunt. nihil vidi vmquam, quod minùs explicari posset. Itaque à te nihil dum certi exquiro, sed quid videatur. Denique ipsam ἀπορίαν tuam cupio cognoscere. Labienum ab illo discessisse propemodum cõstat. Si ita factum esset, vt ille Romam veniens, magistratum Romæ offenderet, magno vsui causæ nostrę fuisset, damnasse enim sceleris hominem amicum, reip. causa videntur: quod nunc quoque videtur. sed minùs prodest. non enim habet, cui prosit, eumq́ue arbitror pœnitere. nisi fortè idipsum est falsum, discessisse illum. nos quidem pro certo habebamus. Et velim (quamquam, vt scribis, domesticis te finibus tenes) formam mihi Vrbis exponas, ecquod Pompeii desiderium,*

a L. Nec eû rer.
b q.v. c. adquiesco
c L. dimittam ne
d q.v. c. dirumpor
e L. tã nullo c.

a al. ecqua

rium, [a] ecquæ Cæsaris inuidia appareat: etiam quid censeas de Terentia, et Tullia: Romę eas esse, an mecum, an aliquo tuto loco. Et hæc, & siquid aliud, ad me scribas velim, vel potius scriptites. Vale.

ANNOTATIONES. 5

1 tamne nullo consilio, &c) Negat Malaspina in vllis suis codicibus antiquis reperiri, ne. at ego testor in Turnesiano, & nonnullis aliis nostris comparere. in eisque ita legi, vt in vulgatis tamne nullo consil. Quare nihil mutaui. Idem tamen fateor, ne, posse abesse, sine sententię detrimento.

Verba Græca, Latinis expressa. 10

φαλαρισμὸν, Phalaridis imitationem, sæuitiam.
αἰδέομαι Τρῶας, vereor Troianos.
ἀπορίαν, dubitationem.

CICERO ATTICO S. 13

DE Vennonianis rebus tibi assentior. Labienum 15 *ἥρωα iudicio facinus iamdiu nullum ciuile præclarius: qui, vt aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem. sed etiam ad summam profectum aliquid puto. Amo etiam Pisonem, cuius iudicium de genero suspicor visum iri graue. [1] quamquam genus [a]* 20 *belli quod sit, vides. Ita ciuile est, vt non ex ciuium dissensione, sed ex vnius perditi ciuis audacia natum sit. [b] Is autem valet. Exercitum tenet [c] multa spe, & promissis. omnia omnium concupiuit: huic tradita vrbs est, nuda præsidio, referta copiis. Quid est,* 25 *quod ab eo non metuas, qui illa templa & tecta, non patriam, sed prædam putet? Quid autem sit acturus, aut quomodo, nescio. sine senatu, sine magistratu, ne simulare quidem poterit quidquam πολιτικῶς. Nos autem vbi exsurgere poterimus, aut quando? quorum dux quàm ἀστρατήγητος, tu quoque animaduer-* 30 *tis,*

a L. totius belli

b al. Is aũt valet exercitu: tenet multos spe, & promissis.

c v. c. multos spe, & pr.

tis, cui ne Picena quidem nota fuerint. [1] [a] quàm item sine consilio res stet. ut enim alia omittam decem annorum peccata, quę condicio non huic fugæ præstitit? Nec verò nunc, quid cogitet, scio: ac non desino per
5 litteras sciscitari. Nihil esse timidius constat, nihil perturbatius. itaque nec pręsidium, cuius parandi causa ad vrbem retentus est, nec locum, ac sedem pręsidii vllam video. Spes omnis in duabus inuidiosè retentis, pęne alienis legionibus. nam [b] delectus ad-
10 huc quidem inuitorum est, & à pugnando abhorrentium. Condicionum autem amissum tempus est. Quid futurum sit, non video. commissum quidem à nobis certè est, siue à nostro duce, vt è portu sine gubernaculis egressi, tempestati nos traderemus. Itaque de Cice-
15 ronibus nostris dubito quid agam. nam mihi interdum amandandi videntur in Græciam. Tullia autem, & Terentia, [3] cùm mihi barbarorum aduentus ad vrbem proponitur, omnia timeo. Cùm autem Dolabellæ venit in mentem, paullùm respiro. Sed velim conside-
20 res, quid faciendum putes. Primum πρὸς τὸ ἀσφαλές. aliter enim mihi de illis, ac de me ipso, consulendum est: Deinde [c] ad opiniones, ne reprehendamur, quòd eas Romę velimus esse in communi bonorum fuga. Quin etiam tibi, & Peducæo (scripsit enim ad me)
25 quid faciatis, videndum est. is enim splendor est vestrûm, vt eadem postulentur à vobis, quæ ab amplissimis ciuibus. Sed de hoc tu videbis: [d] quippe [4] cùm de ipso, ac de me ista considerare velim. Reliquum est, vt, & quid agatur, quoad poteris, explores, scribasq.
30 ad me, & quid ipse coniectura assequare, quod etiam à te magis exspecto. nam, acta omnibus nuntianti-

a L. ... autem sine consilio, res testis. Vt.n. al.

b L. dilectus

c al. πρὸς τὰς δόξας

d L. quippe cùm de meipso, ac de meis, te considerare v.

bus, à te exspecto futura. μάντις δ' ἄριστος. Loquacitati ignosces, quæ & me leuat, ad te quidem scribentem, & elicit tuas litteras. Aenigma Oppiorum ex Velia, planè non intellexi. est enim numero Platonis obscurius. iam intellexi tuum ænigma. Oppios enim de Velia, Saccones dicis. 5 *a in eo æstu aut die: quo aperto reliqua patebant, & cum Terentiæ summa congruebant. L. Cęsarem vidi Minturnis b ad VIII. kal. Febr. manè cùm absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, vt id ipsum mihi ille videbatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit: nisi fortè non dedit, & hic, sermone aliquo arrepto, pro mandatis abusus est. Labienus, vir, mea sententia, magnus, c Theanum venit d ad VIIII. kal. Febr. ibi Pompeium, consulesque conuenit. qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te, cùm certum sciam. Pompeius ab e Theano Larium versus profectus est f ad VIII. kalendas. Eo die mansit Venafri. Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus: sed ego nondum habeo, quid ad te ex his locis scribam. ista magis exspecto, quid g illinc afferatur, quo pacto de Labieno h feras: quid agat Domitius in Marsis, i Tignii Thermus. P. Attius Cinguli: quæ sit populi vrbani voluntas, quę tua coniectura de reb. futuris. Hæc velim crebrò, & quid tibi de mulierib. nostris placeat, & quid acturus ipse sis, scribas. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictaui propter lippitudinem.*

a L. in eo æstuaui diu:
b L. a. d. VII.
c v. c. Teanum
d L. a. d. VIIII.
e v. c. Teano
f L. a. d. VIII. kal.
g v. c. illim
h L. ferat:
i fort. Iguuij

10 15 20 25 30

ANNO

ANNOTATIONES.

1 quamquam genus belli, &c.) Codex Turnes. habet, quamquam totius belli quod sit, &c. & supra uocem, totius, quod subiecta linea, quasi damnatum, ac deletum est, habet scriptum, genus. Ex quo licet suspicari sic legendum, ut in uulgatis, quamquam genus totius belli, &c Nonnulli contrà, in quibus olim fui, putant utrámque uocem esse Ciceronis, & legendum, genus totius belli, &c.

5

2 quàm autem sine consilio, res testis.) Hæc antiqua, & uera scriptura, quam reperimus expressam in codice Turnesiano. quæ quanto præstet uulgatæ, quàm item sine consilio res stet, uel ulli omnino cuiusquam coniecturæ, ostendere non est necesse.

10

3 cùm mihi barbarorum aduentus ad urbem) codices Memmiani non habent, ad vrbem.

4 cùm de me ipso, ac de meis te conf.) sic restitui ex codice Turnes. qui sic habet, cùm de me ipso, ac de me iste confid. Quid facilius, quàm ex, de me iste, facere, de meis, te &c? Vulgatam uerò mendosam esse, cùm per se cuiuis non tardissimo cognoscere licet, tum scriptura antiqua, quæ habet, cùm de me ipso, peruincit. Nam si antè positum est, de me ipso, frustra ponitur postea, de me ista, &c.

15

5 in eo æstuaui diu.) nullius aut industriam insector, aut ingenium contemno. Verumtamen Hugolini Martellij Florentini, uiri docti, quicum diu uixi, quem amo, à quo denique me amari scio, coniecturam non probo: qui sic putat hic esse legendum, in eo æstu aut diu: ubi subintelligit, fui. ego leuissima immutatione facta sic emendo, in eo æstuaui diu. nempe ex, æstu-aut, facio, æstuaui plura non dico. neque Martellij coniecturam refellere, neque meam confirmare necesse habeo. se utraq. ipsa per se defendat. Cùm hic locus quatuor iam fere mensibus ante ita impressus esset, Adr. Turnebus in aduersariorum, tomo secundo, hanc eandem coniecturam hoc loco fecit, ex codice Turnesiano; quem à me vtendum petierat. Quàm facile autem sit coniecturam facere de re iam explicata, transacta, & præterita, nemo est, qui non uideat.

20

6 & quid acturus ipse sis, scribas.) codex Turnesianus, & nonnulli alij non habent uerbum, scribas, Paullo antè autem, ubi libri uulgati habent, quid agat Domitius in Marsis, Tignij Thermis, &c. codex Turnesian. habet, quid agat Domitius in Marcesis, Igui Thermus. quæ scriptura comprobat Malaspinæ coniectuam, qui pro, Tiguij, legendum uidit, Iguuij.

25

30

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀστρατήγητος, ignarus artis imperatoriæ.
πρὸς τὸ ἀσφαλὲς, ad securitatem.
μάντις δ' ἄριστος, uates autem optimus.

CICERO ATTICO S. 14

A. D. V I. *Kalend. Febr. Capuam Calib. proficiscens cùm leuiter lippirem, has litteras dedi. L. Cæsar mandata Cæsaris detulit ad Pompeium* [a] *ad* V I I I. *Kalēdas, cùm is esset cū* COSS. [b] *Theani. Probata condicio est, sed ita, vt ille* [c] *de his oppidis, quę extra suam prouinciam occupauisset, pręsidia deduceret. Id si fecisset, responsum est, ad vrbem nos redituros esse, & rem per senatum confecturos. Spero etiam in præsentia pacem nos habere. nam & illum furoris, & hunc nostrum copiarum suppœnitet. Me Pompeius Capuam venire voluit, & adiuuare* [d] *delectum: in quo parum prolixè respondent Campani Coloni. Gladiatores Cęsaris, qui Capuę sunt, de quib. antè ad te falsum* [e] *ex Torquati litteris scripseram, sanè commodè Pompeius distribuit, binos singulis patribus familiarum.* [f] *Secutorum in ludo* ıↃↃ. *fuerunt. eruptionem facturi fuisse dicebantur. Sanè multùm in eo reip. prouisum est. De mulierib. nostris, in quib. est tua soror, quæso, videas, vt satis honestum nobis sit, eas Romæ esse, cùm cetetę ylla dignitate discesserint. Hoc scripsi ad eas, & ad te ipsum antea. Velim eas cohortere, vt exeant, præsertim cum ea* [g] *præsidia in ora maritima habeamus,* [h] *cui ego præsum, ut in his pro re nata non incommodè possint esse. nā si quid offendimus in genero nostro, quod quidem ego præstare non debeo,*

a L. a. d. VIII.
b v. c. Teani.
c L. de jis
d L. dilectum:
e L. ex A. Torqu.
f al. scutorum
g L. prædia & ita v. c.
h v. c. quoi

5 10 15 20 25 30

debeo, id fit maius, quòd mulieres nostrę, præter ceteras, Romæ remanserunt. Tu ipse cum Sexto, scire uelim, quid cogites de exeundo, de totaq. re quid existimes. Equidem ad pacem hortari non desino, quę
5 *uel iniusta utilior est, quàm* [a] *iustissimum bellum. Sed hæc, ut fors tulerit: Vale.*

a L. iustissimum bellū cum ciuib. Sed

ANNOTATIONES.

1 cùm leuiter lippirem) libri manuscrip. habent partim, leueriter, partim, leuenter: unde putabam legendum, fluenter, quod aduerbium cur reijciamus, non uideo.

10 2 & hunc nostrum copiarum suppœnitet.) in Memmiano uno cod. adscriptum est ad oram libri, nostrarum, pro nostrum, quod est in epistolæ contextu.

CICERO ATTICO S. 15

Vt ab urbe discessi, nullū adhuc intermisi diem,
15 *quin aliquid ad te litterarum darem,* [a] *non quòd haberem magnopere quid scriberem, sed ut loquerer tecum absens: quo mihi, cùm coràm id non* [b] *liceret, nihil est iucundius. Capuam cùm uenissem* [c] *ad VI. kal. prid. quàm has literas dedi,* COSS. *conueni,*
20 *multosque nostri ordinis. Omnes cupiebant, Cæsarem, abductis præsidiis, stare condicionibus iis, quas tulisset: uni Fauonio leges ab illo nobis imponi non placebat:* 1 [d] *sed is auditus in consilio. Cato enim ipse iam seruire, quàm pugnare mauult: sed tamen ait*
25 *in senatu se adesse uelle, cùm de condicionibus agatur, si Cæsar adductus sit, vt præsidia deducat. Ita, quod maximè opus est, in Siciliam ire non curat: quod metuo ne obsit. in senatu esse vult. Postumus autem, de quo nominatim senatus decreuit, ut statim*
30 *in Siciliam iret,* [e] *Fufanoque succederet,* [f] *negat se iturum sine Catone, & suam in senatu operam, auctoritatemq.*

a al. non quò

b Licet,

c L. a. d. VI kalend.

d L. sed uix auditus

e L. Furfanoq. succ.

f al. negat se sine Catone iturum, & c.

temq. magni æstimat. Ita res ad Fannium peruenit. is cum imperio in Siciliam præmittitur. In disputationibus nostris summa varietas est. Plerique negant, Cæsarem in condicione mansurum: postulataque hæc ab eo interposita esse, quo minùs, quod opus esset ad 5 *bellum, à nobis pararetur. ego autem eum puto facturum, vt præsidia deducat. Vicerit enim, si cos. factus erit, & minori scelere vicerit,* [a] *quàm quo est ingressus. sed accipienda* [b] *plaga est. sumus enim flagitiosè imparati cùm à militibus, tum à pecunia:* 10 *quam quidem omnem, non modò priuatam, quæ in vrbe est, sed etiam publicam,* [c] *quæ in ærario, illi reliquimus. Pompeius ad legiones* [d] *Actianas est profectus, Labienum secum habet. Ego tuas opiniones de his rebus exspecto. Formias me continuò recipere* 15 *cogitabam. Vale.*

a v.c. quàm quo ingressus est.
b v.c. plaga'st.
c L. quæ in ærario est, v. c. quæ in ærario'st,
d q. v.c. Atinianas

A N N O T A T I O N E S.

1 sed uix auditus in cons.) sic edendum curaui, Malæspinæ coniecturam secutus: qui pro, is, quod est in libris omnibus, scribendum existimat, uix. meo iudicio, rectè. Sim. Bosius tamen, sic potiùs, sed is haud auditus in consilio. quod minùs probo. 20

CICERO ATTICO S. 16

Omneis [a] *arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas præposterè, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentiam. De mandatis Cæsaris, ad-* 25 *uentuque Labieni, & responsis coss. ad Pompeium, scripsi ad te litteris iis, quas* [b] *ad v. kalendas Capua dedi: pluraque præterea in eandem epistolam conieci. Nunc has exspectationes habemus duas: vnam, quid Cæsar acturus sit, cùm acceperit ea, quæ* 30 *referenda ad illum data sunt L. Cæsari: alteram, quid Pom-*

a v.c. Omnis
b v.c. a d. v.

Pompeius agat: qui quidem ad me scribit, paucis diebus se firmum exercitum habiturum: spemque affert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romam redituros esse. Labienum secum habet, non dubitantem de [a] imbecillitate Cęsaris copiarum: cuius aduentu [b] Cn. noster multo animi plus habet. Nos à coss. Capuam venire iussi sumus [c] ad Non. Febr. Capua profectus sum Formias [d] ad III. kalend. Eo die, cùm Calibus tuas litteras hora ferè nona accepissem, has statim dedi. De Terentia, & Tullia tibi assentior: ad quas scripseram, ad te vt referrent. si nondum profectæ sunt, nihil est, quòd se moueant, quoad perspiciamus, [e] quo loci sit res. Tuæ litteræ mihi gratę, iucundęque sunt. De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, cùm fuga ex Italia quæri videbatur. nos enim Hispaniam peteremus. illis hoc æquè commodum non erat. Tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi videris Romæ rectè esse posse. etenim minimè amici Pompeio nostro esse debetis. nemo enim vmquam tantùm de urbanis [f] præsidiis detraxit. Videsne me etiam iocari? Scire iam te oportet, L. Cęsar quæ responsa referat à Pompeio, quas ab eodem ad Cæsarem ferat litteras. Scriptæ enim, & datæ ita sunt, vt proponerentur in publico. In quo accusaui mecum ipse Pompeium, qui, cùm scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus venturę essent, [g] Sextio nostro scribendas dederit. Itaque nihil vmquam legi scriptum σηστιωδέστερον. Perspici tamen ex litteris Pompeii potest, nihil Cęsari negari, omniaque, & cumulatè, quæ postulet, dari: quę, ille amentissimus fuerit, nisi acceperit, pręsertim cùm impudentissimè postulauerit.

[a] v. c. imbecillitate
[b] L. Cnæus
[c] L. a. d. II. Non.
[d] L. a. d. III. fort. legend. a. d. VII. idus
[e] L. quo loco, & ita Rob. Steph.
[f] v. c. prædijs detr. atque ita legendum
[g] fort. Sellio

Quis

Quis enim tu es, qui dicas, si in Hispaniam profectus erit, si præsidia dimiserit? [a] Tamen conceditur minus honestè nunc quidem, violata iam ab illo rep. illatóque bello, quàm si olim de ratione habendâ impetrasset. & tamen vereor, vt his ipsis contentus sit. nam cùm ista mandata dedisset L. Cæsari, debuit esse paulo quietior, dum responsa referrentur. Dicitur autem nunc esse acerrimus. Trebatius quidem scribit, se ab illo IX. kalend. Febr. rogatum esse, vt scriberet ad me, vt essem ad vrbem: nihil ei me gratius facere posse. [b] Hæc verbis plurimis. intellexi ex dierum ratione, vt primùm de discessu nostro Cæsar audisset, laborare eum cœpisse, ne omnes abessemus. Itaque non dubito, quin ad Pisonem, quin ad Seruium scripserit. Illud admiror, non ipsum ad me scripsisse, nō per Dolabellam, non per Cœlium egisse. quamquam non aspernor Trebatii litteras, à quo me vnicè diligi scio. Rescripsi ad Trebatium, (nam ad ipsum Cæsarem, qui mihi nihil scripsisset, nolui) quàm illud hoc tempore esset difficile. me tamen in prædiis meis esse, neque [c] delectum vllum, neque negotium suscepisse. in quo quidē manebo, dum spes pacis erit. sin bellum geretur: non deero [d] officio, nec dignitati meæ, pueros ὑπεκθέμενος in Græciam. totam enim Italiam flagraturam bello intelligo. tantum mali excitatum partim [e] ex improbis, partim [f] ex inuidis ciuibus. Sed hæc paucis dieb. ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur quorsum euasura sint. Tum ad te scribam plura, si erit bellum. sin autem etiam induciæ: teipsum, vt spero videbo. Ego IIII. Non. Febr. quo die has litteras dedi in Formiano, quò Capua redieram, mulieres exspectabam:

quibus

a al. A me non conceditur min. non plac.

b L. Hæc uerbis pluribus. Int.

c L. dilectū

d L. nec officio,

e L. ab impr.

f L. ab inuid.

5 10 15 20 25 30

quibus quidem ſcripſeram, tuis litteris admonitus, vt Romæ manerent: ſed audio, maiorem quendam in vrbe timorem eſſe. Capuæ Non. Febr. eſſe volebam, quia coſs. iuſſerant. Quidquid huc erit à Pompeio
5 *allatum, ſtatim ad te ſcribam, tuaſque de iſtis rebus litteras expectabo. Vale.*

Verba Græca, Latinis expreſſa.

σηςιωδέςερον, magis Seſtianum.
ὑπεκθέμενος, cum dimiſero, tranſportauero, aman-
10 dato.

CICERO ATTICO S. 5

[a] *QVarto nonas Febr. mulieres noſtræ Formias venerunt: tuaque erga ſe officia* [b] *plena tui*
15 *ſuauiſſimi ſtudii attulerunt. Eas ego, quoad ſciremus* [1] [c] *vtrùm turpe, pace nobis, an miſerè bello eſſet vtendum, in Formiano eſſe volui, & vnà Cicerones. Ipſe cum fratre Capuam ad* COSS. (*Nonis enim adeſſe iuſſi ſumus*) [d] *III. Non. profectus ſum, cùm*
20 *has litteras dedi. Reſponſa Pompeii, grata populo, & probata contioni eſſe dicuntur. ita putaram,* [2] *quæ quidem ſi ille repudiarit, iacebit.* [e] *ſi acceperit. Vtrum igitur, inquies, mauis? Reſponderem, ſi, quemadmodum parati eſſemus, ſcirem. Caſſium erat hic au*
25 *ditũ expulſum Ancone, eamque vrbem à nobis teneri. Si bellum futurum eſt, negotium vtile. Cęſarẽ quidem, L. Cæſare cũ mandatis de pace miſſo, tamen aiũt acerrimè* [f] *delectum habere, loca occupare* [g] *vincire præſidiis. O perditum latronem:* [h] *vix vllo otio com*
30 *penſandam hanc reip. turpitudinem! Sed ſtomachari deſinamus: tempori pareamus: cum Pompeio in Hiſpa-*

a L. IIII. Non.
b L. plena ſuauiſſimi ſtudij ad me pertulerunt
c L. vtrum turpi pace nobis, an miſero b.
d L. II. Non.
e al. ſin acceperit.
f L. delectũ
g v.c vincire pr.
h al. O vix

Hispaniam eamus. Hæc opto in malis, quoniam illius alterum consulatum à rep. ne data quidem occasione, repulimus. Sed hæc hactenus. De Dionysio fugit me ad te antea scribere: sed ita constitui, exspectare responsa Cæsaris, vt, si ad urbem rediremus: ibi nos exspectaret. sin tardius id fieret: tum eum [a] *accersere mus.* [3] *Omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga: quid docto homine, & amico dignum fuerit,* [b] *cùm præsertim rogatus esset: sed hæc non nimis exquiro à Græcis. Tu tamen videbis, si erit (quod nolim)* [c] *accersendus, ne molesti simus inuito. Q. frater laborat, vt tibi, quod debet, ab Egnatio soluat: nec Egnatio voluntas* [d] *deest, nec parum locuples est: sed cùm tale tempus sit, vt Q. Titinius (multùm enim est nobiscum) viaticum se neget habere, idemque debitoribus suis denuntiarit, vt eodem fenore vterentur, atque hoc idem etiam L. Ligus fecisse dicatur, nec hoc tempore aut domi nummos Quinctus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut versuram vsquam facere possit: miratur, te non habuisse rationem huius publicæ difficultatis. Ego autē etsi illud* ψευδησιόδειον *(ita enim putatur) obseruo,* μηδὲ δίκην, *præsertim in te, à quo nihil vnquam vidi temerè fieri, tamen illius querela mouebar. Hoc, quidquid est, te scire volui.*

a L. arcesseremus.

b L. cùm præsertim rogatus esset, scio. sed h.

c L. arcessendus,

d v.c. de'st,

ANNOTATIONES.

1 vtrum turpi pace nobis, an misero bello) sic habet planè scriptum codex Turnesianus: vt de hac scriptura non sit iam dubitandum. Nam quòd quidam tuentur vulgatam, turpe pace nobis, an miserè bello est. &, turpe, interpretantur, turpiter, nugas agunt.

2 quæ quidem ille si repudiarit, iacebit: si acceperit.) secutus sum lectionem vulgatam: à qua non admodum discrepat antiqua, quæ reperitur in nostris lib. manuscr. nisi quòd cod. Turnes. pro, repudiarit, habet, repuderit. Sed Simeo Bosius dixit mi-

hi

hi se reperisse in suo item manusc. eoq. antiquissimo, ita scriptum, quæ quidem si repudiarit, rupudierit. iacebit, si acceperit. unde coniicit ille sic esse legendum: quæ quidem, si repudiarit, repudio. erit. iacebit, si acceperit. quę lectio si recta est, nullum hic erit ἀναντοπόδοτον, ut est in recepta.

3 omnino quid ille facere debuerit, &c.) uidetur legendum, omitto quid, &c. non ut in aliis ferè libris omnibus, omnino. 5 omitto quidem, & ualde quadrat, & adscriptum est ad oram unius codicis Memmiani: & probat Malaspina: quamquam Turnesianus vulgatam lectionem retinet: & præterea habet verbum, scio, post, rogatus esset. Nam si recipiatur, omittò, delendum sit, uerbum, scio.

Verba Græca, Latinis expreßa.

10 ψευδησιόδειν, quod falso Hesiodo adscribitur.
μηδὲ δίκην, neque causam.

CICRO ATTICO S. 18

Nihil habeo, quod ad te scribam. [a] *quin etiam eam epiStolam, quam eram elucubratus, ad te* 15 *non* [b] *dedi. erat enim plena ſpei bonæ, quòd & contionis voluntatem audieram, & illum condicionibus vſurum putabam, preſertim ſuis. Ecce tibi* [c] IIII. *Non. Febr. manè accepi litteras tuas, Philotimi,* 20 *Furnii, Curionis ad Furnium,* [d] *quibus irrident L. Cæſaris legationem. Planè oppreßi videmur: nec, quid conſilii capiam, ſcio: nec mehercule de me laboro: de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficiſcebar, hæc ſcribens, quo facilius de Pompeii rebus* 25 *cognoſcerem. Vale.*

a fort. qui etiam eam epist q. eram elucubr. ad te non derim.
b q. v. c. derim.
c L. III. Non.
d L. irridet

CICRO ATTICO S. 19

Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit. pacem enim deſperaui: bellum noStri nullum adminiStrant. caue enim putes quidquam eße minoris his 30 *coss.* [a] *quorum ego* [b] *ſpe audiendi aliquid, & cognoſcendi*

a L. quorū ego iussu, spe
b sic cod. Turnesian. al. spe audiendi. & cognosc.

noscendi nostri apparatus, maximo imbri Capuam ve ni prid. Non. vt eram iussus. Illi autem nondum venerant, sed erant venturi, inanes, imparati. Cn. autem Luceriæ dicebatur esse, & adire coborteis [a] *legionum Actiänarum non firmissimarum. At illum rueve nuntiant, & iam, iamq; adesse, non vt manum conferat (quicum enim?) sed vt fugam intercludat. Ego autem in Italia* καὶ συναποθανεῖν *: nec te id consulo. sin extra: quid ago? ad manendum, biems, lictores, improuidi, & negligentes duces: ad fugam* [b] *bortatur amicitia Cn. causa bonorum, turpitudo coniungendi cum tyranno: qui quidem incertum est, Phalarimne, an Pisistratum sit imitaturus. Hæc velim explices, & me inues consilio. etsi teipsum istic iam calere puto. sed tamen, quantum poteris. Ego siquid hic hodie noui cognoro, scies. iam enim aderunt* COSS. *ad suas Nonas. Tuas quotidie litteras expectabo. Ad bas autem, cùm poteris, rescribes. Mulieres, & Cicerones in Formiano reliqui.*

a v. c. legionum Actianarum

b L. hortantur

Verba Græca, Latinis expressa.

καὶ συναποθανεῖν, & simul mori.

CICERO ATTICO S. 20

DE malis nostris tu prius audis, quàm ego. [a] *istinc enim emanant. boni autem hinc quod expectes, nihil est.* [1] *Veni Capuam* [b] *ad Non. Febr. ita vt iusserant* COSS. *Eo die Lentulus venit serò: alter* COS. *omnino non venerat* VII. *Id. Eo enim die ego Capua discessi, & mansi Calibus. Inde bas litteras postridie ante lucem dedi. Hæc, Capuæ dum fui, cognoui. Nihil in* COSS. *nullum vsquam* [c] *delectum, nec enim conqui-*

a L. istim

b al. a. d. II. Non.

c L. dilectum.

conquisitores φαινοπροσωπεῖν audent, [a] cùm ille adsit contrà, cùm noster dux nusquam sit, nihil agat: nec nomina dant. deficit enim non voluntas, sed spes. Cn. autem noster (O rem miseram, & incredibilem) vt
5 totus iacet? non animus est, non consilium, non copiæ, non diligentia. [b] Mitto illam fugam ab vrbe turpissimam, timidissimas in oppidis contiones: ignorationem non solùm aduersarii, sed etiam suarum copiarum. Hoc cuiusmodi est? VII. Id. Febr. Capuam C. Cassius tri-
10 bunus pl. venit, attulit mandata ad coss. vt Romam [c] venirent, pecuniam de sanctiore ærario auferrent, statim exirent urbe relicta. Redeant. quo præsidio? Deinde exeant. quis sinat? cos. ei rescripsit, ut priùs ipse in Picenum. At illud totum erat amissum: scie-
15 bat nemo, præter me ex litteris Dolabellæ. Mihi dubium non erat, quin illa iam iamque foret in Apulia, Cn. noster in naui. Ego quid agam? σκέμμα magnum: neque mehercle mihi quidem vllum, nisi omnia essent acta turpissimè. Neque ego vllius consilii particeps:
20 sed tamen quod me deceat. ipse me Cæsar ad pacem hortatur. sed antiquiores litteræ, quàm ruere cœpit. Dolabella, Cælius, me illi valde satisfacere. mira me ἀπορία torquet. Iuua me consilio, si potes: & tamen ista, quantum potes, prouide. Nihil habeo, tanta re-
25 rum perturbatione, quod scribam. Tuas litteras expecto.

[a] al. cùm ille adsit: contrà cùm noster d.

[b] al Mittam illa: fugam &c.

[c] fort. redirent,

ANNOTATIONES.

1 Veni Capuam a. d. II. nonas) sic est legendum, reclamantib. libris omnibus. nam a d. II. nonas, & pridie nonas, idem ualent. At in superiore epistola dicit se pridie nonas Capuam venisse.
30 Animaduersum autem est à doctis, ubicunq. scriptum fuerat à Cicerone a. d. II. hûc n umerum esse corruptum, & uel III. uel IIII.

esse factum pro 11. uel funditus esse deletum, quemadmodum & suprà epist. 16. Nos à consulib. Capuam uenire iussi sumus a. d. 11. nonas Febr. ubi libri omnes habent, ad nonas Febr. quæ lectio ferri nullo modo potest. Nam si quis dicat, ad nonas, ualere circiter nonas, nugæ, cùm circiter nonas ueniat is, qui uel ante nonas, uel post nonas ueniat: consules autem certo die Ciceronem uenire iusserint. Venerat autem Cicero Capuam pridie nonas, ut adesset nonis. Iam a d. 11. & a. d. 111 nonas, &c. idem ualere, quod die 11. & die 111. nonas, ueritate ipsa uerius est. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

φαινοπροσωπεῖν, uultum ostendere.
σκέμμα, consideratio.
ἀπορία, dubitatio. 10

CICERO ATTICO S. 21

PEdem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. De Pompeio scio nihil, eumq., nisi in[a] nauim se contulerit, exceptum iri puto. O celeritatem incredibilem! huius autem nostri. Sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor, & crucior. Tu cędem non sine causa times: non quo minùs quidquam Cęsari expediat ad diuturnitatem victorię, & dominationis. sed video, quorum arbitrio sit acturus. [b] Rectè sit. censeo cedendum de oppidis his. egeo [c] consilii. quod optimum factu videbitur, facies. cum Philotimo loquere: atque adeò Terentiam habebis Idib. Ego quid agam? quà aut terra, aut mari persequar eum, qui, vbi sit, nescio? Et si terra quidem, qui possum? mari, quò? Tradam igitur [d] isti me? fac posse tutò. multi enim hortantur. num etiam honestè? Nullo modo quidem. A te petam consilium, vt soleo. Explicari res non potest. sed tamen, si quid in mentem uenit, velim scribas, & ipse quid sis acturus. 15 20 25 30

a v. c. nauē
b al. Rectè sic
c al. consilio.
d q. v. c isti me? multi enim hortantur. fac me posse tutò enim

CICERO ATTICO S. 22

Quincto Id. Febr. vesperi[a] *à Philotimo litteras accepi, Domitium exercitum firmum habere:*[b] *cohorteis ex Piceno, Lentulo,& Thermo du-*
5 *centibus, cùm Domitii exercitu coniunctas esse: Cæsarem intercludi posse, eumque id timere: bonorum animos recreatos Romæ,*[1] *improbos, quasi perculsos. Hæc metuo equidem ne sint*[c] *insomnia: sed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Cassium, tribunum pl.*
10 *(hi enim sunt nobiscum, id est, in Formiano) Philotimi litteræ, ad vitam*[d] *reuocauerunt. Ego autem illa metuo ne veriora sint, nos omneis pæne iam captos esse: Pompeium Italia cedere: quem quidem (o rem acerbam) persequi Cæsar dicitur. Persequi Cæsar*
15 *Pompeium? quid? vt interficiat? O me miserum: & non omnes nostra corpora opponimus? In quo tu quoque ingemiscis, sed quid faciamus? victi, oppressi, capti planè sumus. Ego tamen, Philotimi litteris lectis, mutaui consilium de mulieribus, quas, vt scri-*
20 *pseram ad te, Romam remittebam: sed mihi venit in mentem, multum fore sermonem: me iudicium iam de causa publica fecisse: qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quòd mulieres reuertißent. De me autem ipso tibi aßentior, ne me dem incertæ, &*
25 *periculosæ fugæ, cùm reip. nihil prosim, nihil Pompeio, pro quo emori cùm piè poßum, tum libenter. Manebo igitur, etsi viuere. Quod quæris, hic quid agatur, tota Capua, & omnis hic*[e] *delectus iacet. desperata res est. in fuga omnes sunt.*[f] *nisi quid eiusmo-*
30 *di fuerit, vt Pompeius istas Domitii copias cum suis coniungat. Sed videbamur omnia biduo, tribuo ue*

a lib. uulg à Phil.
b v.c. cohortis
c L. somnia: & ita v. c.
d L. reuocarunt. & ita libri alij vulgati.
e L. dilectus
f v.c. nisi quid fuerit eiusmodi,.

sciturі. Cęsaris litterarum exemplum tibi misi. rogaras enim. cui nos valde satisfacere multi ad me scri pserunt. Quod patior facilè, dum, vt adhuc, nihil faciam turpiter.

ANNOTATIONES.

1 improbos quasi perculsos) legendum est fortasse, improborum quasi perculsos: ut repetatur ἀπὸ κοινοῦ, animos. 5

CICERO ATTICO S. 23.

PHilotimi litterę me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. Ecce postridie [a] Cassii litterae Capua à Lucretio, familiari eius, Nigidium à Domitio Capuam venisse: eum dicere, Vibullium cùm paucis militibus è Piceno currere ad Cnæum: confestim sequi Cæsarem: Domitium non habere [b] milium vim. Idem scripsit COSS. *Capua discessisse. Non dubito, quin Cnæus in fuga sit, modò effugiat. A consilio fugiendi, vt tu censes, absum.* 10 15

a v. c. & L. Cassio

b al. milite unum. al. milites treis. v. c. militum iij. id est tria millia. & nunc ita L.

CICERO ATTICO S. 24

CVm dedissem ad te litteras tristeis, & metuo ne veras, de Lucretii ad Cassium litteris Capua missis, Cephalio venit à vobis. attulit etiam à te litteras hilariores, nec tamen firmas, vt soles. Omnia faciliùs credere possum, quàm quod scribitis, Pompeium exercitum habere. Nemo huc ita affert, omniaque, quę nolim. [a] Rem miseram: malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Quid dicam, nisi illud eum scisse? neque enim erat difficile: hoc nescisse? Erat enim ars difficilis, rectè remp. regere. Sed iam, iamque omnia sciemus, & scribemus ad te statim. 20 25

a q. v. c. & L. O rem mis.

CICERO ATTICO S. 15

NOn uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, QVOTIES EXORIOR. *Ego enim nunc paullum* 30

lum exorior, & maximè quidem his litteris, quæ Romam afferuntur, de Domitio, de Picentium cohortibus. omnia erant facta hoc bibulo lætiora. itaque fuga, quæ parabatur, repressa est. Cęsaris interdicta,

5 *Si te secundo lumine hic offendero,*

respuũtur Bona de Domitio, præclara de Afranio fame est. Quòd me amicissimè admones, vt me integrũ, quoad possim, seruem, gratum est. Quòd addis, ne propensior ad turpem causam videar, [a] *certè videri pos-*
10 *sum. Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, negaui esse: non quin rectum esset: sed quia, quòd multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Planè eum,* [b] *cui noster alterum consulatum deferret, & triumphum, at quibus verbis?* [1] [c] PRO SVIS GE-
15 STIS AMPLISSIMIS, *inimicum habere nolueram. Ego scio, & quem metuam, & quam ob rem. sine erit bellum, vt video fore: partes meę non desiderabuntur. De H-S.* [d] xx. *Terentia tibi rescripsit. Dionysio, dum existimabam vagas nos fore, uolui molestus esse. Ti-*
20 *bi autem crebrò ad me scribendi de eius officio, nihil rescripsi, quòd diem ex die expectabam, vt statuerem, quid esset faciendum. Nunc, vt video, pueri certè in Formiano videntur hiematuri. num & ego, nescio. si enim erit bellum, cum Pompeio esse constitui. quod*
25 *habebo certi, faciam, vt scias. Ego bellum fœdissimum futurum puto, nisi qui (* [e] *vt scis) Parthicus casus exstiterit.*

[a] L. certè uideri non possi.

[b] L. Cui Cn. noster

[c] L. PRO TVIS REB. GEST.

[d] v. c. xx. H-S. mil-lib.

[e] al. (vt tu scis)

ANNOTATIONES.

1 PRO TVIS REBVS GEST.) Ex antiquę scripturæ vestigijs legendum videtur, pro rebus gestis ampl. detracta voce,
30 tuis. verumtamen nihil muto.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

5

LIBER VIII.

CICERO ATTICO S. I

CVm ad te litteras dedißem, redditæ mihi litteræ sunt à Pompeio. Cetera de rebus in Piceno gestis, quæ [a] ad te Vibullius scripsißet, [b] de delectu Domitii, quæ sunt [c] nobis nota, nec tamen læta, erant in [d] his litteris. Quam ad me Philotimus scripserat, ipsam tibi epistolam misissem: sed subitò fratris puer proficiscebatur. cras igitur mittam. Sed in ea Pompeii epistola erat in extremo, ipsius manu, TV CENSEO LVCERIAM VENIAS: NVSQVAM ERIS TVTIVS. Id ego in eam partem accepi: hæc oppida, atq. oram maritimam illum [e] pro derelicto habere: nec sum miratus, eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Ei statim rescripsi, hominemq; certũ misi de comitibus meis, non me quærere, [1] ubi [f] tutißimè eßem. si me uellet sua, aut reip. causa Luceriam uenire, statim eße uenturum: hortatusque sum, ut oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex prouinciis supeditari uellet. [g] Hæc me frustra scibere uidebã: sed uti in urbe retinenda tũc, [h] sic nũc in Italia nõ relinquẽda, testificabar sententiã meam. sic enim parari uideo, ut Luceriam omnes copię contrahantur: & ne is quidem locus stabilis: [i] sed

10 15 20 25 30

a L. ad. se
b L. de dilectu
c al. vobis
d L. ijs
e q.v. c. pro relicto
f L. tutissimò
g al. Hoc
h v. c. sic nunc Italia non rel.
i fort. sed vt ex

ex eo ipſo, ſi vrgeamur, paretur fuga. quo minus mirere, ſi inuitus in eã cauſam deſcendo, in qua neq. pacis, neq. victoriæ ratio quæſita ſit vmquam: [a] *ſemper flagitioſæ, & calamitoſæ fugæ. Eundum, vt quemcumq. fors tulerit caſum, ſubeam patiùs cùm iis, qui dicuntur eſſe boni, quàm videar à bonis diſſentire. Etſi propediem video, bonorum, id eſt, lautorum,* [b] *& locupletum, vrbem refertam fore: municipiis verò his relictis, refertiſſimam: quo ego in numero eſſem, ſi hos lictores moleſtiſſimos nõ haberem. Nec me M. Lepidi, L. Volcatii, Ser. Sulpitii comitum pœniteret: quorum nemo nec ſtultior eſt, quàm L. Domitius, nec inconſtantior, quàm App. Claudius. Vnus Pompeius me mouet, beneficio, non auctoritate. quam enim ille habeat auctoritatẽ in hac cauſa: qui, cùm omnes Cæſarem metuebamus, ipſe eum diligebat:* [c] *poſtquàm verò ipſe metuere cœpit, putat,* [d] *omneis, hoſteis illi* [e] *oportere eſſe? Ibimus tamen Luceriam: nec eum fortaſſe delectabit noſter aduentus. diſſimulare enim non potero, mihi, quæ adhuc acta ſunt, diſplicere. Ego, ſi ſomnum capere poſſem, tam longis te epiſtolis non obtunderem. Tu, ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerere ſanè velim.*

a L. ſed ſemper fl.
b L. & locupletium,
c al. poſtquã ipſe metuere
d v. c. omnis, hoſtis
e L. eſſe oportere?

ANNOTATIONES.

1 vbi tutiſſimo eſſem) ſic edendum curaui, libris ferè omnibus inuitis, in quibus legitur, tutiſſimè, Cariſii auctoritate adductus, qui ita legi docet lib. 1. inſtitut. grammatic. vbi tamen idem fortaſſe labitur & errat, cùm alium locum ex iiſdem ad Attic. epiſt. proferens ex libri decimi ſexti epiſt. tertià, hunc tu tralatum in macrocolum lege Arcano conuiuijs tuis, putat, arcano, eſſe aduerbium, cùm videatur nomen proprium prædij, & legendum ſit, in Arcano. Neque tamen quidquam pronuntio, cùm præſertim Cariſium adiuuet antiqua ſcriptura. Sed, vt ad, tutiſſimo, redeam, Turneſianus codex fortaſſis hanc ſcripturam confirmat, qui habet, turpiſſimè,

CICERO ATTICO S. 2

Mihi verò omnia grata, & quòd scripsisti ad me, quæ audieras: & quòd non credidisti, quæ digna diligentia mea[a] non essent: & quòd monuisti, quod sentiebas. Ego ad Cęsarem vnas Capuæ litteras dedi, quibus ad ea rescripsi, quæ mecum ille de gladiatoribus suis egerat: [b] breueis, sed beneuolentiam significanteis: non modò sine contumelia, sed etiam cum maxima laude Pompeii. id enim illa sententia postulabat, qua illum ad concordiam hortabar. eas si quò ille misit, in publico proponat velim. Alteras eodem die dedi, quo has ad te. non potui non dare, cùm & ipse ad me scripsisset, & Balbus. earum exemplum ad te misi. mihi arbitror fore, quod reprehendas. si qua erunt, [c] doce me: quomodo enim effugere possum? Nihil, inquies, omnino scripseris. Qui magis effugias eos, qui volent fingere? Verumtamen ita faciam, quoad fieri poterit. Nam quòd me hortaris ad memoriam factorum, dictorum scriptorum etiā meorum: facis amicè in quidem, mihiq́ue gratissimum: sed mihi videris aliud tu honestum, meq́ue dignum in hac causa iudicare, atque ego existimem. mihi enim nihil vlla in gente vmquam ab vllo auctore reip. ac duce, turpius factum esse videtur, quàm à nostro amico factum est. cuius ego vicem doleo: qui vrbem reliquit, id est, patriam, pro qua, & in qua mori præclarum fuit. Ignorare mihi videris, hęc quanta sit clades. es enim etiam nunc domi tuæ: sed inuitis perditissimis hominibus esse diutius non potes. Hoc miserius, hoc turpius quidquam? Vagamur egentes cum coniugibus, & liberis. In vnius hominis, quot-

[a] Non erāt:

[b] v. c. breuis, sed beniuol.

[c] L. doce me, quomodo ea effugere possim.

quotannis periculosè ægrotantis, anima, positas [a] omneis nostras spes habemus: non expulsi, sed euocati è patria: quam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendam, & inflammandam reliquimus. Ita multi nobiscum sunt, non in suburbanis, non in hortis, non [b] in ipsa vrbe: &, si nunc sunt, non erunt. Nos interea ne Capuæ quidem, sed Luceriæ. Et oram quidem maritimam iam relinquemus: Afranium exspectabimus, & Petreium. nam in Labieno parum est dignitatis. [1] Hic tu [c] in me illud desideras. Nihil de me dico: alii viderint. Hic quidem, [d] quæ est domi vestræ estis, & eritis omnes boni. [e] Quis tum se mihi non ostendit? quis nunc adest hoc bello? sic enim iam appellandum est. Vibullii res gestæ, sunt adhuc maximæ. [f] id ex Pompeii litteris cognosces: in quib. animaduertito illum locum, vbi erit διπτλῆ. videbis, de Cn. nostro ipse Vibullius quid existimet. Quò igitur hæc spectat oratio? Ego pro Pompeio libenter emori possum: facio pluris omnium hominum neminem: [2] [g] sed non ita nō meo iudicio spem de salute reip. Significas enim aliquanto secus, quàm solebas, vt etiam, Italia si ille cedat, putes cedendum. quod ego nec reip. puto esse vtile, nec liberis meis. præterea neq. rectum, neq. honestum. Sed cur? POTERISNE IGITVR VIDERE TYRANNVM? Quasi intersit, audiam, an uideam; aut locupletior mihi sit quærendus auctor, quàm Socrates, [3] qui cùm XXX. [h] tyranni essent, pedem porta non extulit. Est mihi præterea præcipua causa manendi, de qua vtinam aliquando tecum loquar. Ego XIII. Kal. cùm eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam,

[a] v. c. omnis
[b] L. in vrbe ipsa
[c] fort. Hic tu in me ἐζώψον illud desideras. fort. Hic tu in me illudes. Nih.
[d] al. quod est fort. quæ est συμμαχίᾳ; domi v.
[e] v. c. id è Sex. Pomp.
[f] v. c. Quis istic se mihi non ost.
[g] L. sed positam nunc in eo non iu dico spem salutis reip. s.
[h] L. tyranni Athenis est.

a v.c. præfectus si de bello, quid ero?

tuam, Formiis ad Pompeium, si de pace ageretur, profecturus eram: si de bello, videro.

ANNOTATIONES.

1 Hic tu in me) hic est inane spatium etiam in libris Memmianis. Itaque desertus à libris veteribus, qui duces nobis esse debent, inane etiam in nostra editione spatium relinqui iussi. Equidem non damno Malæspinæ coniecturam, qui in hoc spatio scribi posse putat πρέπον, aut καλόν. sed aliud quippiam desidero, verbi gratia κόμψον, vel σεμνόν. idem de loco; qui proximè sequitur, sentio. Hic quidem quæ est. vbi mendosè operæ olim fecerunt, quo est, pro, quod est, aut, quæ est. quæ est, habet codex Turnesianus. nō celabo lectorem tamen, nullum esse in his duob. locis inane in codice Turnesiano. vnde Bosius sic legendum putat Hic tu in me illudes. σὺ δὲ τίς. Nihil, de me d. paullo post, legit. Hic quidem, quod est domi vestræ estis, &c. id est. Hic quidem, id est domi vestræ estis.

2 sed positam nunc in eo non iudico) Manutij & Malæspinæ coniecturas, quæ non admodum inter se discrepant, leuiter inflexi, atque audiui. hoc tantum. omnino Manutiò in eo assentior, quòd, positam, aut, sitam, vult scribi, non subintelligi. nam, sitam, ex voce, ita, positam, ex, non ita, facilè reponi potest. quidam tamen sic legi malunt, sed non ita tamen in eo iudico spem salutis repositam: vt, reipubl. dicamus à scriptoribus librarijs esse mendosè scriptum pro, repositam, seu, si quis malit, reponendam.

3 qui, cùm triginta tyranni Athenis essent) vocem, Athenis, quæ deesse videbatur, Errico Stephano assensus, reposui: quamuis eam nullo in codice manuscr. repererim.

4 Formijs ad Pompeium, si de pace, &c.) secutus sum libros vulgatos, quamuis mihi ex antiqua scriptura suspectos: in quibus omnibus legitur aut, præfectus, aut, profectus, neque est, eram. & in extremo pro, videro, quid ero? Vnde hanc lectionem quidam eliciunt. Ego XIII. Kalendas, cùm eadem lucerna hanc epist. scr. q. infl. t. Formijs ad Pompeium, subintelligendum, ibam: si de pace ageretur præfectus: subaud, futurus. sin de bello: quid ero? quam quare improbemus, non video. & tamen cur vulgatam damnemus, nihilo plus causæ reperio.

Verba Græca, Latinis expressa.

διπλῆ, dipla, nota in margine adposita.

CICERO ATTICO S. 3

M*Aximis, & miserrimis rebus perturbatus, cùm coràm tecum mihi potestas deliberandi non esse, vti tamen tuo consilio volui. Deliberato autem*

tem omnis hæc est, si Pompeius Italia cedat (quod eũ factum esse suspicor) quid mihi agendum putes: & quo facilius consilium dare possis, quid in utramq. partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. Cùm merita Pompeii summa erga salutem meam, familiaritasque, quę mihi cum eo est, tum ipsa reip. causa me adducit, vt mihi uel consilium meum cum illius consilio, [a] vel fortuna coniungenda esse videatur. Accedit illud. si maneo, & illum comitatum optimorum, & clarissimorum ciuium desero; cadendum est in vnius potestatem. qui etsi multis rebus significat se nobis esse amicum, &, vt esset, à me est ([b] tute scis) propter suspicionem huius impendentis tempestatis multo antè prouisum; tamen vtrumque considerandum est, [c] & quanta ei fides sit habenda: &, si maximè exploratum sit, eum nobis amicum fore, sitne viri fortis, & boni ciuis, esse in ea vrbe, in qua cùm summis honoribus, imperiisq. vsus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo præditus, non futurus sit sui iuris, subeundumq. periculum sit cum aliquo [d] fortè dedecore, siquando Pompeius remp. recuperarit. In hac parte hęc sunt. Vide nunc, quæ sint in altera. [1] Nihil actum est à Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter: [e] adde etiam, nihil, nisi contra consilium, auctoritatemque meam. Omitto illa vetera, quòd istum in remp. ille aluit, auxit, armauit: ille legibus per vim, & contra auspicia ferendis auctor: ille Galliæ vlterioris adiunctor: ille gener: ille in odoptando P. Clodio augur: ille resistendi mei, quàm retinendi studiosior: ille prouinciæ [f] propagator: ille absentis in omnibus adiutor: idem etiam tertio consulatu, post quàm esse de-

Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30.

a fort. vel fortuna cum fortuna coniung.

b fort. (vt scis)

c L. & quanta fides ei sit hab.

d L. fortasse dedecore.

e L. addo

f L. prorogator.

ſe defenſor reip. cœpit: contendit, vt x. tribuni pleb. ferrent, vt abſentis ratio haberetur: quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua, Marcoq. Marcello finienti prouincias Gallias kalend. Martiis, reſtitit. Sed, vt hæc omittam, quid fœdius, quid perturbatius hoc ab urbe diſceſſu, ſiue potius turpiſſima fuga? Quę condicio non accipienda fuit potius, quàm relinquenda patria? Malæ condiciones erant. Fateor. ſed numquid hoc peius? At recuperabit remp. Quando? aut quid ad eam ſpem eſt parati? Non ager Picenus amiſſus? non patefactum iter ad vrbem? non pecunia omnis & publica, & priuata, aduerſario tradita? Deniq. nulla cauſa, nullæ uires, nulla ſedes, quò concurrant, qui remp. defenſam velint. Apulia delecta eſt, inaniſſima pars Italiæ, & ab impetu huius belli remotiſſima: fuga & maritima opportunitas viſa quæri deſperatione. Inuitè cepi Capuam: non quò munus illud defugerem, ſed[a] ſine cauſa, in qua nullus eſſet ordinũ, nullus apertus priuatorum dolor: bonorum autem eſſet aliquis, ſed hebes, vt ſolet: &, vt ipſe [b] ſenſiſſem: multitudo, & infimus quiſque propenſus in alteram partem: multi mutationis rerum cupidi. Dixi ipſi, me nihil ſuſcepturum ſine præſidio, & ſine pecunia. itaq habui nihil omnino negotii, quòd ab initio vidi, nihil quæri [c] pręter fugam. [d] Eum ſi nunc ſequor, quonam? cum illo non: ad quem cùm eſſem [e] profecturus, cognoui in his locis eſſe Cæſarem, vt tutò Luceriam venire non poſſem. Infero mari nobis, incerto curſu, hieme maxima, nauigandum eſt. Age iam, cum frater, an ſine? cum filio? [f] an quomodo? In vtraque enim re ſumma difficultas erit ſummus

a L. in ea cauſa,

b L. ſenſi:

c v. c. præter fugam meam ſi

d L. eam ſi

e v. c. profectus, & ita L.

f q. v. c. aut quomodo?

mus animi dolor. Qui autem impetus illius erit in nos [a]absenteis, fortunasq. nostras? acrior, quàm in ceterorum, quòd putabit fortaße in nobis violandis aliquid se habere populare. Age iam, has compedes,[b] fasceis, inquã, hos laureatos, [c]efferre ex Italia quàm molestum est? Qui autem locus erit nobis tutus, vt iam placatis vtamur fluctibus, antè, quàm ad illum venerimus? Quà autem, aut quò, nihil scimus. At, si restitero, & fuerit nobis in hac parte locus: idem fecero, quod in Cinnę dominatione L. Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius, quoquo modo ea res huic quidem cecidit: qui tamen ita dicere solebat, se id fore videre, quod factum est: sed hoc malle, quàm armatum ad patriæ mœnia accedere. Aliter Thrasibulus, & fortasse meliùs: sed est certa quædam illa Mucii ratio, atq. sententia: [d]est illa etiam Philippi: &, cùm sit necesse seruire tempori, & non amittere tempus, cùm sit datum. sed in hoc ipso habent tamen [e]iidem fasces molestiam. sit enim nobis amicus, quod incertum est: sed sit: deferet triumphum. non accipere ne periculosum sit: an accipere, inuidiosum ad bonos? O rem, inquis, difficilem, & inexplicabilem. Atqui explicanda est. qui enim fieri potest? Ac, ne me existimaris, ad manendum eße propensiorem, quòd plura in eam partem uerba fecerim: potest fieri, quod fit in multis quęstionibus, ut res verbosior hæc fuerit, illa verior. Quam ob rem, vt maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium velim. Nauis & in Caieta est parata nobis, & Brundisii. Sed ecce nuntii, scribente me hæc ipsa noctu in Caleno, ecce litteræ, Cæsarem ad Corfinium, Domitium Cor-

finii

[a] v. c. absentis,
[b] v. c. fascis,
[c] L. ecferre ex It.
[d] L. est aliqua etiam Thrasybuli: &, cùm
[e] L. eidem

finii cum firmo exercitu, & pugnare cupiente. Non puto etiam[a] hic Cn. nostrum commissurum, vt Domitium relinquat: etsi Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus pręmiserat, legionem à Fausto conscriptam, in Siciliam placere [b] à cos. duci, scripserat ad coss. Sed turpe Domitium [c] erit deserere, implorantem eius auxilium. est quędam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma, Afranium in Pireneo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuum transisse cum cohortibus: [d] summum autem, Afranium cum magnis copiis aduentare. Id si est, in Italia fortasse manebitur. Ego autem, cùm esset incertum uter Cęsaris, quòd vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur: Leptam [e] ad Pompeium misi, & litteras: ipse, nequò inciderem, reuerti Formias. Hęc te scire volui, scripsiq. sedatiore animo, quàm proximè scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.

a L. hoc Cn.
b q. v.c. à consulib.
c v.c. desere re erit,
d L. summa autem,
e v.c. misi ad Pompeium,

ANNOTATIONES.

1 Nihil actum est à Pomp. n. sapienter. codex Turnes. pro, sapienter, habet, attenter.

2 sed in ea causa) sic olim edidi. cùm libri omnes habeant, sed sine causa. Quin sic esse legendum contendo.

CICERO ATTICO S. 4

Dionysius quidem tuus potiùs, quàm noster (cuius ego cùm satis cognossem mores, tuo tamen potiùs stabam iudicio, quàm meo) [a] ne tuum quidem testimonium, quod ei sępe apud me dederas, veritus, superbum se prębuit in fortuna, quam putauit nostram fore: cuius fortunę nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam guber-

a L. nę tui quidem testimonij, & ita v.c.

gubernabimus. Cui, qui noster honos, quod obsequium, quæ etiam ad cæteros contemti cuiusdam hominis commendatio defuit? vt meum iudicium reprehendi à Q. fratre, vulgoque ab omnibus mallem, quàm illum non
5 [a]*efferre laudibus: Ciceronesq. nostros, meo potiùs labore subdoceri, quàm me alium iis magistrum quærere. Ad quem ego quas litteras, dii immortales, miseram? quantum honoris significanteis? quantum amoris? Dicæarchum, mehercule, aut Aristoxenum*
10 *diceres arcessi, non vnum omnium loquacissimum, & minimè aptum ad docendum. Sed est memoria bona. Me dicet esse meliore. Quibus litteris ita respondit, vt ego nemini, cuius causam non reciperem. semper enim,* SI POTERO: SI ANTE SVSCEPTA
15 CAVSA NON IMPEDIAR. *numquam* [b]*reo tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcisè negaui, quàm hic mihi. planè sine vlla exceptione præcidit. Nihil cognoui ingratius: in quo vitio nihil mali non inest. Sed de hoc nimis multa. Ego na-*
20 *uem paraui. tuas litteras tamen exspecto, vt sciam, quid respondeant consultationi meæ. Sulmone C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cùm essent cohortes quinque, Q. Lucretium* [c] *inde fugisse scis: Cn. ire Brundisium, desertum. Confecta res est.*

a q.v. efferrem
b L. reo cui quam tam h. & ita v.c.
c al. inde effugisse. & ita L.

25 CICERO ATTICO S. 5

C*Vm ante lucem* [a] VIII. *Kal. ad te litteras dedissem, vesperi ad nos eodem die venit ipse Dionysius, auctoritate tua permotus, vt suspicor. Quid*
30 *enim putem aliud? etsi solet eum, cùm aliquid furiosè fecit, pænitere.* [1] *numquam autem* [b] *certior fuit,* quàm

a L. VIII. Kalend. litteras ad te de Donysio ded.
b L. Certior fuit,

a L. tum eũ ῥίψαι. Πολλὰ μάταν κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμαίνοντα.
b fort. multa, inquam, mala tum dixisse, suo c.
c L. Sed o meam m. al. uide meam mansuet.
d al. meis
e al. decernetur.
f L. qui est, M'Curio inscriptus,

quàm in hoc negotio. nam, quod ad te scripseram, postea audiui, à tertio milliario[a] *tum eum ipse*, [1] πολλὰ μάτην κλέρεσσιν ἐς περ'α θυμεῖνοντα, [b] *multa, inquam, mala cùm dixisset, suo capiti (vt aiunt)* [c] *sed meam mansuetudinem, cõieceram in fasciculum vnà* 5 *cum tua venientem ad illum epistolam hanc ad me referri volo, nec vllam ob aliam causam Pollicem seruum à pedibus* [d] *meum Romam misi. Eò autem ad te scripsi, vt, si tibi fortè reddita esset, mihi curares referendam, ne in illius manus perueniret. Noui si* 10 *quid esset, scripsissem. pendeo animi, exspectatione Corfiniensi: in qua de salute reip.* [e] *decernitur. Tu fasciculum,* [f] *qui est M.Curio inscriptus, velim cures ad eum perferendum: Tironemq. Curio commendes, vt ei, vt petii, si quid opus erit, in sumtum eroget.* 15

ANNOTATIONES.

1 numquam autem Cerritior) Sic nunc edidi, Sim. Bosii coniecturam certissimam secutus. Cerritior autem, id est, insanior. de quo plura in commentariis Horatianis.

2 Πολλὰ μάτυν κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμαίνοντα,) hæc nostra restitutio ita propè accedit ad antiquam scripturam, ut nihil 20 uideatur affinius excogitari posse. sic enim est in libro antiq. πολλὰ μάτυν κεραεσσιν ἐς ἠέρα θυμαίνοντα. ita rursus consonam sententiam efficit, ut de huius scripturæ ueritate non sit dubitandum. verbum θυμαίνοντα tantùm restitui in integrum, quod erat corruptum. cetera sunt ex libro antiquo Turnesiano. si quis autem malet legi, θυμήναντα in aoristo, quàm θυμαίνοντα, in præsenti, non pugnabo. Ad hunc locum per- 25 tinent illa Virgiliana lib. 3. Georg. Et tentat sese, atque irasci in cornua discit, Arboris obnixus trunco, uentosque lacessit Ictibus, & sparsa pugnam proludit arena.

Verba Græca, Latinis expressa.

ῥίψαι. Πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμαίνοντα, pro 30 iecisse. Multa in vanum cornib. in aere ira scentem.

CICE-

CICERO ATTICO S. 6

Obsignata [a] *iam epistola, quam de nocte daturus eram, sicut dedi (nam vesperi scripseram)*
5 *C. Sosius præt. in Formianum venit ad M. Lepidum, vicinum nostrum:* [b] *cuius quæstor fuit. Pompeii litterarum* [c] *ad coss. exemplum attulit.*
Litteræ mihi à L. Domitio [d] ad VIII. Kalend. Mart. allatę sunt. earum exemplū infrà scripsi.
10 Nunc, vt ego non scribam, tua spōte te intelligere scio, quāti reip. intersit, omneis copias in vnū locum primo quoq. tempore conuenire. [e] Tu, si tibi videbitur: dabis operam, [f] quàm primùm ad nos venias: præsidij Capuæ, quantū [g]
15 constitueris esse satis, relinquas, Vale.
Deinde supposuit exemplum epistolæ Domitii, quod ego ad te pridie miseram. Dii immortales! qui me horror perfudit! quàm sum sollicitus, quidnam futurum sit! hoc tamen spero, magnum nomen imperato-
20 *ris fore: magnum in aduentu terrorem. spero etiam,* [i] *quoniam adhuc nihil nobis obfuit,* [h] *nihil multaße: nec tegentia hoc, quod cùm fortiter, & diligenter,* [i] *tum etiam mehercule,* * *modò enim audiui quartanam à te discessiße. moriar, si magis gauderem,*
25 *si id mihi accidisset. Piliç dic non esse æquum, eam diutius habere: nec id esse vestræ concordię. Tironem nostrum ab altera relictum audio. sed eum video in sumtum ab aliis mutuatum. Ego autem Curium nostrum, si quid opus esset, rogaram. Malo Tiro-*
30 *nis verecundiam in culpa eße, quàm illiberalitatem Curii.*

[a] V. c. ista epist.
[b] V. c. quoius
[c] L. ad cos.
[d] L. a. d. XIII.
[e] al. Sed tu, si
[f] L. vt quā pr.
[g] V. c. constitueritis
[h] fort. nihil me peccasse. Sed νεκρηγερσία tua nos, quòd cùm f.
[i] fort. tum etiam hercule feliciter morbū depulisti, valde delectarunt. modò enim

ANNOTATIONES.

1 quoniam adhuc n. n.) hic est vlcus, quod sanare non potui. subijciam antiquam scripturam, vt aliquis sollertior experiatur, ecquid possit. sic igitur habet codex Turnes. quoniam adhuc nihil nobis obfuit, nihil imitasset, nec tegentia hoc quod fortiter, & diligenter tumetiam hercule modo enim audiui. &c. Sim. Bosius, pro, nec tegentia, legit νεκρεγερσία. Ego pro, nihil imitasset, nihil me peccasse. Deinceps sic, Sed, νεκρεγερσία tua nos, quòd cùm fortiter, & diligenter, tum etiam hercule feliciter morbum depulisti, valde delectarunt. modò enim &c. Sententia plana.

CICERO ATTICO S. 7

Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subueniat. At nemo dubitat, quin subsidio uenturus sit. ego non puto. Deseret igitur talem ciuem, & eos, quos unà scis esse: quum habeat præsertim & ipse cohorteis XXX*? Nisi me omnia fallunt, deseret. Incredibiliter pertimuit: nihil spectat, nisi fugam.* [a] *cui tu (uideo enim quid sentias) me comitem putas* [b] *debere esse. Ego uerò quem fugiam, habeo: quem sequar, non habeo. Quòd enim tu meum laudas, & memorandum dicis,* [c] *malle quòd dixerim, me cum Pompeio uinci, quàm cum istis uincere: ego uerò malo: sed cum illo Pompeio, qui tum erat, aut qui mihi esse uidebatur: cum hoc uerò, qui antè fugit, quàm scit, aut quem fugiat, aut quò: qui nostra tradidit, qui patriam reliquit, Italiam relinquit: si malui: contigit, uictus sum. Quod superest, nec ista uidere possum, quæ numquam timui ne uiderem: nec me hercule istum, propter quem mihi non modò meis, sed memetipso carendum est. Ad Philotimum scripsi de uiatico, siue à Moneta: nemo. n. soluit: siue ab Oppiis, tuis contubernalibus. Cetera apposita tibi mandabo.*

a v. c. quoi
b al. esse debere.
c L. quòd malle me dixerim cũ Pomp.

CICE-

CICERO ATTICO S. 8

O Rem turpem, & ea re miseram! sic enim sentio, id demum, aut potiùs id solū esse miserum, quod turpe sit. Aluerat Cæsarem: eundem repentè timere
5 *cęperat: condicionem pacis nullam probarat: nihil ad bellum pararat: urbem reliquerat: Picenum amiserat culpa: in Apuliam se compegerat: ibat in Græciam: omneis nos* ἀπροσφωνήτους, [a] *experteis sui tanti, tam inusitati consilii relinquebat. ecce subitò litteræ Do-*
10 *mitii ad illum, ipsius* [b] *ad* COSS. [c] *fulsisse mihi uidebatur* τὸ καλὸν *ad oculos eius, & exclamasse ille uir, qui esse debuit,* [d] πρὸς ταῦθ᾽ ὅ, τι χρὴ καὶ παλαμάσθων, καὶ πᾶν ἐπ᾽ ἐμοὶ, καὶ τεκταινέσθων. τὸ γὰρ εὖ μετ᾽ ἐμοῦ.
[e] *At ille tibi* πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ *dicens, pergit*
15 *Brundisium. Domitium autem aiunt, ne audita, & eos, qui unà essent, se tradidisse. O rem lugubrem! itaque intercludor dolore,* [f] *quo ad te plura non scribam, tuas litteras exspecto.*

a v.c. experteis
b al. ad COS.
c al. affulsisse
d L. πρὸς ταῦτα κλέων καὶ παλαμάσθω, καὶ πάντ᾽ ἐπ᾽ ἐμοὶ τεκταινέσθω. τὸ γὰρ
e al. At ille πολλὰ
f L. quo minus ad te plura scribam. & ita v. c.

Verba Græca, Latinis expressa.

20 ἀπροσφωνήτους, insalutatos.
τὸ καλὸν, honestum.
πρὸς ταῦτα κλέων καὶ παλαμάσθω, καὶ πάντ᾽ ἐπ᾽ ἐμοὶ τεκταινέσθω. τὸ γὰρ εὖ μετ᾽ ἐμοῦ, ad hæc plorans etiā faciat, & omnia in me fabricetur. nam bene mihi sit.
25 πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ, multum ualere honesto.

CICERO ATTICO S. 9

EPistolam meam quòd peruulgatam scribis esse, non fero molestè. quinetiam ipse multis dedi de-
30 *scribendam. ea enim & acciderunt iam & impendent, ut testatum esse uelim, de pace quid senserim.*

a o. v. c. & L. quàm si id, quod eum h.

b v. c. quoi

c v. c. ne ego

d v. c. quod n. L. quò nunc ipsum, vnde se r.

e v. c. similis

f v. c. frequentis,

g v. c. sed toto voltu gratulantis

Cùm autem ad eam hortarer, eum præsertim hominem, non videbar vllo modo facilius moturus, [a]quàm si id, ad quod eum hortarer, conuenire eius sapientiæ dicerem. eam si admirabilem dixi, cùm eum ad salutem patriæ hortabar: non sum veritus, ne viderer assentari: 5 *[b]cui tali in re libenter me ad pedes abiecißem. Quà autem est,* ALIQVID IMPERTIAS TEMPORIS: *non est de pace, sed de meipso, & de meo officio, vt aliquid cogitet. Nam quòd testificor, me expertem belli fuiße, et si id re perspectum est, tamen* 10 *eò scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem: eodemq́ pertinet, quòd causam eius probo. Sed quid hæc nunc? vtinam aliquid profectum esset. [c]næ ego istas litteras in contione recitari velim. Siquidem ille ipse ad eundem scribēs, in publico proposuit* 15 *epistolam illam, in qua est,* PRO TVIS REBVS GESTIS AMPLISSIMIS. *amplioribusne, quàm suis? quàm Africam? Ita tempus ferebat. siquidem etiam vos, duo tales, ad V. milliarium. [d]quid nunc ipsum, vnde se recipienti? quid agenti? quid acturo?* 20 *quanto autem ferocius ille causæ suæ confidet, cum vos cum vestri [e]simileis non modò [f]frequenteis, [g]sed læto vultu gratulanteis viderit? Num igitur peccamus? Minimè vos quidem. Sed tamen signa conturbantur, quibus voluntas à simulatione distingui pos-* 25 *sit. Quæ verò S. C. video? sed apertius, quàm proposueram. Ergo Arpini volo esse pr. Kal. deinde circum villulas nostras errare. quas visurum me postea desperaui εὐγενῆ tua consilia, & tamen pro temporibus non incauta, mihi valde probantur. Lepido qui-* 30 *dem (nam ferè συνδιημερεύομεν, quod gratissimum illis est)*

est) numquam placuit ex Italia exire: Tullo multo minùs. crebrò enim illius litteræ ab aliis ad nos commeant. sed me illorum sententiæ minùs mouebant, minùs multa dederant illi reip. pignora. Tua mehercu
5 *le auctoritas vehementer mouet. affert enim & reliqui temporis* [a] *recuperandi rationem, & præsentis tuendi. Sed obsecro te, quid hoc miserius, quàm alterum plausus in fœdissima causa quærere: alterum offensiones in optima? alterum existimari conseruatorem*
10 *inimicorum: alterum desertorem amicorum? Et mehercule quamuis amemus Cn. nostrum, ut & facimus, & debemus: tamen hoc, quòd talib. viris nō subuenit, laudare non possum. nam siue timuit, quid ignauius? siue, vt quidam putant, meliorem suam cau-*
15 *sam, illorum cæde, fore putauit, quid iniustius? Sed hæc omittamus. augemus enim dolorem retractando.* VI. *kalend. vesperi, Balbus minor ad me venit, occulta uia* [b] *currens ad Lentulum* COS. *missu Cæsaris, cum litteris, cum mandatis, cum promissione prouinciæ,*
20 *Romam vt redeat:* [c] *cui persuaderi posse non arbitror, nisi erit conuentus. Idem aiebat, nihil malle Cæsarem, quàm vt Pompeium assequeretur. id credo,* [d] *vt rediret in gratiam. id non credo: & metuo ne omnis hæc clementia ad vnam illam crudelitatem colligatur. Bal*
25 *bus quidem maior ad me scribit, nihil malle Cæsarem, quàm principe Pompeio, sine metu uiuere.* [e] *Tu, puto, hæc credis. Sed cùm hæc scribebam,* V. *Kal. Pompeius iam Brundisium* [f] *poterat uenisse. expeditus enim antecesserat legiones Luceria. Sed hoc τέρας, hor*
30 *ribili uigilantia, celeritate, diligentia est. planè, quid futurum sit, nescio.*

[a] q.v. c. reciperandi
[b] al. decurrens
[c] L. cui persuaderi posse arbitror, nisi non erit conuentus.
[d] L. & ut rediret in gr.
[e] al. Tu hæc credis?
[f] al. uenisse poterat

Verba Græca, Latinis expreßa.

εὐγενῆ, generoſa, nobilia.
συνδιημερεύομεν, ſimul diem conterimus.
τέρας, monſtrum, prodigium.

CICERO ATTICO S. 10

5

DIonyſius cùm ad me præter opinionem meam veniſſet, locutus ſum cum eo liberaliſſimè. tempora expoſui. rogaui, vt diceret, quid haberet in animo: me nihil ab ipſo inuito contendere. reſpondit, ſe, 10 *[1] [a] quod in nummis haberet, neſcire [b] quo loco eßet: alios non ſoluere: aliorum diem nondum [c] eſſe. Dixit etiam alia quædam de ſeruulis ſuis, quare nobiſcum eſſe non poſſet. Morem geſſi, dimiſi à me, vt magiſtrum Ciceronum, non libenter: vt hominem ingra-* 15 *tum, non inuitus. Volui te ſcire, quid ego de eius facto iudicarem.*

a L. quod in nominibus
b v.c. & uulg. quo loci
c al. veniſſe.

ANNOTATIONES.

1 quod in nominibus) ſic habent quidam libri manuſcript. Turneſianus tamen, ut uulgati, in nummis, &c. Ego, in nominibus, probo. ut & Manutius. 20

CICERO ATTICO S. 11

QVòd me magno animi motu perturbatum putas, ſum equidem: ſed non tam magno, quàm tibi fortaſſe videor. Leuatur enim omnis cura, cùm aut [a] 25 *conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur. Lamentari autem licet. [1] [b] illud tamen totos dies: ſed vereor, ne, nihil cùm proficiam, etiam dedecori ſim ſtudiis, ac litteris noſtris. Conſumo igitur omne tempus, conſiderans, quanta vis ſit illius viri, quem* 30 *noſtris libris ſatis diligenter (vt tibi quidem uidemur) expreſſi-*

a v.c. conſti tit.
b L. illud autem, totos dies, uereor, ne nihil cùm proficiam, etiam dedecori ſit ſtudijs, ac litteris noſtris.

expreßimus. Tenesne igitur, moderatorem illum reip. quò referre velimus omnia? nam sic quincto, vt opinor, in libro loquitur Scipio: Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori
5 uictoria: *sic huic moderatori reip. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius enim operis, maximi inter homines, atque optimi, illum eße* [a] *effectorem volo. Hoc Cn. noster, cùm antea numquam,*
10 *tum in hac causa minimè cogitauit. Dominatio quæsita ab utroque est: non id actum, beata, & honesta ciuitas eßet. Nec verò ille vrbem reliquit, quòd eam tueri non poßet: nec Italiam, quòd ea pelleretur: sed hoc à primo cogitauit,* [b] *omneis terras, omnia maria*
15 *mouere, reges barbaros incitare,* [c] *genteis feras armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos. Genus illud Sullani regni iampridem appetitur, multis, qui vnà sunt, cupientibus. An censes nihil inter eos conuenire, nullam pactionem fieri potuis-*
20 *se? Hodie potest: sed neutri σκοπὸς est ille, vt nos beati simus. uterque regnare vult. Hæc à te inuitatus, breuiter exposui. Voluisti enim, me, quid de his malis sentirem, ostendere. προθεσπίζω igitur, noster Attice, non ariolans, vt illa, cui nemo credidit, sed con-*
25 *iectura prospiciens, Iamque mari magno. Non multo, inquam, secus possum vaticinari. tanta malorum impendet Ἰλιάς. Atque hoc nostra grauior est causa, qui domi sumus, quàm illorum, qui unà transierunt: quòd illi quidem alterum metuunt, nos utrum-*
30 *que. Cur igitur, inquis, remansimus? uel tibi paruimus, vel non occurrimus, vel hoc fuit rectius. Conculcari,*

[a] al. perfectorem uolo, & ita L.
[b] v.c. omnis
[c] v.c. gentis

inquam, miseram Italiam videbis proxima æstate [a] *ab vtriusq. mancipiis, ex omni genere collectis: nec tam proscriptio pertimescenda, quæ Luceriæ multis sermonibus denuntiata est, quàm* [b] *vniuersę interitus: tantas in confligendo vtriusq. vireis video futuras. Habes coniecturam meam. Tu autem consolationis fortassis aliquid exspectasti. Nihil inuenio. nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. Quòd quæris, quid Cæsar ad me scripserit: quod sæpe, gratissimum sibi esse, quòd, quierim: oratque, in eo vt perseuerem. Balbus minor hęc eadem mandata. iter autem eius erat ad Lentulum* COS. *cum litteris Cæsaris, præmiorumq. promissis, si Romam reuertisset. Verùm, cùm habeo rationem dierum, antè puto* [c] *transmissurum, quàm potuerit conueniri. Epistolarum Pompeii duarum, quas ad me misit,* [d] *negligentiam, meamq. in rescribendo diligentiam, volui tibi notam esse. earum exempla ad te misi. Cæsaris hic per Apuliam ad Brundisium cursus, quid efficiat, exspecto. utinam aliquid simile Parthicis rebus. Simul aliquid audiero, scribam ad te. tu ad me velim bonorum sermones. Romæ frequentes esse dicuntur. Scio equidem te in publicum non prodire: sed tamen audire te multa necesse est.* [e] *Memini tibi librum afferri, à Demetrio Magnete* [f] *ad te missum* περὶ ὁμονοίας. *Eum mihi uelim mittas. Vides, quam causam mediter.*

a v. c. aut utr. non pl.

b L. vniuersus interitus:

c v. c. tramissurum,

d v. c. neglegentiam,

e al. Memini librum tibi aff.

f al. ad te missum sciliset π. al. ad te missum scio.

ANNOTATIONES.

1 Illud tamen totos dies, uereor, ue, cùm nihil prof etiam dedecori sit stud. n.) Sic est legendum, & hæc lectio ualde affinis est antiquæ scripturæ codicis Turnes.

Verba Græca, Latinis expressa.

σκοπὸς, scopus.
προθεσπίζω, præsagio.
ἰλιὰς, ilias.
περὶ ὁμονοίας, de concordia.

[a]CN. POMPEIVS PROCOS. M. CICERONI IMP. S. 12

[a: vc. CN. MAGNVS PROCONS. S. D. M. CIC. IMP.]

QVinctus Fabius ad me venit[b] ad IIII. Id. Feb. Is nuntiat, L. Domitium cum suis cohortibus XI. & cohortib. [c]XIIII. quas Vibullius adduxit, ad me iter habere: habuisse in animo proficisci Corfinio, & [d]ad V. Id. Febr. C. Hirrum cum V. cohortibus subsequi. Censeo ad nos Luceriam venias. nam te hic [e]tutissimè puto fore. Vale.

[b: L. a. d. IIII.] [c: al. XIV.] [d: L. a. d. IV.] [e: fort. tutissimò]

CICERO CN. POMPEIO PROCOS. S. 13

A.D. XV. Kal. Martias Formiis accepi tuas litteras, ex quib. ea, quæ in agro Piceno gesta erant, cognoui commodiora esse multo, quàm ut erat nobis nuntiatum: Vibulliiq. virtutem, [a] industriamq. libenter agnoui. Nos adhuc in ea ora, [b] vbi prępositi sumus, ita fuimus, vt [c] nauem paratam haberemus. ea enim audiebamus, & ea verebamur, ut, quodcumque tu consilium præcepisses, id nobis persequendum putaremus. Nunc, quoniam auctoritate, [d] & consilio tuo in spe firmiore sumus, si teneri posse putas [e] Tarracinam, & oram maritimam: in ea manebo: etsi pręsidia in oppidis nulla sunt. nemo enim nostri ordinis in his locis est, præter [f] M. Oppium, quem ego Minturnis

[a: L. & industriam lib.] [b: L. cui præp.] [c: L. nauim] [d: L. & consilio tuo, spe firm.] [e: L. Terracinam,] [f: L. M. Eppium.]

Minturnis esse uolui, vigilantem hominem, & industrium [a] *L. Torquatum, virum fortem, & cum auctoritate, Formiis non habemus: ad te profectum arbitramur. Ego omnino, vt proximè tibi placuerat, Capuam veni eo ipso die, quo tu Theano Sidicino es profectus. volueras enim me cum M. Considio proprætore illa negotia tueri. Cùm eò venissem, vidi, T. Ampium* [b] *delectum habere diligentissimè, ab eo accipere Libonem summa item diligentia, & in illa colonia auctoritate. Fui Capuæ, quoad* COS. *iterum, vt erat* [c] *dictum à* COSS. *veni Capuam* [d] *ad Non. Febr. Cùm fuissem triduum, recepi me Formias. nunc, quod tuum consilium, aut quæ ratio belli sit, ignoro. Si tenendam hanc oram putas,* [e] *quæ opportunitatem, & dignitatem habet, & egregios ciueis, &, vt arbitror, teneri potest: opus est esse, qui præsit. sin omnia in vnum locum contrahenda sunt: non dubito, quin ad te statim ueniam: quo mihi nihil optatius est: idque tecum, quo die ab vrbe discessimus, locutus sum. Ego, si cui adhuc videor segnior fuisse, dumne tibi videar, non laboro: & tamen, si, vt video, bellum gerendum est, confido me omnibus faciè satisfacturum M. Tullium, meum necessarium, ad te misi: cui tu, si tibi videretur, ad me litteras dare. Vale.*

a L. Nam L. Torqu.

b L. delectum

c L. edictũ

d L. a. d. II Non. Febr. Vbi cùm fuisſ.

e L. quæ & opport.

CN. POMPEIVS MAGNVS PROCOS. S. D. M. CICERONI, IMP. SVO. 14

[a] *TVas litteras libenter legi. Recognoui enim tuã pristinam virtutem etiam in salute communi.* COS. *ad eum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Magnopere te hortor, pro tuo singulari, perpetuoq́.*

a L. S. V. B. E. E. V. TVAS LITT.

petuoq. studio in remp. vt te ad nos conferas, vt communi consilio reip. afflictæ opem, atque auxilium feramus. Censeo, via Appia iter facias, & celeriter Brundisium venias. Cura, vt ualeas.

5 M. CICERO IMP. S. D. [a] CN. MAGNO PROCOS.

a L. CN. POMPEIO M.

CVm ad te litteras misissem, quæ tibi Canusii reddite sunt, suspicionem nullam habebam, te reip. 10 causa mare transiturum, eramq. in spe magna, fore, vt in Italia possemus aut concordiam constituere, qua mihi nihil vtilius videbatur, aut remp. summa cum dignitate defendere. Interim nondum meis litteris ad te perlatis, ex iis mandatis, quę [b] D. Aelio ad COSS. 15 dederas, certior tui consilii factus, non exspectaui, dum mihi à te litteræ redderentur: confestimque cum Q. fratre, & cum liberis nostris iter ad te in Apuliam facere cępi. Cùm Theanum Sidicinum venissem, C. Messius, familiaris tuus, mihi dixit, aliiq. complu- 20 res, Cæsarem iter habere Capuam: & eo ipso die mansurum esse [c] Aeserniæ. Sanè sum commotus, quòd, si ita esset, non modò iter meum interclusum, sed meipsum planè exceptum putabam. Itaq. tum Cales processi, vt ibi potissimùm consisterem, dum certum no- 25 bis [d] ab Aeserniâ de eo, quod audieram, referretur. At mihi, cùm Calibus essem, affertur litterarum tuarum exemplum, quas tu ad Lentulum COS. misisses Hæ sic scriptæ erant: Litteras tibi à L. Domitio [e] ad XIII. kal. Mart. allatas esse, earumq. exemplum sub- 30 scripseras: magniq. interesse reip. scripseras, omneis copias primo quoque tempore in vnum locum conuenire,

b al. Dialio al. D. Læfio L. Dellio

c L. Eserniæ.

d al. ab Eseria

e L. a. d. XIII. Kal.

nire, & ut, [a] præsidii quod satis esset, Capuæ relinqueret. [b] *His ergo litteris lectis, in eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te cum omnibus copiis ad Corfinium esse venturum: quò mihi, cùm Cæsar ad oppidum castra haberet, tutum iter esse non arbitrabar. Cùm res in summa exspectatione esset, vtrumque simul audimus, & quę Corfinii acta eßent, & te iter Brundisium facere cœpiße. Cumque nec mihi, nec fratri meo dubium esset, quin Brundisium contenderemus: à multis, qui è Samnio, Apuliaque veniebant, admoniti sumus, vt caueremus, ne exciperemur à Cęsare, quòd in eadem loca, quæ nos petebamus, profectus, celeriùs etiam, quàm nos possemus, eò, quò intenderat, venturus eßet. Quod cùm ita eßet: nec mihi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorum placuit committere, vt temeritas nostra non solùm nobis, sed etiam reip. noceret: cùm præsertim non dubitaremus, quin, si etiam tutum nobis iter fuisset, te tamen iam consequi non possemus. Interim accepimus tuas litteras, Canusio* [c] *ad* x. *kal. Mart. datas: quibus nos hortaris, vt celeriùs Brundisium veniamus: quas cùm accepissemus* [d] *ad* III. *kal. Mart. non dubitabamus, quin tu etiam Brundisium peruenißes: nobisque illud omnino interclusum videbatur,* [e] *neq. minùs nos eße captos,* [f] *quàm qui Corfinium uenissent. Neq. enim eos solos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidissent: sed eos nihilo minùs, qui regionibus exclusi, intra præsidia, atque intra arma aliena venißent. Quod cùm ita sit, maximè vellem* [g] *primùm tecum semper* [h] *fuisse: quod quidem tibi ostenderam, cùm à me Capuam reiiciebam. Quod feci non vitandi oneris causa:*

a al. præsidio

b al. His ergo litt. & ita L.

c L. a. d. x. Kal.

d L. a. d. III Kal.

e fort. neque minùs nos esse capti,

f L. quàm qui Corfinii fuissent. N.

g al. primùm semper tecum

h v. c. fuissem.

fui: sed quòd videbam teneri illam vrbem sine exercitu non posse: accidere autem mihi nolebam, quod doleo viris fortissimis accidisse. Quoniam autem tecum vt essem, non contigit, vtinam tui consilii certior factus
5 *essem, nam suspicione assequi non potui, quòd omnia prius arbitratus sum fore, quàm vt hæc reip. causa in Italia non posset, duce te, consistere, Neq. verò nunc consilium tuum reprehēdo, sed fortunam reip. lugeo. Nec, si ego, quid tu sis secutus, non perspicio,*
10 *idcirco minus existimo, te nihil, nisi summa ratione, fecisse. mea quæ semper fuerit sententia, primùm de pace vel iniqua condicione retinenda, deinde de vrbe (nam de Italia quidem nihil mihi vmquam ostenderas) meminisse te arbitror. Sed mihi non sumo, vt*
15 *meum consilium valere debuerit: secutus sum tuum, neque id reip. causa, de qua desperaui, quæ & nunc afflicta est, nec excitari sine ciuili, perniciosissimo bello, potest: sed te quærebam, tecum esse cupiebam: neque eius rei facultatem, [a] siqua erit, prætermit-*
20 *tam. Ego me in hac omni causa facilè [b] intelligebam pugnandi cupidis hominib. non satisfacere. Primum enim prçme tulit, me nihil malle, quàm pacē: non quin eadem timerem, quæ illi: sed ea bello ciuili leuiora ducebam. Inde suscepto bello, cum pacis condiciones ad*
25 *te afferri, à teq. [c] ad ea honorificè, & largè responderi viderem, duxi meam rationem: [d] quam tibi facilè me probaturum, pro tuo in me beneficio, arbitrabar. Memineram me esse vnum, qui pro meis maximis in remp. meritis, supplicia miserrima, & crudelissima*
30 *pertulissem: me esse vnum, qui si offendissem eius animum, cui tum, cùm iam in armis essemus, consulatus*

tamen

a v. c. si q

b v. c. intellegebam

c L. ad eas

d L. quam tibi me facilè prob.

tamen alter, & triumphus amplissimus deferebatur, a subiicere eisdem prœliis. vt mea persona semper ad improborum ciuium impetus aliquid videretur habere populare. Atque hæc non ego prius b sum suspicatus, quàm mihi palam denuntiata sunt: neque ea tam pertimui, si subeunda essent, quàm declinanda putaui, si honestè vitare possem. c Quoniam breuem illius temporis, dum in spe pax fuit, rationem nostram vides: reliqui facultatem res ademit. His autem quibus non satisfacio, facilè respondebo. neque enim ego amicior C. Cæsari vmquam fui, quàm illi: neque illi amiciores reip. quàm ego. Hoc inter me, & illos interest, quòd, cùm & illi ciues optimi sint, & ego ab ista laude non absim, ego condicionibus, quod idem te intellexeram velle, illi armis disceptari maluerunt: d quæ quoniam ratio vicit, perficiam profectò, vt neque resp. ciuis à me animum, neque tu amici desideres. Vale.

a v. c. subiicerer

b L. suspicatus sum, q.

c L. Quàm breuissimam illius temp.

d q. vulg. quæ quoniam ratio omissa est, perf. v. c. quæ quoniam ratio misit, p. non pl.

ANNOTATIONES.

1 ex ijs mandatis, quæ D. Lælio) sic volunt omnes legi, quamuis libri & manuscr. & vulgati reclament. habent enim partim, Dellio, partim, Decallio, partim, Dialio, partim, Dullio, partim, Duellio. Dellio, mihi non displicet. Nam, Dellium quemdam commemorat Plutarchus in Antonio.

CICERO ATTICO S. 16

Mihi molestior lippitudo erat etiam, quàm antè fuerat: dictare tamen hanc epistolam malui, quàm Gallo Fabio, amantissimo vtriusque nostrum nihil ad te litterarum dare. nam pridie quidem, quoquo modo potueram, scripseram ipse eas litteras, quarum vaticinationem falsam esse cupio. Huius autem epistolæ non solùm ea causa est, vt nequis à me dies intermitta-

intermittatur, quin dem ad te litteras, sed etiam hæc iustior, ut à te impetrarem, ut sumeres aliquid temporis: quo quia tibi perexiguo opus est, explicari mihi tuum consilium planè uolo, ut penitus [a] *intelligam.*

a v.c. intelligam.

5 *Omnia sunt integra nobis. nihil prætermissũ est, quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem. nam certè neque tum peccaui,* [1] [b] *cùm imparatam iam Capuam, non solùm ignauiæ delectus, sed etiam perfidię suspicionem fugiens, accipere nolui:*

b L. cum imperatam iam Cap. fort. cum mihi imper.

10 *neque, cùm post condiciones pacis per L. Cæsarem,* [2] *&* [c] *Fabium allatas, caui, ne animum eius offenderem, cui Pompeius iam armatus armato consulatum, triumphumque deferret. Nec verò hæc extrema quisquam potest iure reprehendere, quòd mare non transierim. id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire*

c v.c. Fabatum

15 *non potui. neque enim suspicari debui, præsertim cùm ex ipsius Pompeii litteris, idem quod video te existimasse, non dubitarim, quin is Domitio subuenturus esset. Et planè, quid rectum, & quid faciendum mihi*

20 *esset, diutius cogitare malui. Primùm igitur hæc, qualia tibi esse videantur etsi sæpius significata sunt à te, tamen accuratius mihi perscribas, velim: deinde aliquid etiam in posterum prospicias: fingasque, quem me esse deceat, & vbi me plurimum prodesse*

25 *reip. sentias.* [d] *ecquæ pacifica persona desideretur: an in bellatore sint omnia. Atque ego, qui omnia officio metior, recordor tamen tua consilia: quibus si paruissem, tristitiam illorum temporum non* [e] *subiissem. Memini, quid mihi tũ suaseris per Theophanem, per Culleonem: idque sæpe ingemiscens sum recordatus. Qua*

d al. ecqua

e L. subissem.

30 *re nunc saltem ad illos calculos reuertamur. quos tum abieci-*

abiecimus: vt non solum gloriosis consiliis vtamur, sed etiam [3] *paullo* [a] *salubribus. Sed nihil præscribo. accuratè velim perscribas tuam ad me sententiam. Volo etiam exquiras, quàm diligentissimè poteris (habebis autem, per quos possis) quid Lentulus noster, quid Domitius agat, quid acturus sit: quemadmodum nunc se gerant: numquem accusent, numcui* [b] *succenseant. quid dico, numcui? num Pompeio? Omnino culpam omnem Pompeius in Domitium confert:* [c] *quod ipsius litteris cognosci potest: quarum exemplum ad te* [d] *mitto. Hæc igitur videbis, &, quod ad te antè scripsi, Demetrii Magnetis librum, quem ad te misit, de concordia, velim mihi mittas.*

a al. salubrioribus.
b L. suscenseant.
c al. quod ex ips.
d v. c. misi.

ANNOTATIONES.

1 cum imperatam Capuam) sic legendum, vt habet codex Turnesianus, non, imparatam

2 & Fabium) idem liber habet, & Fabatum.

3 paullo salubrioribus) Idem liber habet, paullo salubribus: quod probo. sic enim Terent. Heautont. paullo qui est homo tolerabilis. quod & à Malaspina est animaduersum. Fieri tamen potuit, vt scriptum sit à Cicerone, salubrioribus, & prætermissæ sint tres litteræ à scriptore librario, ori.

CN. MAGNVS PROCOS. [a] M. MARCELLO, L. LENTVLO, COSS. S. D. 17

a L. C. MARCELLO,

EGo quòd existimabam dispersos nos neque reip. vtileis, neque nobis præsidio esse posse, idcirco ad L. Domitium litteras misi: primùm [b] *vti ipse cum omni copia ad nos veniret: si de se dubitaret, vt coborteis* X I X. *quæ ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. Quod veritus sum, factum est, vt Domitius implicaretur, neque ipse satis firmus esset ad castra facienda, quòd meas* X I X. *& suas* X I I. *coborteis tribus in oppidis distributas haberet: (nam partim*

b v.c. vt ipse

partim Albæ, partim Sulmone collocauit) [1] [a]*neque, si uellet, expedire posset. Nunc scitote, me esse in summa sollicitudine. nam & tot, & taleis uiros periculo obsidionis liberare cupio: neque subsidio ire possum, quòd his duabus legionibus non puto esse committendum, ut illuc ducantur. Ex quibus tamen non amplius* XIIII. *coborteis contrahere potui:* [b]*quas Brundisium misi: neque Canusium sine præsidio, dum abessem, putaui esse dimittendum.* [c] *D. Aelio mandaram, quòd maiores copias sperabam nos habituros, ut, si uobis uideretur, alteruter uestrum ad me ueniret: alter in Siciliam, cum ea copia, quam Capuæ, & circum Capuam comparastis, & cum iis militibus, quos Faustus legit, proficisceretur, Domitius cùm* XII. *suis cobortibus eodem adiungeretur: reliquę copiæ omnes Brundisium cogerentur, & inde nauibus Dyrrhachium transportarentur. Nunc, cùm hoc tempore nihilo magis ego, quàm uos, subsidio Domitio ire possim,* [2] *seu per monteis explicare, non est nobis committendum,* [3] *ut ad has* XIIII. *coborteis, quas dubio animo habeo, hostis accedere, aut in itinere, me consequi possit. Quamobrem*[4] *placitum est mihi*[d]*(etiã uideo* [e] *C. Marcello, & ceteris nostri ordinis, qui hic sunt) ut Brundisium ducerem hanc copiam, quam ego mecum habeo. Vos hortor, ut, quodcumque militum contrahere poteritis, contrahatis, & eodem ueniatis quamprimùm. Arma, quę ad me missuri eratis, iis censeo armetis milites, quos uobiscum habetis: quæ arma superabunt, ea si Brundisium iumentis deportaritis, vehementer reip. profueritis. De hac re uellem nostros certiores faceretis. Ego ad P. Lupum, & C. Copo-*

Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30.

a L. neque se, si v.

b v. c. quas Brundisium præsidiũ misi: fort. quas Brundisium præmisi:

c al. Dellio

d fort. atq. item uid.

e fort. M.

nium prętt. misi, vt se [a] nobis coniungerent, & militum quod haberent, ad nos, deducerent. Vale.

ANNOTATIONES.

[1] neque, si uellet, &c.) lego, neque se si uellet, &c.

2 seu per monteis explicare) codex uetus optimus habet, se per monteis, &c. Itaque hæc uerba uidentur esse suo loco mota, & ibi esse legenda suprà, post illa, neque, se expedire, ut deinceps iam ponantur, neque se per monteis explicare posset. 5

3 ut ad has XIIII. cohorteis) legendum, ut ad has &c. quod eò adscripsi, quòd olim omissa fuit à librarijs præpositio, ad.

4 placitum est mihi, (etiam uideo, &c.) codex Turnes. & nostri fere omnes manuscrip. habent, ut Italici, placitum est mihi, alcia uideo censori, M. Marcello, &c. quæ scriptura quid sibi uelit, aut quid ualeat, quæro. 10

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS. 18

Miror, te ad me nihil scribere, & potiùs ab aliis, quàm à te de rep. certiorem me fieri. Nos disiecta manu pares aduersariis esse non possumus: contractis nostris copiis, spero nos & reip. & communi saluti prodesse posse. Quamobrem cùm constituisses, vt Vibullius mihi scripserat, [a] ad V. Id. Feb. Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me venire, miror, quid causę fuerit, quare consilium mutaris. nam illa causa, quam mihi Vibullius scribit, leuis est, te propterea moratum esse, [1] quòd audieris, Cęsarem Firmo progressum in castrum Truentinum venisse. quanto enim magis appropinquare aduersarius cœpit, eo tibi celeriùs agendum erat, vt te mecum coniungeres priùs, quàm Cęsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. Quamobrem [b] etiam te rogo, & hortor, id quod non destiti superioribus litteris à te petere, vt primo quoque die Luceriam aduenires antè, quàm copiæ, quas instituit Cæsar contrahere, in vnum locum

15 20 25 30

a L.a.d.v. Id.

b fort. etiã, atq. etiam te r.

locum coactæ, nos à nobis distrahant. Sed, si erunt, qui te impediant, vt illas suas seruent, æquum est me à te impetrare, vt coborteis, quæ ex Piceno, & Camerino uenerunt, quę fortunas suas reliquerunt, ad me [a] missum facias. Vale.

5

a al. missas facias.

ANNOTATIONES.

1 quòd audieris, Cæsarem Firmo progressum) Victorius lib. 4. Var. lection multis uerbis ostendit, legendum esse, firmo progressu, idque ex auctoritate ueteris codicis. ego tamen hanc lectionem retineo, atque amplector, cùm eam reperiam in aliquot libris manuscr. & maximè in Turnesiano, cumque, quod caput est, ratio, ut ita legatur, postulet, Victorijque lectionem refellat, ut ineptam.

10

[a] CN. POMPEIVS PROCOS.

S. D. L. DOMITIO PROCOS. 19

a L. CN. MAGNVS proconf.

Literas abs te M. [b] Calenius ad me attulit [c] ad XIIII. kal. Mart. in quibus litteris scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarem: &, si secundum mare ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me uenturum: sin autem ille circum [d] istbæc loca commoraretur, te ei, si propiùs accessisset, resistere velle. Te animo magno, & forti istam rem agere existimo: sed diligentiùs nobis est uidendum, ne distracti, pares esse aduersario non possimus, cum ille magnas copias habeat, & maiores breui habiturus sit. non enim, pro tua [e] prudentia, debes illud solum animaduertere, quot in præsentia coborteis contra te habeat Cęsar, sed quantas breui tempore equitum, & peditum copias contracturus sit. Cui rei testimonio sunt litteræ, quas Bussenius ad me misit. in quib. scribit, id quod ab aliis quoq. mibi scribitur, prædia Curionem, quæ in Vmbria, & Tuscis erant, contrahere, & ad Cæsarem

15 20 25 30

b fort. Canuleius.

c L. a. d.

d al. istæc

e q. v. c. prouidentia,

facere. Quæ si copiæ in vnum locum fuerint coactæ, vt pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat, ut non pugnet, sed locis suis repugnet: hærebis: neq. solus, cum ista copia, tantam multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas. Quamobrem te 5 *magnopere hortor, ut quamprimùm cum omni copia huc uenias.* COSS. *constituerunt idem facere. Ego* [a]*Metuscilio ad te mandata dedi, prouidendum esse, ne duæ legiones sine Picentinis cohortibus id conspectum Cæsaris committerentur. Quamobrem nolito* 10 *commoueri, si audieris me regredi, si fortè Cæsar ad me ueniet. cauendum enim puto esse, ne implicatus hęream. nam neque castra propter anni tempus, & militum animos, facere possum: neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum* 15 *amittam. itaque non amplius* XIIII. *coborteis Luceriam coegi.* COSS. *præsidia omnia deducturi sunt, aut in Siciliam ituri. nam aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse: aut regiones eiusmodi obtinere, è quibus repugnemus. id* 20 *quod neutrum nobis hoc tempore contingit, quòd & magnam partem Italiæ Cæsar occupauit, & nos non habemus exercitum tam amplum, neque tam magnum quàm ille. Itaq. nobis prouidendum est,* [b]*ut summam reip. rationem habeamus. Etiam atque etiam* 25 *te hortor, ut cum omni copia quamprimùm ad me uenias. Possumus etiam nunc remp. erigere, si communi consilio negotium administrabimus. si distrahemur: infirmi erimus. mihi hoc constitutum est. His litteris scriptis, Sica à te mihi litteras attulit,* 30 *& mandata. Quòd me hortare, ut istuc ueniam: id*

a al Metustileo fort. M. Tuscilio

b L. ut summæ reip.

id me facere non arbitror poße, quòd non magnopere his Legionibus confido. Vale.

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS. 20

5

LItteræ mihi à te redditæ sunt [a] *ad* XIII. *Kalen. Mart. in quibus scribis, Cæsarem apud Corfiniū castra posuisse. Quo putaui, & præmonui, fit, vt nec in præsentia committere tecum prœlium velit, &*
10 *omnibus copiis conductis, te implicet, ne ad me iter* [b] *expeditum tibi sit, atq. istas copias coniungere optimorum ciuium possis cum his legionibus, de quarum voluntate dubitamus: quo etiam magis tuis litteris sum commotus. Neq. enim eorum militum, quos me-*
15 *cum habeo,* [c] *voluntati satis confido, vt de omnibus fortunis reip. dimicem:* [d] *neque etiam, qui* [e] *ex delectibus conscripti sunt à* COS. *conuenerunt. Quare da operam, si vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt te explices, huc quamprimum venias antè, quàm*
20 *omnes copiæ* [e] *aduersarium conueniant. Neque enim celeriter* [f] *ex delectibus huc homines conuenire possunt: &, si conuenirent, quantum iis committendum sit,* [g] *quòd inter se non noti sunt, contra veteranas legiones, non te præterit. Vale.*
25

a L. a. d.

b L. tibi ex peditum sit,

c v.c. voluntate

d L. ex dilectib.

e al. aduersariorum

f L. ex dilectib.

g L. quòd inter se ne noti sunt, al. quod inter se ne noti quidem sunt, al. qui inter se

CICERO ATTICO S. 21

LIppitudinis meæ signum tibi sit, librarii manus, & eadem, causa breuitatis: etsi nunc quidem, quod scriberem, nihil erat, omnis expectatio
30 *nostra erat in nuntii Brundisinis. si nactus hic esset*

a v.c.tramisisset: *Cn. nostrum, spes dubia pacis. sin ille antè[a] transmisisset: exitiosi belli metus. Sed videsne, in quem hominem inciderit resp? quàm acutum? quàm vigilantem? quàm paratum? Si mehercule neminem occiderit, nec cuiquam quidquam ademerit: ab iis, qui eum maximè timuerant, maximè diligetur. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani: nihil prorsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos. Et vide quàm conuersa[b] res est. illum, quo antea confidebant, metuunt: hunc amant, quem timebant. Id quantis nostris peccatis, vitiisque euenerit, non possum sine molestia cogitare. Quę autem impendere putarem, scripseram ad te, & iam tuas litteras expectabam. Vale.*

b fort. res fit.

CICERO ATTICO S. 22

NOn dubito, quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ, cùm præsertim neque noua de re aliqua certiorem te faciam, neque nouam denique iam reperiam scribendi vllam sententiam. sed si dedita opera, cùm causa nulla esset, tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem: facerem ineptè. euntibus verò, domesticis præsertim, vt nihil ad te dem litterarum, facere non possum: & simul (crede mihi) requiesco[a] paullum in his miseriis, cùm quasi tecum loquor. cùm verò tuas epistolas lego, multo etiam magis. Omnino[b] intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas, & formidines, quod magis debuerit mutum esse à litteris, propterea quòd neque Romę quidquam auditur noui, nec in his locis, quę à Brundisio absunt propiùs, quàm tu,[c] biduum, aut triduum. Brundisii autem omne

a al. paullulum

b v.c. aintelligo,

c L. bidui, aut tridui.

5 10 15 20 25 30

omne certamen vertitur huius primi temporis: qua quidem expectatione torqueor. sed omnia antè nos sciemus. Eodem enim die video Cæsarem à Corfinio post meridiem [a] *profectum esse, Feralibus, quo Canusio mane Pompeium. Eo modo autem ambulat Cæsar, & iis diariis militum celeritatem incitat, vt timeam, ne citius ad Brundisium, quàm opus sit, accesserit. Dices, Quid igitur proficis, qui anticipes eius rei molestiam, quam triduo sciturus sis? Nihil equidem; sed, vt suprà dixi, tecum perlibenter loquor: & simul, scito labere meum consilium illud, quod satis iam fixum videbatur. non mihi satis idonei sunt auctores ii, qui à te probantur. Quod enim vmquam eorum in rep. forte factum exstitit? aut quis ab iis vllam rem laude dignam desiderat? Nec mehercule laudandos existimo, qui trans mare, belli parandi causa, profecti sunt: quamquam hæc ferenda non erant: video enim quantum id bellum, & quam pestiferum futurum sit. Sed me mouet vnus vir, cuius fugientis comes, remp. recuperantis socius videor esse debere. Totiesne igitur sententiam mutas? Ego tecum, tanquam mecum loquor. Quis autem est, tanta quidem de re, quin variè secum ipse disputet? Simul & elicere cupio sententiam tuam: si manet, vt firmior sim:* [b] *si mutata est, vt tibi aßentiar. Omnino ad id, de quo dubito, pertinet me scire, quid Domitius acturus sit, quid noster Lentulus. De Domitio varia audimus,* [1] *modò esse* [c] *in Tiburti, aut Lepidi, quo cùm Lepidus accessißet ad vrbem: quod item falsum video esse. ait enim Lepidus,* [2] *eum nescio quò* [d] *penetraße itineribus, occultandi sui causa, an maris apiscendi? ne id quidē scit. igno-*

a v. c. & L. profectum esse, id est, Feralib. fort. profectum esse quo Can.

b L. si mutata est, tibi assentiar.

c fort. in Tiburti Lepidi, modò cum Lepido accessisse ad vrb.

d fort. penetrasse itineribus occultis, oc

rat enim de filio. addit illud sanè molestum, pecuniam Domitio satis grandem, quam is [a] *Coreni habuerit, non esse redditam. De Lentulo autem nihil audimus. Hęc velim exquiras, ad meque perscribas. Vale.*

a al. Corfinij hab. & ita L.

ANNOTATIONES.

1 modò esse in Tiburti Lepidi, modò cum Lepido accessisse ad urbem, &c.) lectionem vulg. paullum immutaui. Sic enim habent omnes libri vulgati, quos quidem viderim, neque aliter manuscrip. Italici, vt testantur Manutius, & Malaspina, vel nostri, id est, Memmiani, & Turnesianus, modò esse in Tiburti, aut Lepidi, quò cùm Lepidus accessisset ad vrbem, &c. quam scripturam icciroo reposui, nequis ingenio præstans, quòd eam leuiter immutarim, coniectura ductus, sibi ad veriorem coniecturam iter interclusum esse conqueratur. Sed nequid dissimulem. prior pars huius restitutionis à Sebast. Corrado excogitata est: nisi & legit, ex Tiburtio: reliqua à nobis. Iam ex, Tiburti aut, facile est facere, Tiburtino. ex, quo, modo.

3 eum nescio quòd penetrasset itineribus occult. videtur desiderari epitætum, quod cohæreat cum voce, itineribus, fort. occultis, seu, deuijs.

CICERO ATTICO S. 23

A.D.V. *Non. Mart. epistolas mihi tuas Aegypta reddidit: Vnam veterem,* IIII. *kal. quam te scribis dedisse Pinario, quem non vidimus: in qua exspectas, quidnam premissus agat Vibullius, qui omnino non est visus à Cæsare* [a] *(in altera epistola video te scire ita esse:) & quemadmodum redeuntem excipiam Cæsarem, quem omnino vitare cogito:* [1] *&* [b] *aut Hæmonis fugam tendis, commutationemq. viæ tuæ: quod tibi puto esse faciendum:* [2] *& ignoras, Domitius cum fascibusne sit: quod cùm scies, facies, vt sciamus. habes ad primam epistolam. Secutę sunt duæ, prid. kalend. ambæ datę, quæ me conuellerunt de pristino statu, iam tamen, ut antè ad te scripsi, labentem. Nec me mouet, quòd scribis, Ioui ipsi iniquum.*

a q.v.c. id altera epist.
b fort. & artemonis funem tendis, comm. al. & aue Athenio, si fugam intendis, c.

quum. nam periculum in vtriusque iracundia positum est. Victoria autem ita incerta, vt deterior causa, paratior mihi esse videatur. nec me COS. *mouent, qui ipsi pluma, aut folio faciliùs mouentur. Officii*
5 *me deliberatio cruciat, cruciauitque adhuc. Cautior certè est mansio: honestior existimatur traiectio. Malo interdum, multi me non cautè, quàm pauci non honestè fecisse existiment. De Lepido,*[a] *& Tullio quod quæris: illi vero non dubitant, quin Cæsari præstò*
10 *futuri, in senatumque venturi sint. Recentissima tua est epistola Kalendis data, in qua optas congressum, pacem non desperas. Sed ego, cùm hæc scribebam, nec illos congressuros, nec, si congressi essent, Pompeium,*[b] *ad vllam condicionem* [3] *accessurum putabam.*
15 *Quod videris non dubitare, si* COSS. *transeant, quid nos facere oporteat: certè transeunt: vel, quomodo nunc est, transierunt. Sed memento, præter Appium, neminem esse ferè, qui non ius habeat transeundi. nam aut cum imperio sunt, vt Pompeius, vt Scipio,*[c] *Sen-*
20 *tenas, Fannius,*[d] *Voconius, Sestius, ipsi* COSS. *quibus more maiorum cōcessum est vel omneis adire prouincias: aut legati sunt eorum: sed nihil*[e] *desidero. Quid placeat tibi, & quid propemodum rectum sit, intelligo. Plura scriberem, si ipse possem: sed, vt mi-*
25 *hi videor, potero biduo. Balbi Cornelii litterarum exemplū, quas eodem die accepi, quo tuas, misi ad te, ut meam vicē dolores, cum me derideri videres. Vale.*

[a] L. & Tullo
[b] fort. ad ullam condic. descensurum.
[c] al. Secenas,
[d] L. Coponius,
[e] v. c. desero. al. differo. L. decerno.

ANNOTATIONES.

1 et aut Hemonis fugam tendis) Locus corruptus: in quo restituendo operam ponere, vereor, ne sit nihil agere. Verumtamen, ne quis nobis turpe esse dicat, ibi tacere, vbi alij verbosi
30 fuerunt, dicamus saltem aliquid: quamuis hoc aliquid, nihil futurum sit. Audeamus igitur, & dicamus, hic legendum, & verò ita à

Cicerone

Cicerone esse scriptum, cum ex epistola Attici quædam verba, quasdamque sententias colligeret, atque iteraret: artemonis funem tendis, id est, discessum & fugam ornas: te ad nauigandum paras. est enim artemo, velum nauis maximum, siue quod additur maximo, siue summum antemnæ, siue potius trochlea, vt docet Vitruuius, lib. x. cap. v. Non est autem incredibile Atticum Græca voce esse vsum, præserim quæ esset significantissima, & ad rem accommodatissima. Quin mihi venit aliquando in mentem, scriptum esse à Cicerone Attici verba iterante, ἀρτέμονος φῦσαν tendis, id est velim maximi follem tendis. eadem sententia. Iudicent eruditi. Verumtamen prior lectio mihi magis placet. At Bosius sic legi mauult. Aue Athenio, si fugam intendis, &c. Fuit autem Athenio, dux fugitiuorum.

2 & ignoras, Domitius cum fascibus, &c.) id est, in epistola tua te scribis ignorare: vt rectè explicat Corradus: quod addidi præter institutum meum, ne quem indueat Malaspina, qui aliter accipit: in quo magnopere fallitur.

3 accessurum) fort. descensurum, scribendum. Sic enim loqui solet & Cicero & alij. Cœlius Epist. ad Cic. Alterutram ad condicionem descendere vult Cæsar, &c. & Cic. lib. 9. infrà descendere ad omnia &c.

BALBVS CICERONI IMP. S. 24

OBsecro te, Cicero, suscipe curam, & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, vt Cæsarem, & Pompeium, perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. Crede mihi, Cæsarem non solum in tua [a] *potestate fore, sed etiam maximum beneficium te sibi dedisse iudicaturum, si huc te reiicis. Velim, idem Pompeius faciat: qui vt adducit tali tempore ad vllam condicionem possit, magis opto, quàm spero. Sed cùm constiterit, & timere desierit, tum incipiam non desperare tuam auctoritatem plurimum* [b] *valituram. Quòd Lentulum* COS. *meum voluisti hic remanere, Cęsari gratum, mihi verò gratissimum, medius fidius, fecisti. nam illum tanti facio,* [c] *qui non Cæsarem magis diligam: qui*

a al. fore potestate,

b L. apud eum valituram.

c al. vt non

qui si passus esset, nos secum, vt consueueramus, loqui, & non se totum [a] *etiam, & etiam ab sermone nostro auertisset: minus miser, quàm sum, essem. Nam caue putes, hoc tempore plus me quemquam*
5 *cruciari, quòd eum, quem ante me diligo, video in consulatu quiduis potius esse, quàm* C O S. *Quòd si voluerit tibi obtemperare, & nobis de Cęsare credere, & consulatum reliquum Romæ peragere: incipiam sperare, etiam consilio senatus, auctore te, illo relato-*
10 *re, Pompeium, & Cæsarem coniungi posse: quod si factum erit, me satis vixisse putabo. Factum Cæsaris de Corfinio totum me probaturum scito:* [b] *& quomodo in huiusmodi re, commodius cadere non potuit, quàm vt res sine sanguine confieret. Balbi mei, tuiq.*
15 *aduentu delectatum te, valde gaudeo. Is, quæcumque tibi de Cæsare dixit, quæque Cæsar scripsit, scio, re tibi probabit. quæcumque fortuna eius fuerit,* [c] *bellissimè scripsisse. Vale.*

a al. etiam, atq. etiam

b copulatio, &, abest a. q. v. c. nec eam agnoscit L.

c L. verissimè scr.

20 C I C E R O A T T I C O S. 25

OMnia mihi prouisa sunt, [1] [a] *præter occultum metum. Iter ad mare superum. hoc enim mari vti non possumus hoc tempore anni. Illuc autem, quò*
25 *spectat animus, & quò res vocat, quà veniam? Cedendum enim est celeriter, ne fortè qua re impediar, atque alliger. Nec verò ille me ducit, qui videtur: quem ego hominem* ἀπολιτικώτατον *omnium iam antè cognoram, nunc uerò etiam* ἀστρατηγικώτατον. *Non*
30 *me igitur is ducit, sed sermo hominum, quid ad me à Philotimo scribitur. Is enim me ab optimatibus ait*
conscin-

a L. præter occultum, & tutè iter ad mare sup.

conſcindi. Quibus optimatibus, dii boni? qui nunc quomodo occurrunt? quomodo autem ſe venditant Cæſari? Municipia verò deum, nec ſimulant, vt cùm de illo ægroto vota faciebant. Sed planè, quidquid mali hic Piſiſtratus non fecerit; tam gratum eſt, quàm ſi alium facere prohibuerit. Hunc propitium ſperant illum iratum putant. Quas fieri cenſes ἀπαντήσεις ex oppidis? quos honores? Metuunt, inquies. Credo: ſed mehercule illum magis. Huius inſidioſa clementia delectantur: illius iracundiam formidant. Iudices D C C C L. *qui præcipuè Cnæo noſtro delectabamur, ex quib. quotidie aliquem video, neſcio quas eius Lucerias horrent. Itaque quæro, qui ſint iſti optimateis,* [a] *qui me exturbent, cùm ipſi domi maneant. Sed tamen, quicumque ſunt αἰδέομαι Τρῶας. Etſi, qua ſpe proficiſcar, video: coniungoque me cum homine magis*[b] *ad vaſtandam Italiam, quam ad vincendum parato.* [c] *domum quem expecto? Et quidem cùm hæc ſcribebam* I I I I. *Non. iam exſpectabam aliquid à Brundiſio. quid autem aliquid? quàm inde turpiter fugiſſet, & victor hic quà ſe referret, & quò. Quod vbi audiſſem: ſi ille Appia veniret, ego Arpinum cogitabam.*

a al. qui me exturbent Cumis, ipſi domi m.
b al. ad uaſtandum It.
c L. deniq. quem exſp. al. demum quem exſp.

ANNOTATIONES.

1 præter occultum, & tutum iter ad m.) ſic reſtitui ex antiquæ ſcripturæ veſtigijs non obſcuris. ſic enim habet codex Turneſian. & nonnulli ex Memm. Omnia mihi prouiſa ſunt, præter occultum, & tum iter &c. Cognouimus tamen etiam ante nos Corradum coniectura ductum ita emendaſſe.

2 qui ſint iſti optimates, qui me exturbent, cùm ipſi) nihil muto, neque mihi placet Petri Victorij emendatio, qui me exturbent Cumis, quamuis eam adiuuent nonnulli codices manuſcr. nam antiqua illa ſcriptura deprauata eſt, & ex, cum his ſi, quod reperitur in libris, faciendum eſt, cùm ipſi, non Cumis, vt vult ille.

Verba

Verba Græca, Latinis expreßa.

ἀπολιτικώτατον, maximè ciuilis gubernationis expertem.
ἀστρατηγικώτατον, maximè imperatoriç artis ignarum.
5 ἀπαντήσεις, obuiam itiones.
αἰδέομαι τρῶας, timeo Troianos.

M. T. CICERONIS
10 EPISTOLARVM
AD T. POMPONIVM
ATTICVM.

LIBER IX.

15

CICERO ATTICO S. I

ETSI, *cùm tu has litteras legeres, putabam fore, ut scirem iam, quid Brundisii actum esset (nam Canusio* VIII.
20 *kal. profectus erat Cnæus: hæc autē scribebam prid. Non.* XIIII. *die postquàm ille Canusio mouerat) tamē angebar singularum horarum exspectatione, mirabarque nihil allatum esse, ne rumoris quidem. nam erat mirum silentium. Sed hęc fortaße κενόσπουδα*
25 *sunt: quæ tamen iam sciātur, necesse est. Illud molestum, me adhuc inuestigare non poße,* [a] *ubi Lentulus noster sit, ubi Domitius. Quæro autem, quo faciliùs scire possim, quid acturi sint: iturine ad Pompeium:* [b] *&, si sint, quã, quandoue* [c] *ituri sint. Vrbem qui-*
30 *dem iam refertam esse optimatium audio:* [d] *Sosium, & Lupum, quos Cnęus noster antè putabat Brundisium*

[a] L. ubi P. Lent.
[b] v.c. &, si sunt,
[c] v.c. ituri sunt.
[d] al. sestiũ,

sium venturos esse, quàm se, ius dicere. Hinc verò vulgò vadunt. Etiam M. Lepidus, quo cum diem conterere solebam, cras cogitabat: nos autem in Formiano morabamur, quo citiùs audiremus: deinde Arpinum volebamus: inde iter quà maximè ἀναπάντητον 5
esset, ad mare superum, remotis, siue omnino [a] missis lictoribus. audio enim, bonis viris (qui & nunc, & sæpe antea magno præsidio reip. [b] fuerint) hanc cunctationem nostram non probari, multaque in me, & seuerè in conuiuiis tempestiuis quidem disputari. 10
Cedamus igitur, &, vt boni ciues simus, bellum Italiæ terra, marique inferamus: & odia improborum rursus in nos, quæ iam extincta erant, incendamus: & Lucceii consilia, ac Theophani persequamur. nam Scipio vel in Syriam proficiscitur sorte, vel cum genero honestè, uel Cæsarem fugit iratum. Marcelli quidem, nisi gladium Cæsaris timuissent, manerent. Appius & eodem timore, & inimicitiarum recentium: & tamen præter hunc, & C. Cassium, reliqui legati, Faustus [c] proquæstor. ego unus, cui utrumuis liceret. Frater [d] accesserit: quem socium huius fortunæ esse non erat æquum: cui magis etiam Cæsar [e] irascetur. sed impetrare non possum, vt maneat. Dabimus hoc Pompeio, quod debemus. nam me quidem alius nemo mouet, non sermo bonorum: qui nulli sunt. non causa, quæ acta timidè est, agetur improbè. [f] Vni hoc damus: ne id quidem roganti, nec suam causam, ut ait, agenti, sed publicam. Tu, quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè uelim. 15 20 25

30

[a] al. omissis
[b] al. fuerunt
[c] v.c. proq. fort. pro-præt.
[d] L. accedit:
[e] al. irasceretur.
[f] L. Vni, uni h.

Verba

Verba Græca, Latinis expressa.

κενόσπουδα, inanis studij plena.
ἀναπάντητον, in quo nemo occurrat.

CICERO ATTICO S. 2

5 *ET si nonis Mart. die tuo (vt opinor)* [a] *exspectabã à te epistolam longiorem, tamen ad eam ipsam breuem, quam* III. *nonas Mart.* [b] ὑπὸ τὴν διάληψιν *dedisti, rescribendum putaui. Gaudere ais te, man-*
10 *sisse me, & scribis in sententia te manere: mihi autem superioribus litteris uidebare non dubitare, quin cederem, ita, si & Cnæus bene comitatus conscendisset, & coss. transissent. Vtrùm hoc tu parum* [c] *commeministi, an ego, non satis intellexi? an mutasti sen-*
15 *tentiam? Sed aut ex epistola, quam exspecto, perspiciam, quid sentias, aut alias abs te litteras eliciam. Brundisio nihil dum erat allatum. O rem difficilem, pleneque perditam! quàm nihil prætermittis in consilio dando, quàm nihil tamen, quod tibi ipsi placeat,*
20 *explicas! Non esse me vnà cum Pompeio, gaudes: ac proponis, quàm sit turpe me adesse, cùm quid de illo detrahatur: nefas esse approbare. Certè. Contrà igitur? Dii, inquis, auerruncent. Quid ergo fiet, si in altero scelus est, in altero supplicium? Impetra-*
25 *bis, inquis, à Cæsare, ut tibi abesse liceat, & esse otioso. Supplicandum igitur? miserum. Quid si non impetraro? Et de triumpho, erit, inquis, integrum. Quid, si hoc ipso premar? accipiam? quid fœdius? negem? repudiari se totum, magis etiam, quàm olim*
30 *in* XX. *uiratu putabit. Ac solet, cùm se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me si-*
bi

a L. exspectabam epistolam à te longior.
b L. ὑπὸ τὴν λῆψιν ded.
c al. meministi,

bi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem à se accipere uellem. quanto nunc hoc idem accipiet asperiùs? tanto scilicet, quanto & honor hic illo est amplior, & ipse robustior. Nam quòd negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompeium hoc tempore, non video causam, cur ita sit hoc quidem tempore. Qui enim amisso Corfinio deniq. certiorem me sui consilii fecit, is queretur Brundisium me non venisse, cùm inter me, & Brundisium Cæsar esset? Deinde etiam scit ἀπαῤῥησίαςον *esse in ea causa querelam suam. Me putat de municipiorum imbecillitate, de* [a] *delectibus, de pace, de urbe, de pecunia, de Piceno occupando, plus uidisse, quàm se. sin, cùm potuero, non uenero: tum erit inimicus. Quod ego non eò vereor, ne mihi noceat (quid enim faciet?* τίς δ' ἐςὶ δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;) *sed quia ingrati animi crimen horreo. Confido igitur, aduentum nostrum, illi, quoquo tempore fuerit, ut scribis,* [b] ἀσμενέςερον *fore. Nam quod ais, si hic temperantiùs egerit, consideratius consilium te daturum: qui hic potest se gerere non perditè? vita, mores, antè facta, ratio suscepti nogotii, socii, uires bonorum, aut etiam constantia. Vixdum epistolam tuam legeram, cùm ad me currens ad illum, Postumus Curtius venit, nihil nisi* [c] *classeis loquens, & exercitus: eripiebat Hispanias: tenebat Asiam, Siciliam, Africam, Sardiniam: confestim in Græciam persequebatur. Eundum igitur est, nec tam ut belli, quàm ut fugæ socii simus. nec enim ferre potero sermones istorum, quicumque sunt. non sunt enim certè, ut appellantur, boni: sed tamen idipsum scire cupio, quid loquantur: idque ut exquiras, meq. certiorem facias,*

a L. de dilectib. al. de dilectu,

b L. ἀσμενέςερον f.

c v.c. classis

rias, te vehementer rogo. Nos adhuc quid Brundisii actum eßet, planè nesciebamus. cùm sciemus, tum ex re, & ex tempore consilium capiemus: sed utemur tuo. Vale.

5 *Verba Græca, Latinis expressa.*

ὑπὸ τὴν διάληψιν, sub ipsam accessionem febris.
ἀπαῤῥησίαστον, minime liberare.
τίς δ' ἐστὶ δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν; quisnam est seruus, de morte securus qui sit?
ἀσμένιστον, gratissimum, libentissimum.

10

CICERO ATTICO S. 24

Domitii filius transiit Formias VIII. idus, currens ad matrem Neapolim, mihique nunciari iussit, patrem ad urbem eße, cùm [a] de eo curiosè quæ- [a] v. c. ex eo
15 *sisset seruus noster Dionysius. Nos autē audieramus eum profectum siue ad Pompeium, siue in Hispaniā. id cuiusmodi sit, scire sanè uelim. nam ad id, quod delibero, pertinet, si ille certè nusquam discessit, intelligere Cnæum, non esse facileis nobis ex Italia exi*
20 *tus, cùm ea tota armis, præsidiisque teneatur, hieme præsertim. Nam si commodius anni tempus eßet, uel infero mari liceret uti. nunc nihil potest, nisi supero,* [b] v. c. tramitti:
[b] *transmitti: quò iter interclusum est. Quæres igitur & de Domitio, & de Lentulo. A Brundisio nul*
25 *la adhuc fama uenerat: & erat hic dies VII. Id. quo die, suspicabamur, aut pridie Brundisium uenisse Cæsarem. nam kalendis Arpis manserat. Sed si Postumum audire uelles, persecuturus erat Cnæum. Transiiße enim iam putabat, coniectura tempestatum,*
30 *ac dierum. Ego nautas eum non putabam habiturum. Ille confidebat, & eo magis, quòd audita na-*

uiculariis hominis liberalitas eſſet: ſed tota res Brun-diſina iam quo modo habeat ſe, diutius neſcire non poſſum. [a] *Ego etſi tamdiu requieſco, quamdiu aut ad te ſcribo, aut tuas litteras lego: tamen & ipſe egeo argumento epiſtolarum, & tibi idem accipere certò ſcio. quę enim ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent,* [b] *ea temporibus his excluduntur. quæ autem ſunt horum temporum, ea iam contriuimus. Sed tamen, ne me totum ægritudini dedam, ſumſi mihi quaſdam tamquam* θέσεις, *quæ & politicæ ſunt, & temporum horum: ut & abducam animum ab querelis: & in eo ipſo, de quo agitur, exercear. eę ſunt huiuſmodi,*

εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ. τυραννουμένης δ' αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν [c] πειρατέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. ι εἰ δ' εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς [d] ἄρθηται. εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι [e] τῇ εἰρήνῃ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ. εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι, τῆς πατρίδος τυραννουμένης, ἢ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας περί. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ: καὶ πολιορκητέον αὐτὴν τυραννουμένην. εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, [f] συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις: [g] ἢ τοῖς εὐεργέταις, καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος: ἢ ἀφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτὲ, καὶ τῶν οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας.

In his ego me conſultationib. exercens, & diſſerens in utramque partem, tum Græcè, tum Latinè, & abdu-

co

[a] In aliis exẽplis, hic eſt initium nouæ epiſtolæ,

[b] vox, ea, abeſt à q. v. c.

[c] al. πραγματευτέον,

[d] L. ἀρθῇ.

[e] L. καιρίῳ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ.

[f] al. συναποπρακτέον

[g] εἰ

co parumper animum à molastiis, & τῶν πρόυργου τι *delibero. Sed vereor, ne tibi* ἄκαιρος *sim. Si enim recte[a] ambulauit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Vale.*

[a] al. ambulauerit is, & ita L.

ANNOTATIONES.

1 ἢ εὐλαβητέον τὸν καλύοντα, μὴ αὐτὸς ἀρθῇ) errant qui hunc locum sic interpretantur, an metuere debeat is, qui tyrannidem dissoluit, seu euertit, ne ipse tollatur de medio. Nam primum scribendum esset, τὸν καταλύοντα: deinde, ἀρθῇ est à verbo ἄιρω, ἄιρομαι: quod valet attollere, & attolli. Postremò θέσις ipsa, quam M. Tullius tractat, vincit, hanc sententiam esse debere, non illam, quam vulgo putant. Atque, hoc mihi cum multos abhinc annos venisset in mentem, idem postea Errico Stephano visum est, litterisque mandatum. Idem proximum hunc locum, εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ καιρίῳ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ, qui antea deprauatissimus erat, in antiquam suam integritatem ingeniosissimè simul & felicissimè restituit. Non celabo lectorem tamen, quod ad laudem codicum Memmianorum, & Turnesiani, & Huraltini pertinet, in eis planè legi pro εἰρήνῃ, τυραννουμένῃ: & item in Turnesiano, & in eodem καιρίῳ καὶ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ. significant autem verba hanc sententiam, vtrum conandum sit opitulari patriæ tyrannide oppressæ, oratione vtili, & salutari potius, quàm armis & bello.

Verba Græca, Latinis expressa.

εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ. τυραννουμένης δ' αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πειρατέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα. μὴ αὐτὸς ἄρθηται. εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι καιρίῳ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ. εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι, τῆς πατρίδος τυραννουμένης, ἢ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας περὶ. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ: καὶ πολιορκητέον αὐτὴν τυραννουμένην. εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πωλέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις: ἢ τοῖς εὐεργέταις, καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶ-

σιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος: ἢ ἀφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτὲ, καὶ τῶν οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διὰ πολιτείας. an manendum in patria tyrannide op- 5
pressa: ea verò tyrannide oppressa, aut quouis modo tyrannidis euersio agenda est, etiam si ciuitas propter id de summa rerum periculum subitura sit. Vtrum cauendum tyrannidem destruenti, ne ipse de medio tollatur. An temptandum ferre opem patriæ oppressæ opportuna oratione potius, quam bello Vtrum ciuile sit, se cedentem aliquo, quiescere, oppressa patria, an quodcunque subeundum discrimen pro libertate. an bellum inferendum regioni, eaque sit obsidenda à tyranno oppressa. an etiam is, qui non pro- 10
bet, vt bello tyrannis dissoluatur, tamen socium se præbere optimis ciuibus debeat An cum bene meritis & amicis vna subeunda sint pericula, etiam si illi minus recte de summa rerum consuluisse videatur Vtrum de patria bene meritus, ob eamque causam grauissima quæque passus, & inuidia oppressus vltrò pro patria discrimen subire debet, an permittendum ei, vt sui ipsius interdum, & carissimarum personarum rationem habeat, dimissis aduersus potentes concertationibus pro rep. 15

CICERO ATTICO S. 4.

Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii, summæque cùm [a] *beneuolentiæ, tum* 20
etiam prudentiæ. eam mihi Philotimus postridie, quàm à te acceperat, reddidit. Sunt ista quidem, quę disputas, difficillima: iter ad superum, nauigatio infero: discessus Arpinum, ne hunc fugisse: mansio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi videamur: sed miserius nihil, quàm ea videre, quæ tamen iam, iam, in- 25
quam, videnda erunt. Fuit apud me Postumus: scripsi ad te, quàm grauis. Venit ad me etiā [b] *Qu. Fusius, quo vultu? quo spiritu? properans Brundisium, scelus accusans Pompeii, leuitatem, & stultitiam senatus.* 30
1 *Hæc qui in mea villa non feram,* [c] *cur tum in curia potero*

a v. c. beniuolentiæ,

b L. Fusius:

c L. Curtii

potera ferre? Age. finge me quamuis ἀ̓ϛομάχως, hæc ferentem. Quia? illa, dic M. Tulli, quem habebunt exitum? Et omitto causam reip. quam ego amissam puto cùm vulneribus suis, tum medicamentis his, quæ
5 parantur. De Pompeio quid agam? cui planè ([a] quid enim negem?) succensui. semper enim causæ euētorum magis mouent, quàm ipsa euenta. Hæc igitur mala (quibus maiora esse quę possunt?) considerans, vel potiùs iudicans eius opera accidisse, & culpa, inimicior
10 eram huic, quàm ipsi Cæsari. [2] Ut maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnę, quàm vrbis captæ, quòd hoc malum ex illo: itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus: sic ego decem annorum peccata recordans, in quibus ine-
15 rat ille etiam annus, [3] qui nos [b] hoc defendente, ne dicam grauiùs, afflixerat, præsentisque temporis cognoscens temeritatem, ignauiam, negligentiam, succensebam. Sed ea iam mihi exciderunt. beneficia eiusdem cogito: cogito etiam dignitatem. intelligo seriùs
20 equidem, quàm vellem, propter epistolas, sermonesque Balbi: sed video planè, nihil aliud agi, nihil actū ab initio, quàm ut hunc occideret. Ego igitur, si quis apud Homerū, cùm ei et mater, et dea dixisset: Α'υτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ᾽ ἕκτορα πότμος ἑτοιμος, matri ipse respō
25 dit Α'υτίκα τεθναίην, ἐπεὶ ὀυκ ἄρ᾽ ἔμελλον ἑταίρῳ Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι: Quid si nō ἑταίρῳ solùm, sed etiā, ἐυεργέτῃ? Adde tali uiro, talē causam [c] agenti. & ego uerò hæc officia mercanda uita puto. Optimatibus verò tuis nihil confido, nihil iam ne inseruio quidem. video, vt se
30 huic dent, ut daturi sint. Quidquam tu illa putas fuisse de valetudine decreta municipiorum, præ his de vi-

[a] al. (quid enim hoc negem?)

[b] fort. hoc non defendente

[c] L. agenti. Ego uerò h.

ctoria gratulationibus? Timent, inquies. At ipsi tum se timuisse dicunt. Sed videamus, quid actum sit Brundisii.[4] *ex co fortasse*[a] *mea consilia nascentur, aliæque litteræ. Nos adhuc Brundisio nihil. Roma scripsit Balbus, putare iam Lentulum* COS.[b] *transmisisse, nec eum à minore Balbo conuentum, quòd is hoc iam Canusii audisset: inde ad se eum scripsisse, cohorteisque sex, quæ Albæ fuissent,*[c] *ad Curtium*[5] *Minucia transisse. Id Cæsarem ad se scripsisse, & breui tempore eum ad vrbem futurum. Ergo vtar tuo consilio, neque me in Arpinum hoc tempore abdam: etsi, Ciceroni meo togam puram cùm dare Arpini uellem, hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem. Sed fortasse in eo ipso offendetur, cur non Romæ potiùs. Sed tamen, si est conueniendus: hic potissimùm. tum reliqua uidebimus, id est, & quò, & quà, & quando. Domitius, ut audio,*[d] *in Cosano est quidem, vt aiunt, paratus ad nauigandum. Si in Hispaniam: non probo. si ad Cnæum: laudo. quouis potiùs certè,*[6] *quàm ut Curtium videat: quem ego patronus adspicere non possum. Quid alios? sed, opinor, quiescamus, ne nostram culpam coarguamus: qui, dum vrbem, id est, patriam, amamus, dumque rem conuenturam putamus, ita nos gessimus, vt planè interclusi, captique simus. Scripta iam epistola, Capua litteræ sunt allatæ, hoc exemplo: Pompeius mare transiit cum omnibus militibus, quos secum habuit. hic numerus est,*[e] *hominum milia triginta, &* COSS. *duo, & tribuni pleb. & senatores, qui fuerunt cum eo, omnes cum uxoribus, & liberis. conscendisse dicitur*[f] *ad* IIII. *Non. Mart. Ex ea die fuere Septentriones uenti.*

a v. c. ea consil. fort. noua conf. fort. alia consil.
b v. c. tramisisse,
c al. ad Curium.
d L. in Cosano est, & qui dem, ut aiunt,
e al. ad hominum mil.;
f L. a. d.

nenti. naueis, quibus usus non est, omneis aut præcidiſſe, aut incendiſſe dicunt. De hac re litteræ L. Metello tribuno pl. Capuam allatæ sunt ab Clodia socru, quæ ipsa transiit. Antè sollicitus eram, & angebar,
5 sicut res scilicet ipsa cogebat, cùm consilio explicare nihil poſſem: nunc autem pòstquàm Pompeius, & coss. ex Italia exierunt, non angor. sed ardeo dolore οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι. Non sum, inquam, (mihi crede) mentis compos: tantum mi-
10 hi dedecoris admiſiſſe videor. me non primùm cum Pompeio, qualicumque consilio[a] uso, deinde cum bonis eſſe, quamuis causa temerè instituta? præsertim cùm ii ipsi, quorum ego causa timidiùs me fortunę cõmittebam, uxor, filia, Cicerones pueri, me illuc se-
15 qui mallent: hoc turpe, & me indignum putarent? Nam Qu. quidem frater, quidquid mihi placeret, id rectum se putare aiebat, id animo æquiſſimo sequebatur. Tuas nunc epistolas à primo lego. Hæ me paullum recreant: primæ monent, & rogant, ne me proii-
20 ciam: proximæ [b] gaudere te ostendunt, me remanſiſſe: eas cùm lego, minus mihi turpis uideor: sed tamdiu, dũ lego. Deinde emergit rursus dolor, & αἰσχροῦ φαντασία. Quamobrem obsecro te, mi Tite, eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem, aut consolatione, aut
25 consilio, aut quacumq. re potes. Quid tu autem poſſis? aut quid homo quisquam? ? uix iam deus. Equidem illud molior, quod tu mones, speras que fieri poſſe, ut mihi Cęsar concedat, ut absim, cùm aliquid in senatu contra Cnæum agatur. sed timeo, ne non impe-
30 trem. Venit ab eo Furnius, ut quidem scias, quos sequamur. Qu. Titinii filium cum Cæsare eſſe nun-

[a] L. usus fit: d.

[b] al. te gaudere est.

tiat: sed illum maiores mihi gratias agere, quàm uellem. quid autem me roget (paucis ille quidem verbis, sed ἐν δυνάμει) cognosce ex ipsius epistola. Me miserum, quòd tu non valuisti. vnà fuissemus: consilium certè non defuisset, σύν τε δύ' ἐρχομένω sed acta ne agamus: reliqua paremus. Me adhuc hæc duo fefellerunt: initiò spes compositionis,[8] qua facta[a] volebam, vt populari, vt ea sollicitudine senectutem nostram liberari: deinde bellum crudele, & exitiosum [9] suscipi à Pompeio intelligebam. Melioris medius fidius ciuis, & uiri putabam, quouis supplicio affici, quàm illi crudelitati non solùm præesse, verùm etiam interesse. videtur uel mori satius fuisse, quàm esse cum iis. Ad hæc igitur cogita, mi Attice, vel potiùs excogita. quemuis euentum fortiùs feram, quàm hunc dolorem. Vale.

a fort. uidebam, ut populari, ut mea sollicitudine senectutem nostram lib. fort. qua facta, ut populari, & mea, uidebam sollicitudine sen. n. lib.

ANNOTATIONES.

1 Hæc qui in m.v. n.f. Curtium sic nunc edidi, & ita legendum, non, ut uulgò, cur tum, quod deprauatum est ex, Curtium. Erat autem hic Curtius, Babirius Postumus, Gaditanus: quem M. Tullius defendit oratione, quæ extat, Pro C. Rabirio Postumò. Itaque se eius patronum appellat, infrà ead. epist.

2 ut maiores nostri funestiorem, &c.) hunc locum profert Nonius in, Religiosi dies.

3 qui nos hoc non defendente) siue legatur, non defendente, quo modo emendauit P. Victorius, siue, deferente, quemadmodum Malaspina, nihil refert. ego tamen malim, non defendente. quod & magis consentaneum est sententiæ Ciceronis, qui grauiori uerbo uti non vult: est autem graue uerbum, deferere: & credibilius est, omissam esse à scriptore librario negationem, quàm ex, deferente, factum, defendente. Testificor tamen interea etiam à codicibus nostris omnibus abesse negationem.

4 ex eo fortasse mea consilia nascentur) legi malim, noua consilia, uel alia consilia nascentur. cod. Turnesianus quidem habet, ex eo fortasse ea cons. nascentur. legendum autem esse, alia, potiùs, aut noua, quàm mea, probat id, quod sequitur, aliæque litteræ.

Minucia)

5 Minucia) sic habet codex Turnesianus, & probat Turnebus, Malaspina mauult, Numicia. Quin ampliùs habet codex Turnesianus, nempe sic, uia Minucia.

6 quàm ut Curtium uideat) Curtium, inquam, legendum, non, ut quidam uolunt, Curium.

7 uix iam deus. Equidem &c.) codex Turnesian. habet, uix deus, Iam equidem, &c.

5 8 qua facta, uolebam, ut populari, ut ea sollicitudine, &c.) locus perspicuè corruptus, idque æquè in libris manuscr. atque in uulgatis. Pantaghatus sic emendare conatus est, qua facta, ut populari, ut mea, uidebam sollicitudine senectutem nostram lib. quamquam uerbum, uidebam, ille loco suo non mouebat: est enim in omnibus libris post uocem, facta. Itaque sic ille legebat, qua facta, uidebam, ut pop. &c. quæ oratio esset aliquan-
10 tum impedita, atque implicata: nam cùm hæc, ut populari, ut mea, ad illa, qua facta, pertineant, uerbum, uidebam, interpositum, orationem redderet obscuriorem. Nunc autem uerbo, uidebam, in inferiorem locum translato, oratio fit planissima, & expeditissima. Ego sic olim reposueram, qua facta, uidebam, omni populari mea sollicitudine senect. nostr. lib.

9 suscipi à Pompeio intelligebam) Arbitror legendum, non intelligebam, quod & alijs uidetur.

15

Verba Græca, Latinis expressa.

εὐστομάχων, bono stomacho.

Αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' ἕκτορα πότμος ἕτοιμος, statim enim tibi deinde post Hectorem mors parata.

20 Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ κτεινομένῳ ἐπαμῦναι, utinam statim moriar, postea quàm non eram sodali mortuo opem laturus.

ἑταίρῳ, sodali.

εὐεργέτῃ, benefactori.

οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλαλύκτημαι, neque mihi
25 pectus firmum, sed consternato sum animo.

αἰσχροῦ φαντασία, turpitudinis species.

ἐνδιαιτώμενοι, in potestate.

σύν τε δύ' ἐρχομένω, unaque duo euntes.

30

CAESAR IMP. S. D. CICERONI IMP. 5

CVM Furnium nostrum tantùm uidissem, [1] neque loqui [a] neque audire me commodè potuisset properantem, atque essem in itinere, præmissis iam legionibus: præterire tamen non potui, quin & scriberem ad te, & illum mitterem, gratiasque agerem: [b] si hoc officium & feci sæpe, & sæpiùs mihi facturus videor: ita de me mereris. In primis à te peto: quoniam confido me celeriter ad urbem uenturum, ut te ibi uideam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad propositum reuertar. festinationi meæ, breuitatique litterarum ignosces. Reliqua ex Furnio cognosces. 5 10

a L.neq. audire meo commodo potuissem: properarem, atq. essem

b al. & si hoc & feci sæpe, & sæp. & ita L.

ANNOTATIONES.

1 neque loqui, neque audire meo commodo, &c.) ita planè scriptum reperi in codicibus Memmianis, Turnesiano, & Huraltino, quomodo scriptum esse testatur in quattuor Italicis Malaspina: quam arbitror ueram esse scripturam. in qua, meo, tantùm ex, me, factum est. 15

CICERO ATTICO. S. 6

SCripseram ad te epistolam, quam darē IIII. Id. sed eo die is, cui dare volueram, non est profectus. venit autem eo ipso die [1] ille [a] Celeripes, quem Saluius dixerat: attulit uberrimas tuas litteras, [2] [b] quæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt. Recreatum enim me non queo dicere, sed planè τὸ συνέχον *effecisti. Ego enim non iam id ago (mihi crede) ut prosperos exitus consequar. sic enim video: nec duobus [c] iis viuis, nec hoc vno, nos umquam remp. habituros. ita neque de otio nostro spero iam, nec vllam acerbitatem recuso. Vnum illud extimescebam, nequid turpiter facerem, vel, dicam, iam effecissem. Sic ergo habeto, salutareis* 20 25 30

a v.c. celeriterpes,

b L. quæ mihi quiddam quasi animulæ instillarunt.

c L. his uiuis,

te mihi litteras misisse, neque solùm has longiores, quib. nihil potest esse explicatius, nihil perfectius: sed etiam illas breuiores, in quib. hoc mihi iucundissimum fuit, consilium, factumque nostrum ab Sexto probari:
5 *pergratumque mihi tu fecisti, à quo diligi me, &, quid rectum sit, intelligi, scio. Longior uerò tua epistola non me solùm, sed meos omneis ægritudine leuauit. Itaque utar tuo consilio, & ero in Formiano, ne aut ad urbem* ἀπάντησις *mea animaduertatur: aut si nec*
10 *hic, nec illic eum uidero, deuitatum se à me putet. Quòd autem suades, vt ab eo petam, ut mihi concedat, ut idem tribuam Pompeio, quod ipsi tribuerim: id me iampridem agere intelliges ex litteris Balbi, & Oppii: quarum exempla tibi misi. misi etiam Cæsaris*
15 *ad eos sana mente* [a] *scriptas. quomodo in tanta insania? sin mihi Cæsar hoc non concedat: video tibi* [b] *placere, me* πολίτευμα *de pace suscipere: in quo non extimesco periculum. cùm enim tot impendeant, cur non honestissimo* [c] *depacisci velim? Sed vereor, ne Pom*
20 *peio quid oneris imponam,* μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου *intorqueat. mirandum enim in modum Cnæus noster Sullani regni similitudinem concupiuit.* εἰδώς σοι λέγω. [d] *nihil, inquam, ille minùs obscurè tulit. Cũ hocne igitur, inquies, esse uis? beneficiũ sequor esse*
25 *(mihi crede) nõ causam, ut in Milone, ut in. Sed hactenus. Causa igitur non bona est? immò optima: sed agetur (memento) fœdissimè. Primùm, consilium est suffocare vrbem, & Italiam fame: deinde, agros uastare, vrere, pecuniis* [e] *locupletum non abstinere. Sed,*
30 *cùm eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius putem quiduis domi perpeti. Sed ita*

[a] al. scriptas, quo modo in tanta insania?
[b] al. placere illud, me πολ.
[c] v.c. depecisci
[d] al. nihil ille umquam minùs obsc. tul.
[e] v. c. locupletium

ita meruiſſe illum de me puto, ut ἀχαριςίας crimen ſubire non audeam: quamquam à te eius quoque rei iuſta defenſio eſt[a] explicata. De triumpho tibi aſſentior: quem quidem totum facilè, & libenter abiecero. [b] egregiè probo,³ fore, ut dum, agamus, ὁ πλοῦς ὡραῖος obrepat. Si modò, inquis, ſatis ille erit firmus. Eſt firmior etiam, quàm putabamus. De iſto, licet bene ſperes. promitto tibi, ſi ualebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Tene igitur ſocio? Contra mehercule meum iudicium, & contra omnium antiquorum auctoritatem: nec tam ut illa adiuuem, quàm ut hæc ne uideam, cupio diſcedere. Noli enim putare[c] tolerabileis horum inſanias, nec uniuſmodi fore. etſi quid te horum fugit, legib. iudiciis. ſenatu ſublato, libidines, audacias, ſumtus, egeſtates tot egentiſſimorum hominum, nec priuatas poſſe res, nec remp. ſuſtinere? Abeamus igitur inde qualibet nauigatione. etſi id quidem, ut tibi videbitur: ſed certè abeamus. Sciemus enim id, quod exſpectas, quid Brundiſii actū ſit. Bonis viris, quòd ais probari, quæ adhuc fecerimus, ſciriq. ab iis, [d] non profectis, ualde gaudeo, ſi eſt nunc vllus gaudendi locus. De Lentulo inueſtigabo diligentiùs. id mandaui Philotimo, homini forti, ac nimiùm optimati. Extremum eſt, vt tibi argumentum adſcribendum fortaſſe iam deſit. Nec enim alia de re nunc vlla ſcribi poteſt: & de hac quid iam amplius inueniri poteſt? Sed quoniam & ingenium ſuppeditat (dico mehercule, ut ſentio) & amor, quo & meum ingenium incitatur: perge, vt facis, & ſcribe quantum potes. In Epirum quòd me non inuitas, comitem non moleſtum, ſubiraſcor: ſed vale. Nam, vt tibi ambulan-

a al. explicita.
b L. egregiè probo, fore, ut dum uagamur ὁ πλ.
c v. c. tolerabilis
d v. c. & L. non profectos, fort. nos non prof.

bulandum, [a] vngendum: sic mihi dormiendum. Etenim literę tuæ mihi somnum attulerunt.

a L. vnguẽdum:

ANNOTATIONES.

1 ille celeripes) cod. Turnes. habet, ille celeriter pes, quem, &c.
2 quæ mihi quidam quasi animulæ te instillarunt) Adrianus Turneb. hũc locum sic restitui posse existimabat, quę mihi quiddam quasi animi à te instiil. Ego sic propius, opinor, accedens
5 ad scripturam antiquam, quæ mihi quiddam quasi animulæ instiliarunt. Quæ lectio, doctorum virorum, quibuscum eam communicaui, iudicio, recta est: & eam comprobat id, quod sequitur. recreatum enim me non queo &c. Nam instillare quiddam animulæ alicui, est eum pæne exanimem iam, & mortuum ita ad vitam reuocare, ut tamen non sit omni ex parte recreatus. Pro-
10 ponam autem antiquam scripturam, vt videat lector, me nullam ei vim intulisse: quæ talis est, quæ mihi quiddam quastant mutaet estiliarunt.
3 fore, ut dum vagamur, fore, ut, &c.) sententia hæc est, egregiè probo illud, quod scribis, fore, ut dum huc, & illuc imus, & circa villulas nostras erramus, fore, vt tempus nauigandi secundum sensim veniat. vagamur autem, edidimus, certissimam Malæspinæ coniecturam secuti: quam nec Momus reprehendere au-
15 deat: fortasse ne Victorius quidem.

Verba Græca, Latinis expreßa.

τὸ συνέχον, proximum, quòd coniunctum est.
ἀπάντησις, obuiam itio.
πολίτευμα, actionem publicam.
μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου, ne mihi Gor-
20 goneum caput terribilis monstri.
εἰδώς σοι λέγω, sciens tibi dico.
ἀχαριστίας, ingrati animi.
ὁ πλοῦς ὡραῖος, nauigatio tempestiua.

CICERO ATTICO S. 7

25 [1] *CEnantibus [a] pr. Id. nobis, ac noctu quidem, Statius à te epistolam breuem attulit [b] De L. Torquato quid modò quęris? non modò Lucius, sed etiam Aulus profectus est: alii multi. De Reatinorũ corona quod scribis, molestè fero. In agro Sabino sementem fieri proscriptionis, senatores multos esse Ro-*
30 *mæ, nos quoque audieramus. Ecquid potes dicere, cur*

a L. 11. idus
b L. De L. Torquato quòd quæris, non m.

cur exierint? In his locis opinio est, coniectura magis, quàm nuntio, aut litteris, Cæsarem Formiis [a] *ad* XI. *kal. April. fore. Hic ego vellem habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentori, cui dicerem,*

Μέντορ, πῶς τ' ἄρ ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν, 5

Nullam rem vmquam difficiliorem cogitaui, sed cogito tamen: nec ero (vt in malis) imperatus. Sed cura, vt valeas. puto enim diem tuum heri fuisse.

a fort. a. d. XI.

ANNOTATIONES.

1 Cenantibus II. idus) Hæc epistola in libris veteribus à superiore non separatur. II. idus autem, edendum curauimus, codices Memmianos, & Turnes. secuti, quomodo & in Italicis aliquot scriptum esse testatur Malaspina, cum vulg. habeant, pridie idus: quod idem valet. fuit scilicet declaratio huius veræ scripturæ, II. idus, postea in contextum epistolæ, ea eiecta, translata. supra autem in extrema epistola superiore, vbi libri vulg. habent, quantum potes, Turnesianus habet, quantum potest: quod fortasse rectum est, pro, quantum potest. 10 15

Verba Græca, Latinis expressa.

Μέντορ, πῶς τ' ἄρ ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν,
Mentor, quò nam modo adeam, & quò nam modo amplexabor, & alloquar ipsum?

CAESAR OPPIO, CORNELIO S. 8 20

GAudeo mehercule vos significare litteris, quàm valde probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta. consilio vestro vtar libenter, & hoc libentius, quòd mea sponte facere constitueram, vt quàm lenissimum me præberem, & Pompeium, darem operam, ut reconciliarem. Tentemus hoc modò, si possumus omnium uoluntates [a] *recuperare, & diuturna uictoria uti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt: neque uictoriam diutius tenere, præter unum L. Sullam: quem imitaturus non sum. Hæc noua* 25 30

a v. c. reciperare,

noua sit ratio vincendi, vt misericordia, & liberalitate nos muniamus. Id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniunt, & multa reperiri possunt. De his rebus, rogo vos, vt cogitationem suscipiatis. Cn. Magium, Pompeii praefectum, deprehendi. scilicet meo instituto vsus sum, & eum statim missum feci. iam duo praefecti fabrum Pompeii in meã potestatem venerunt, & à me missi sunt. si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari, vt malit mihi esse amicus, quàm iis, qui & illi, & mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectum est, vt resp. in hunc statum perueniret. [a] Valete.

a abest ab o. v. c.

BALBVS CICERONI IMP. S. 9

[1] [a] SVbitò posteaquàm litteras communeis cum Oppio ad te dedi, ab Caesare epistolã accepi, cuius exemplum tibi misi, ex quibus perspicere poteris, quàm cupiat concordiam, & Pompeium reconciliare, & quàm remotus sit ab omni crudelitate: quod eum sentire, vt debeo, valde gaudeo. De te, & tua fide, & pietate idem mehercule, mi Cicero, sentio, quod tu: non posse tuam famam, & officium sustinere, vt contra eum arma feras, à quo tantum beneficium te accepisse predices. Caesarem hoc idem probaturum, exploratum pro singulari eius humanitate habeo: eique cumulatissimè satisfacturum te [b] certò scio, cùm nullam partem belli contra eum suscipias, neq. socius eius aduersariis fueris. atque hoc non solum in te, tali, & tanto viro, satis habebit, sed etiam mihi ipse [2] sua concessit [c] voluntate, ne in iis castris essem, quae contra Lentulum, aut Pompeium futura essent, quorum

a L. S. V. B. B. E. V. Post.

b v. c. certè scio,

c al. bonitate,

bene-

beneficia maxima haberem: sibique satis esse dixit, si rogatus urbanos officia sibi praestitissem: quae etiam illis, si vellem, praestare possem. Itaque nunc Romae omnia negotia Lentuli procuro, sustineo: meumque officium, fidem, pietatem iis praesto. sed mehercule rursus [a] *tam abiectam compositionis spem, non desperatissimam esse puto, quoniam Caesar est ea mente, qua optare debemus. Hac re mihi placet, si tibi videtur, te ad eum scribere, & ab eo praesidium petere, vt petisti à Pompeio, me quidem approbante temporibus Milonianis. praestabo (si Caesarem bene noui) eum prius tuae dignitatis, quàm suae vtilitatis rationem habiturum. Haec quàm prudenter tibi scribam, nescio: sed illud certè scio, me ab singulari amore, ac* [b] *beneuolentia, quaecumque scribo, tibi scribere: quòd te (ita incolumi Caesare moriar) tanti facio, vt paucos aequè, ac te, caros habeam. De hac re cùm aliquid constitueris, velim mihi scribas. nam non mediocriter laboro, vt utrique, vt vis, tuam* [c] *beneuolentiam praestare possis. quam mehercule te praestaturum confido. Fac valeas.*

a L. iā obiectam comp.

b v. c. beniuolentia,

c v. c. beniuolentiam

ANNOTATIONES.

1 S. V. B. E.) sic edendum curaui, certissimam Riuij coniecturam secutus: qui ex, subito, coniecit esse legendum, omnibus diuisis litteris, & vna mutata, ceterisque detractis, quae non reperiuntur in codicibus veteribus, S. V. B. E. id est, si vales bene est.

2 Suo concessit voluntate) sic prorsus legendum est, sua voluntate autem, id est, sua sponte. sua bonitate enim, ferri non potest quamuis Malaspina probet. Nam sermonis Latini ratio postulat, vt scriberetur, pro sua bonitate. nostri quidem libri omnes habent, voluntate.

BALBVS, ET OPPIVS S. D.
M. Ciceroni. 20

NEdum hominum humilium, vt nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex euen-
5 tu, non ex uoluntate à plerisque probari solent. tamen freti tua humanitate, quod verissimum nobis videbitur, de eo, quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus. quod si non fuerit prudens, [a] & certè ab optima fide, & optimo animo proficiscetur. [1] [b] Nos, nisi id,
10 quod nostro iudicio Cæsarem facere oportere existimamus, ut, simul Romam venerit, agat de reconciliatione gratiæ suæ, & Pompeii, id eum facturum ex ipso cognouissemus, te hortari desineremus, ut velles his rebus interesse, quo faciliùs, & maiore cum dignita-
15 te per te, qui vtrique es coniunctus, res tota confieret: aut si ex contrario putaremus Cæsarem id non facturum, & eum velle cum Pompeio bellum gerere sciremus, numquam tibi suaderemus, [c] contra hominem optimè de te meritum arma ferres, sicuti te semper orauimus, ne cõtra Cæsarẽ pugnares. sed cùm etiãnum, quid
20 facturus Cæsar sit, magis opinari, quàm scire possimus: non possumus nisi hoc, non videri eam tuam esse dignitatem, neque fidem omnibus cognitam, vt contra alterutrum, cùm vtrique sis maximè necessarius, ar-
25 ma feras: & hoc non dubitamus, quin Cæsar, pro sua humanitate, maximè sit probaturus. Nos tamen (si tibi videbitur) ad Cæsarem scribemus, vt nos certiores faciat, quid in hac re acturus sit. à quo si erit nobis rescriptum, statim, [d] quæ sentiemus, ad te scribemus: &
30 tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ nobis videntur tuæ dignitati, non Cæsaris, [e] actioni esse vtilissima.

a L. at certè
b L. Nos nisi quod nostro
c L. ut contra
d v.c. quod sentiamus.
e L. rationi

Et hoc Cæsarem pro sua indulgentia in suos, probaturum putamus.

ANNOTATIONES.

1 Nos nisi quod nostro iudicio) codices Memm. neque, nos, habent, neque, id. Verùmtamen, id, quidem, funditus deleuimus: nos autem, retinuimus, quia in alijs libris reperitur. 5

CICERO ATTICO S. 21

a v.c. Tris

b v.c. laboque, L. Baloq antea ad te scripsi, ecquònam m.

c v.c. & delicta

d v.c. & L. ualet benefi cij gratia, quàm iniuriæ dolor. Faciamus, &c.

e v.c. festiuo enim si mili urus decurro,

f L. in decursu θέσεις.

[a]*TReis epistolas tuas accepi postridie Id. erant autem IIII. III. prid. Id. datę. igitur antiquissimæ cuique primùm respondebo. Assentio tibi,* 10 *vt in Formiano potissimùm commorer: etiam de supero mari,*[1] [b]*perlabor, vt antea ad te scripsi, & quonam modo possem voluntate eius nullam reip. partem attingere. Quòd laudas, quia obliuisci me scripsi antè facta,* [c]*& dicta nostri amici: ego verò ita facio. quin* 15 *ea ipsa, quæ à te commemorantur, secus ab eo in meipsum facta esse, non memini. tanto plus apud me* [d]*valere beneficii gratiam, quàm iniurię dolorem volo. Faciamus igitur, vt censes, colligamusq́. nos.*[2] [e]*festiuo enim simillimus decurro,* [f]*atq. cursu* θέσεις *meas con-* 20 *mentari non desino. sed sunt quædam earum perdifficiles ad iudicandum. De optimatibus, sit sanè ita, ut vis: sed nosti illud* Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. *Titinii filius apud Cęsarem est. Quòd autem quasi vereri videris, ne mihi tua consilia displiceant, me uerò nihil delectat* 25 *aliud, nisi consilium, & litteræ tuæ. Quare fac, vt ostendis, ne destiteris ad me, quidquid tibi in mentem venerit, scribere. mihi nihil potest esse gratius. Venio ad alteram nunc epistolam. Rectè non credis de numero militum, ipso dimidio plus scripsit Clodia: fal-* 30 *sum etiam de corruptis nauibus. Quòd coss. laudas,*

ego

ego quoque[a] *animum laudo: sed consilium reprehendo.* [b] *dispersu enim illorum, actio de pace sublata est: quam quidem ego meditabar. itaque postea Demetrii librum de concordia tibi remisi, & Philotimo dedi.*
5 *Nec verò dubito, quin exitiosum bellum impendeat: cuius initium ducetur à fame. et me tamē doleo nō interesse huic bello, in quo tanta vis sceleris futura est, vt, cùm parenteis non alere, nefarium sit, nostri principes antiquissimā & sanctissimam parētem, patriam, fame*
10 *necandam putent. atque hoc non opinione timeo, sed interfui sermonibus. Omnis hæc classis, Alexandria, Colchis, Tyro, Sidone,*[c] *Andro, Cypro, Pamphylia, Lycia, Rhodo, Chio, Byzantio, Lesbo,* [d] *Smyrna, Mileto, Coo, ad intercludendos commeatus Italię, &*
15 *ad occupandas frumentarias prouincias comparatur. At quàm veniet iratus! & iis quidem maximè,* [e] *qui eam maximè saluam volebant: quasi relictus ab iis, quos reliquit. Itaque mihi dubitanti, quid me facere par sit, permagnum pondus affert* [f] *beneuolentia erga*
20 *illum: qua demta, perire melius esset in patria, quàm patriam seruando euertere. De Septemtrione, planè ita est. Metuo, ne vexetur Epirus: sed quem tu locum Gracię non direptum iri putas? prædicat enim palàm, & militibus ostendit, se largitione ipsa su-*
25 *periorem, quàm hunc, fore. Illud me præclarè admones, cùm illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potiùs loquar. Planè sic faciendum. Arpinum, cùm eum conuenero, cogito: ne fortè aut absim, cùm veniet, aut cursem huc illuc via*
30 [g] *deterrima. Bibulum (vt scribis) audio venisse, & redisse prid. Id. Philotimum, ut ais epistola tertia,*

[a] L. animū laudo: cons.
[b] sic v.c. al. discessu al. dispersione
[c] L. Arado.
[d] v.c. Zmyrna
[e] L. qui eum maximè saluum uol.
[f] v.c. beniuolentia
[g] v.c. teterrima.

 exspecta-

exspectabas. At ille Idib. à me profectus est. eo serius ad tuā illam epistolā, cui ego statim rescripseram, redditæ sunt meæ litteræ. De Domitio, vt scribis, ita opinor esse, vt & [a] in Cosano sit, & consilium eius ignoretur. Iste omnium turpissimus, & sordidissimus, qui consularia comitia à prætore ait haberi posse, [b] est idē, qui semper in rep. fuit. itaq. nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit in ea epistola, cuius exēplum ad te misi, se velle vti CONSILIO *meo: Age esto hoc cõe.* GRATIA. *inceptū id quidem. sed puto hoc simulat ad quasdā senatorum sententias* DIGNITATE. *fortasse sententia [c] consularis. illud extremū est,* OPE OMNIVM RERVM. *id ego suspicari cœpi, tū ex tuis litteris, aut hoc ipsum esse, aut non multo secus. nā permagni eius interest, rē ad interregnum non venire. Id assequitur, [d] si per prætores* COSS. *creātur. Nos autē in libris habemus, nō modò* COSS. [e] *à prætoribus, sed ne prætores quidem creari ius esse: idq. factū esse numquā.* COSS. *eò non esse ius, quod maius imperium à minore rogari non sit ius: prætores autē, [f] cùm ita rogētur, [g] vt collegæ* COSS. *sint: quorum est maius imperium. [h] Aberit non longè, quin hoc à me decerni uelit: neq. sit contentus Galba, Scæuola, Cassio, Antonio.* τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. *Sed, quanta tēpestas impendeat, vides. Qui trāsierint senatores, scribā ad te, cùm certū habeo. De re frumentaria rectè [i] intelligis: quæ nullo modo administrari sine vectigalib. potest: nec sine causa & eos, qui circū illū sunt, omnia [k] postulanteis, & bellū nefariū times. Trebatiū nostrū, etsi (vt scribis) nihil bene sperat, tamen videre sanè velim: quem fac horteris, vt properet. opportunè enim ad me ante aduētū Cæsaris venerit. [l] De Lanuino statim,*

vt

a al. in Cosfano sit,

b al. est ille, qui

c L. consulari.

d v.c. si per prætorem,

e v.e. à prætore,

f L. quòd ita rog.

g L. ut collegæ consulibus sint:

h al. Abierit

i v.c. intelligis:

k v.c. postulantis,

l al. De Lanuino

5 10 15 20 25 30

ut audiui [a] *Phameam mortuum, optaui, si modò esset futura resp. ut id aliquis emeret meorum: neque tamen de te,* [b] *qui maximè meus, cogitaui.* [3] *Sciebam enim de quoto anno, & quantum, in solo solere quærere: neque solùm Romæ sed etiã Deli,* [c] *tuum digamma videram. Verùtamen ego illud, quamquam est bellum, minoris æstimo, quàm æstimabatur Marcellino* COS. *cùm ego istos hortulos propter domum, Antii quam tum habebam, iucundiores mihi fore putabam, & minore impensa, quàm si Tusculanum refecissem. Volui* HS. *Q.* [d] *Egi per pedem illi daret, Antii cum haberet venale. noluit. Sed nũc omnia ista iacere puto propter nummorum caritatem. mihi quidem erit aptissimum, vel nobis potius, si tu emeris. Sed eius dementias caue contemnas. valde est venustum. quamquam mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur. Respondi epistolis tribus.* [e] *sed ex specto tuas. nam me adhuc tuæ litteræ sustentarunt. Data Liberalibus.*

a al. Famea
b L. qui maxime meus, cogitabam. Sciebam enim te, quoto anno, & q.
c fort. tuum diagramma uid.
d L. Egi per prædem, vt venderet, Antij cum hab.
e fort. & exspecto tuas.

ANNOTATIONES.

1 Balboq. Antea scripsi,) nunc edi iussi, quod puto rectum.

2 Festiuo enim simili vrus decurro, atq. in decursu θέσεις, &c.) videtur locus esse corruptus, ex quo tamen sententia aliqua probabilis elici potest, neque improbat Adrian. Turneb. omnino sic legitur in codice Turnesiano: quem cùm ei vtendum dedissem, atque hanc lectionem prius ad oram mei libri impressi adscripsissem, ille quoque hoc animaduersione dignum existimauit, & in Aduers. libros retulit.

3 sciebam enim te quoto anno) à codicib. veteribus abest, de, & maximè à Turnesiano, quod est in vulgatis: in quibus sic legitur, sciebam enim te de quoto anno, &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

θέσεις, materias.
Διονύσιος ἐν κορίνθῳ, Dionysius Corinthi.
τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθὼν, tũc mihi dehiscat lata tell⁹.

CICERO ATTICO S. 12

a v. c. neq. noui quidquam

b L. fuisse à principio videor, &

c v. c. xiv.

d L. alienãt imm.

e L. Ita dies, & n.

NIhil habebam, quod scriberem.[a] neque enim noui quidquam audieram, & ad tuas omneis rescripseram pridie. sed cùm me ægritudo non solum somno priuaret, verùm ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur: tecum vt quasi loquerer (in quo 5 vno adquiesco) hoc nescio quid, nullo argumento proposito, scribere institui. Amens mihi [b] fuisse videor à principio, & me vna hæc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis, secutus sim. Vi- 10 di hominem [c] XIIII. kal. Febr. plenum formidinis. illo ipso die sensi, quid ageret. Numquam mihi postea placuit, nec vmquam aliud in alio peccare destitit. nihil interim ad me scribere, nihil nisi fugam co- 15 gitare. Quid quæris? Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς [d] alienantur immundæ, insulæ, indecoræ: sic me illius fugæ negligentiaque deformitas auertit ab amore. nihil enim dignum faciebat, quare eius fugæ comitem me adiungerem. Nunc emergit amor: nunc deside- 20 rium ferre non possum: nunc mihi nihil libri, nihil litteræ, nihil doctrina prodest. [e] Itaque dies, & noctes, tanquam auis illa, mare prospecto, euolare cupio. do, do pœnas temeritatis meæ. etsi quæ fuit illa temeritas? quid feci non consideratissimè? Si enim 25 nihil, præter fugam, quæreretur: fugissem libentissimè: sed genus belli crudelissimi, & maximi, quod nondum vident homines, quale futurum sit, perhorrui. Quæ minæ municipiis? quæ nominatim viris bonis? quæ denique omnibus, qui remansissent? quàm crebrò illud, SVLLA POTVIT, EGO NON 30

POTERO? *Mihi autem hęserunt illa:* MALE TARQVINIVS, QVI PORSENAM, *qui Octauium Manilium contra patriam:* [a] *impiè Coriolanus, qui auxilium petiit à Volscis: rectè Themistocles, qui mori maluit: nefarius Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. At Sulla, at Marius, at Cinna rectè, immò iure fortasse: sed quid eorum victoria crudelius? quid funestius? Huius belli genus fugi, & eo magis, quòd crudeliora etiam cogitari, & parari videbam. Me, quem nonnulli conseruatorem istius vrbis,* [2] *quem parentem esse dixerunt, Getarum, & Armeniorum, & Colchorum copias ad eam adducere? me meis ciuib. famem, vastitatem inferre Italiæ? hunc primum mortalem esse: deinde etiam multis modis posse exstingui cogitabam. Vrbem autem, & populum nostrum, seruandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam. & tamen* [b] *spes quædam me obtentabat, fore, vt aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. Alia res nunc tota est,* [3] [c] *alia mea. Sol (vt est in tua quadam epistola) excidisse mihi è mundo videtur. Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quo ad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti.* [d] *Hæc me fefellerunt, & (vt verum loquar) ætas iam à diuturnis laboribus deuexa ad otium, domesticarum me rerum delectatione* [e] *molliuit.* [4] [f] *Nunc sine periculo experiendum erit, exsperiar certè, vt hinc auolem. Antè oportuit fortasse: sed ea, quæ scripsisti, me tardarunt, & auctoritas maximè tua. nam cùm ad hunc locum venissem,* [g] *euolui*

[a] v. c. impiè Coriolanus auxil.

[b] sic v. c. fort spes se quædã mihi ostentabat, &c.

[c] L. alia mens mea.

[d] v. c. Hæc hæc me fef.

[e] L. molliit.

[f] Nunc si vel periculosè exp.

[g] L. reuolui

volumen epistolarum tuarum: quod ego sub signo habeo, seruoq. diligentissimè. Erat igitur in ea, quam x. kalend. Febr. dederas, hoc modo, Sed videamus. & Cnęus quid agat, illius rõnes quorsũ fluãt. Qđ si iste Italiã relinquet, faciet omnino male, & (vt ego existimo) ἀλογίστως sed tum demũ consilia nostra commutanda erunt. *Hoc scribis post diem quartum, quàm ab vrbe discessimus. Deinde* VIII. *kalend. Febr.* Tantummodò Cnęus noster, ne, vt vrbẽ ἀλογίστως reliquit, sic Italiam relinquat. *Eodem die das alteras litteras, quibus mihi consulenti, planissimè respondes. est enim sic*, Sed venio ad cõsulationem tuam. Si Cnęus Italia cedit, in vrbem redeũdum puto. [a] qui enim finis peregrinationis? *Hoc mihi planè hæsit: & nunc ita video, infinitum bellum iunctum* [b] *miserrimę fugæ: quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ. Sequitur χρησμὸς* VI. *Kalend. Febr.* Ego, si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellũ puto fore. sin Italiam relinquit: ad posterum, bellum ἄσπονδον strui existimo. *Huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor, quod, & ἄσπονδον, & cum ciuibus. Deinde.* [c] VII. *Id. Febr. cùm iam plura audires de Pompeii consilio, concludis epistolam quandam hoc modo*, Ego quidem tibi non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. Summo enim periculo facies, nec reip. proderis, [d] cui quidẽ posterius poteris prodesse, si manseris. *Quem φιλόπατριν, πολιτικὸν, hominis prudentis,* ſ *& amici, tali admonitu, non moueret auctoritas? Deinceps*

[a] v. c. quæ enim f. & ita L.

[b] al. miserrima fuga.

[c] al. VI. idus

[d] v. c. quoi

inceps III. *Id. Febr. iterum mihi respondes consulen*
ti, sic, Quod quæris à me, [a] fugam ne fidam, an
moram deserēdam vtiliorem putem: ego verò
in præsentia subitum discessum, & præcipitē
5 profectionem, cùm tibi, tum ipsi Cnæo inuti-
lē, & periculosam puto, & satius esse existimo,
[b] vos dispertitos, & in speculis [c] esse: sed medius
fidius, turpe nobis puto esse, de fuga cogitare.
Hoc turpe Cn. noster biennio antè cogitauit: ita Sul-
10 *laturit animus eius, & proscripturit iamdiu. Inde,*
vt opinor, cùm tu ad me quædam γενικώτερον *scri-*
psisses, & ego mihi à te quædam significari putaßem,
vt Italia cederem, detestaris hoc diligenter XI. *Ka-*
lend. Mart. Ego verò nulla epistola significaui,
15 si Cn. Italia cederet, vt tu vna cederes: aut, si si-
gnificaui, nō dico fui inconstans, sed demens.
In eadem epistola, alio loco, Nihil relinquitur, ni-
si fuga: cui te socium neutiquā puto esse opor-
tere, nec vmquam putaui. *Totam autem hanc de*
20 *liberationem euoluis accuratius in litteris* VIII.
kal. Mart. datis. Si M. Lepidus, & L. Volca-
tius remanent, manendum puto, ita, vt si sal-
uus sit Pompeius, & constiterit alicubi, hanc
νεκυίαν relinquas, & te in certamine vinci cum
25 illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ
perspicitur, futura colluuie; regnare, *Multa di-*
sputas huic sententiæ conuenientia. Inde ad extre-
mum, Quid si, *inquis*, Lepidus, & Volcatius
discedunt? planè ἀπορῶ. Quod euenerit igitur,
30 & quod egeris, id στερκτέον putabo. *Si tum dubita-*
res, nunc certè non dubitas, istis manentibus. Deinde
in

[a] v. c. fugā ne fidā, an moram defendā, vtil. L. fugam ne fœdam, an moram ne fandā, vtil. al. fugam ne fœdam, an moram desidē, vtil. al fugam ne fidam, an moram fœdam vtil.

[b] v. c. vos disperti meos, & in spec. fort. non despe-rare remp. timendo, sed in sp.

[c] al. esse. & me dius fid.

in ipsa fuga v. *kalend. Mart.* Interea non dubito, quin in Formiano mansurus sis. Commodissime enim τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις. *Ad kalend. Mart. cùm ille quinctum iam diem Brundisii esset,* Tum poterimus deliberare, [a] non scilicet integra re, sed certè minùs infra, quàm si unà proieceris te. *Deinde* IIII. *Non. Mart.* ὑπὸ τὴν λῆψιν, *cùm breuiter scriberes, tamen ponis hoc,* cras scribam plura, & ad omnia. Hoc tamen dicã, non [b] pęnitere me consilii de tua mansione: & quamquam magnã sollicitudine, tamen quia minùs mali puto esse, quàm in illa profectione, maneo in sententia, & gaudeo te mansisse. *Cùm verò iam angerer, & timerem, nequid à me dedecoris esset admißum:* III. *Non. Mart.* Tamen te [c] non esse cùm Pompeio, non fero molestè: postea si opus fuerit, non erit difficile: & illi, quoquo tempore fiet, erit ἀσμένιστον. Sed hoc ita dico, si hic qua ratione initium fecit, eadem cerera aget, sincerè, temperatè, prudenter: valde videro, & consideratiùs vtilitati nostræ consuluero. VII. *Id. Martias scribis, Peducęo quoque nostro probari, ꝙ quierim: cuius auctoritas multũ apud me valet. His ego tuis scriptis me consolor, vt nihil à me adhuc delictum putem.* [d] *Tu modò auctoritatem tuam defendito, aduersus me nihil opus esse, conscius ego aliis: ego, si nihil peccaui, reliqua tuebor.* [e] *Ad ea tute hortare, & me omnino tua cogitatione adiuua.* *Hic nihil dum de reditu Cæsaris audiebatur. Ego his litteris hoc tamen profeci: perlegi omneis tuas, & in eo acquieui.* [f] *Lentulum nostrum scis Puteolis esse: quod*

a L. non iã scilicet

b v. c. pænitere

c v. c. non esse cum Põp. al. non iste cum P.

d L. Tu modo auctoritatem tuam defendito aduersus me: aduersus alios nihil opus est. Si mihi nullius culpæ conscius sum ego, si nihil peccaui: reliq. t.

e al. Ad ea tute hort.

f al. hoc est nouæ epistolæ initium.

quod cùm è viatore quodam eßet auditum, qui se diceret, eum in Appia, cùm is paullum lecticam aperuißet, cognoße, [a] etsi verisimile, misi tamen Puteolos pueros, qui peruestigarent, & ad eum litteras. Inuentus est vix, in hortis suis se occultans, litterasque mihi remisit, mirificè gratias agens Cæsari. De suo autem consilio C. Cæcio mandata ad me dediße. eum ego hodie expectabam, id est, XIV. kalendas April. Venit etiam ad me Matius Quinquatribus, homo mehercule, vt mihi visus est, temperatus, & prudens. existimatus quidem est semper auctor otii. Quàm ille hæc nō probare mihi quidē visus est? quàm illam νεκυίαν (vt tu appellas) timere? Huic ego in multo sermone epistolam ad me Cęsaris ostendi, eam cuius exemplum ad te antea misi: rogauiq., vt interpretaretur, quid eßet: quod ille scriberet, consilio meo se vti velle, gratia, dignitate, ope rerum omnium. Respondit, se non dubitare, quin & opem, & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret. Vtinam aliquod in hac miseria reip. πολιτικὸν opus efficere, & nauare, mihi liceat. Matius quidem & illum in ea sententia eße confidebat, & se auctorem fore pollicebatur. Pridie autem apud me [b] Crassipes fuerat, qui se prid. Non. Martias Brundisio profectum, atque ibi Pompeium reliquisse dicebat: quod etiam, qui VIII. idus illinc profecti erant, nuntiabant. Illa verò omnes, in quibus etiam [c] Crassipes, [6] qui prudentia potuit attendere, sermones [d] minaceis, inimicos optimatium, municipiorum hosteis, meras proscriptiones, meros Sullas. quæ Luceium loqui? quæ totam Græciam? quę verò Theophanem? & tamen omnis spes

salutis

[a] L. & si vix verisf.

[b] al. Crassipus

[c] al. Crassipus

[d] v.c. minacis,

ſalutis in illis eſt, & ego excubo animo, nec partem vllam capio quietis. &, vt has peſteis effugiam, cum diſſimillimis [a] *noſtri eſſe cupio. quid enim tu illic Scipionem, quid Fauſtum, qui Libonem prætermiſſurum ſceleris putas? quorum creditores conuenire dicuntur.* 5 *quid eos autem, cùm vicerint, in ciueis effecturos? quam verò putas* μακροψυχίαν *Cn. noſtri eſſe? nuntiāt Aegyptum,* [b] *Arabiam* ἐυδαίμονα *cogitare, Hiſpaniam abieciſſe. monſtra narrant. quæ falſa eſſe poſſunt: ſed certè & hæc perdita ſunt, & illa non ſalutaria.* 10 *Tuas litteras iam deſidero. poſt fugam noſtram numquam iam noſtrum earum interuallum fuit. Miſi ad te exemplum litterarum mearum ad Cæſarem, quibus me aliquid profecturum puto. Vale.*

a v. c. noſtris non plac.

b v. c. & L. & Arabiam ἐυδαίμονα, & μεσοποταμίαν cogitare,

ANNOTATIONES. 15

1 alienant immundæ) ſic neceſſariò legendum eſt, non, alienantur. alienant autem, ſcilicet immundæ mulieres ſuos amatores: id eſt auertunt ab amore. Immundæ opponuntur mundis. Eſt autem munda fæmina non eà ſolum, quæ eſt culta atque ornata: verum etiam, & multo quidem magis propriè, quæ cùm fucata non ſit, neque nimis accurratè & ſumtuosè ornata: non eſt tamē inculta, neque illota, neque ſordida. & ita mundam ferè deſcribit Horat. Sat. 2 lib. 1. munda hactenus vt neque longa, Nec magis alba velit, quàm det natura, videri: vt contra immunda eſt, quæ eſt illoto corpore, & olido, veſtitu compoſito, & maculoſo. Itaque, immundum, minus eſt, quàm ἄκοσμον: quod ex Lucretio colligere licet, qui lib. 4. quo loco oſtendit, puellarum vitia ab amantib. extenuari & leuiorib. nominib. appellari, eam, quæ ſit immunda, & fœtida, dicit ab amante cæco ἄκοσμον vocari. 25 immunda (inquit) & fœtida, ἄκοσμος. Quod ſiquis dicat, extenuationē ineſſe in nomine Græco, quia Græca vocabula ſint quodāmodo Latinis molliora, quamuis idem valeant: reſpondebo, vocē fœtida ſatis declarare plus eſt immundū, quàm ἄκοσμον. Quin idem ex Horatio intelligere licet, qui Macā illum, ſeu fullonem, ſiue Nattam, qui oleo ſiue lucernario, ſiue ex lucernis detracto, vngebatur, immundū appellat: id eſt, illotum, olidū, & fœtidum. & item ex Terentio, qui ſic de meretricibus, Quæ dum foris ſunt, 30 nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quidquam, nec

magis

magis elegans: Quæ cum amatore suo cùm cenant, ligurriunt. harum videre illuuiem, sordeis, inopiam. Quàm inhonestæ solæ sint domi, atque auidæ cibi, &c. significat enim plurib. uerbis id genus fæminas, foris esse mundas, & eleganteis, & cultas: domi im mundas, illotas, ac sordidas.

2 quem parentem) putarim legendum, quem patriæ parentẽ, &c.

3 alia mens mea) secutus sum codices & Memmianos, & eos, n quibus ita scriptum esse testatur Malaspina, & Turnesianum. sed malim sic legi, alia reip. nunc causa est, alia mea verumtamen nihil mutaui. iudicent eruditi

4 Nunc si uel periculose) sic putabat legendum esse Memmius ex ueteribus libris nonnullis, nunc si uel cum periculo, &c. qui habent, siue periculo. Nam uulgati à quibus non discrepant multi alij antiqui, mendosè habent, sine periculo, pro, siue periculo codex autem Turnesianus, siue periculosè unde nunc legendum conieci, si uel periculosè. Quòd autem Manutius sic emendat, si uel periculo, non explet aureis meas paullo pòst legendum, reuolui, ubi olim impressum est, euolui.

5 & amici, tali, &c. legendum. fort. amici talis, &c.

6 qui prudentia potuit attendere sermones) hoc tantùm differunt libri manuscri. à uulgatis, quòd habent, potiùs, pro, potuit. omnino locus corruptus est, neque facilè sine melioribus codicibus emendari potest.

Verba Græca, Latinis expreßa.

ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, in rebus amatorijs.
ἀλογίστως, inconsideratè, stultè.
ὑποκορίζῃ, leni uocabulo appellas, minuens culpam huius rei.
χρησμὸς, oraculum,
ἄσπονδον, implacabile.
φιλόπατριν, ac πολιτικὸν, studiosum patriæ, ac ciuilem.
γενικώτερον, generalius.
νεκυίαν, turbam mortuorum.
ἀπορῶ, dubito.
στερκτέον, probandum, amandum,
τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις quod futurũ est exspectabis.
ὑπὸ τὴν λῆψιν, sub accessionem quartanæ.
ἀσμένιστον, gratissimum.
νεκυίαν, turbam mortuorum.
πολιτικὸν, ciuile.
μακροψυχίαν, longanimitatem.
εὐδαίμονα, & μεσοποταμίαν, felicem, & Mesopotamiã.

CICERO IMP. S. D.

Cæſari Imp.

VT legi tuas litteras,[a] quas ab Furnio noſtro acceperam, quib. mecum agebas, vt ad vrbem eſſem: te velle vti conſilio, & dignitate mea: minùs ſum admiratus. De gratia, & de ope quid ſignificares, mecum ipſe quærebam. ſpe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili, ac ſingulari ſapientia, de otio, de pace, de concordia ciuium agi velle arbitrarer, & ad eam rationem exiſtimabam ſatis aptam eſſe & naturam, & perſonam meam. Quod ſi ita eſt, & ſi qua de Pompeio noſtro tuendo, & tibi, ac reip. reconciliando, cura te attingit: magis idoneum, quàm ego ſum, ad eam cauſam, profectò reperies neminem: qui & illi ſemper, & ſenatui, cùm primùm potui, pacis auctor fui. Nec, ſumtis armis, belli vllam partem attigi: iudicauíque te eo bello violari, contra cuius honorem, populi R. beneficio conceſſum, inimici, atque inuidi niterentur. Sed, vt eo tempore non modò ipſe auctor dignitatis tuę fui, verùm etiam ceteris auctor ad te adiuuandum: ſic me nunc Pompeii dignitas vehementer mouet. aliquot enim ſunt anni, cùm vos [b] duo delegi, quos præcipue colerem, & quibus eſſem, ſicut ſum, amiciſſimus. Quamobrem à te peto, [c] vel potiùs precibus omnibus oro, & obteſtor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, vt tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique eſſe maximi beneficii memoria poſſim. Quæ ſi tantùm ad meipſum pertinerent, ſperarem me à te tamen impetraturum: ſed, vt arbitror, & ad tuam fidem & ad

a L. quas à Furnio

b ſic v. c. al. duos

c L. uel potiùs omnibus te precib. oro,

ad remp. pertinet,[1] [a]*me pacis vtriusque vestrum, & ad ciuium concordiam, per te, quàm accommodatissimum conseruari. Ego, cùm antea tibi de Lentulo gratias egissem,* [b] *cùm ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses,*
5 [c]*tamen eius lectis litteris, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate, beneficioque misit, eandem me salutem à te accepisse putaui, quam ille. In quem si me intelligis esse gratum, cura, obsecro, vt etiam in Pompeium esse possim.*

a al. me & ad pacem utriusq. uestrum, &c. L. me & ad utriusq. uestrum,

b fort. quòd ei s.

c L. tum lectis eius litteris,

10 ANNOTATIONES.

1 me & ad utriusque uestrum, & ad) uocem, pacis, quæ huc uel irruerat, uel irrepserat, ut inanem, sustuli. natam scilicet ex præpositione, ad, cùm scriptum esset, ap, pro, ad: deinde, ex, pa, à malo coniectore, eodemq. indocto, & arrogante, pacis, factum.

CICERO ATTICO S. 14

15 *LEgebam tuas litteras* XIII. *Kalen. cùm mihi epistola affertur à Lepta, circumuallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. Non me dius fidius, præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. misi ad te exemplum. Miseros*
20 *nos. cur non omnes fatum illius vnà exsecuti sumus?*[a] *Ecce eadem à Maio, & Trebatio: quibus Minturnis obuii Cæsaris tabellarii. Torqueor infelix, vt iam illum Mucianum exitum exoptem. At quàm honesta, at quàm expedita tua consilia?* [b] *quàm euigilata*
25 *tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congressus, sermonisque cum Cæsare? Omnia tum honesta, tum cauta. In Epirũ uerò inuitatio quàm suauis? quàm liberalis? quàm fraterna? De Dionysio sũ*[c]*admiratus: qui apud me honoratior fuit, quàm apud*
30 *Scipionem Panætius: à quo impurissimè hæc nostra fortuna*[d]*despectata est. Odi hominem, & odero vitinam*

a L. Ecce autem à Matio, & Trebatio eadem: quibus

b fort. quàm euigilatæ tuæ cogitationes,

c fort. demiratus:

d L. despecta est. fort. despicata est.

nam vlcisci possem . sed illum vlciscentur mores sui. Tu, quæso nunc vel maximè, quid agendum nobis sit, cogita. Populi Rom. exercitus Cn. Pompeium [a] *circumsidet: fossa & vallo sæptum tenet, fuga probibet. Nos viuimus, & stat vrbs ista? Prætores ius dicunt? ædiles ludos parant? viri boni vsuras perscribunt? ego ipse sedeo? Coner illuc ire, ut insanus? implorare fidem municipiorum? Boni non sequentur: leues irridebunt: rerum nouarum cupidi, victores præsertim, & armati, vim, & manus afferent. Quid censes igitur?* [b] *& quidnam est tui consilii adfinis huius miserrimæ vitæ? nunc doleo, nunc torqueor, cùm quibusdam aut sapiens videor, quòd vnà non ierim, aut felix fuisse: mihi contrà. numquam enim illius victoriæ socius esse volui, calamitatis mallem fuisse. Quid ego nunc tuas litteras, quid tuam prudentiam, aut beneuolentiam implorem? actum est. Nulla re iam possum iuuari: quine, quid optem quidem, iam habeo, nisi vt aliqua inimici misericordia liberetur.* [1] ὐκ ἴς' ἔτυμος ὁ λόγος *(ut opinor) ille de ratibus. Quid enim est, quòd Dolabella iis litteris, quas III. idus Mart. à Brundisio dedit,* [c] *hanc* ἐυημερίαν *quasi Cæsaris scriberet, Pompeium in fuga esse, cumque primo vento nauigaturum? quod valde discrepat ab his epistolis, quarum exempla antea ad te misi. Hic quidem mera scelera loquuntur. sed non erat nec recentior auctor, nec huius rei quidem, melior Dolabella. Vale.*

a L. circumsedet:

b L. & quid nam est tui cõsilij quid? finis huius miserrimæ uitæ,

c L. hanc quasi ἰυα-μερίαν Cæs.

ANNOTATIONES.

1 οὐκ ἴς' ἔτυμος ὁλόγος, ut opinor, ille de ratibus) principium est palinodiæ illius, quam fecit Stesichorus, cùm Helenæ maledixisset, eoque nomine oculis priuatus esset. Ponit autem Plato in Phædro, his uerbis, τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ

Ομηρος,

Ομηρος, ἀλλ' ἅτεμουσικὸς ὢν, ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθὺς, οὐκ ἐς' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο πέργαμα Τροίης: id est, nam cùm oculis orbatus esset Sthesichorus, propterà quod Helenæ maledixerat, non ignorauit quemadmodum Homerus: sed, vt potè qui musicus esset, causam eius rei intellexit, & continuò hoc carmen fecit. Non verus ille est sermo: numquam nauibus vecta
5 est veliuolis opulentæ ad Pergama Troiæ. Absoluta igitur tota illa, quæ appellatur, palinodia, sensum oculorum statim recuperauit.

Verba Græca, Latinis expressa.

οὐκ ἐς' ἔτυμος ὁ λόγος, non est verus sermo.
εὐημερίαν, prosperitatem.

10

CICERO ATTICO S. 15

Tuas XI. kalendas accepi litteras, quibus omnia consilia differs in id tempus, cùm scierimus, quid actum sit. & certè ita est: nec interim potest [a]
15 *quidquam statui, nec cogitari quidem. quamquam hæ mihi litteræ Dolabellæ iubent ad pristinas cogitationes reuerti. fuit enim pridie* [b] *Quinquatrus egregia tempestas: qua ego illum vsum puto* συναγωγὴ *consiliorum tuorum non est à me collecta ad querelam: sed*
20 *magis ad consolationem meam. nec enim me tam hæc mala angebant, quàm suspicio culpæ, ac temeritatis meę. eam nullam puto esse, quoniam cum consiliis tuis* [c] *mea & facta, & consilia consentiunt. Quòd mea prędicatione factum esse scribis magis, quàm illius merito, vt tantum ei debere viderer: est ita.*
25 [d] *Ego illum extuli semper, & eo quidem magis, ne quid ille superiorum meminisse me putaret. quę si maximè meminissem: tamen illius temporis similitudinem tam sequi deberem. nihil me adiuuit, cùm posset: & postea fuit amicus,* [e] *& tam valde, &*
30 *quam ob causam, planè scio. ergo ego quoque illi.*

a q.v. c. qd quam non modò statur, sed ne cogitari quidem.

b q. v. c. Quinquatres

c L. mea facta, & consil.

d v. c. Ego illa ext.

e L. & qui valdè,

*Quin etiam illud par in vtroque noſtrũ, [1] quod ab eiſdem[a] dilecti ſumus, ſed vtinam tantum ego ei prodeſſe potuiſſem, quantum ille mihi potuit. mihi tamen quod fecit, gratiſſimum: nec ego, nunc cum [b] iuuare qua re poſſim, ſcio: nec, ſi poſſem, cum tam peſtiferum bellum pararet, adiuuandum putarem. tantum offendere animum eius, hic manens, nolo: nec mehercule iſta videre, quę tu potes iam animo prouidere, nec intereſſe iſtis malis poſſem: ſed eo tardior ad diſcedendum fui, quòd difficile eſt de diſceſſu voluntario ſine vlla ſpe reditus cogitare, nam ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, claſſibus, auxiliis Gallorum, [2] quos Matius [c] σαλπίζει, vt puto: ſed certè dicebat, peditum, * equitum * [d] polliceri ſumtu ſuo annos decem. Sed ſit hoc λάπισμα. magnas habet certè copias, & habebit non ille vectigal, ſed ciuium bona. Adde confidentiam hominis, adde imbecillitatem bonorum virorum: qui quidem, quod illum ſibi meritò iratum putant, oderunt: [3] [e] vt tu ſcribis, ludum, ac vellem ſcribis. [f] Quiſnam hæc ſignificaſſet? ſed & iſte, quia plus oſtenderat, quàm fecit, & vulgò illum qui amarunt, non amant. Municipia verò, & ruſtici Romani illum metuunt, hunc adhuc diligunt. Quare ita paratus eſt, vt, etiam ſi vincere non poſſit, quomodo tamen ipſe vinci poßit, non videam. Ego autem nõ tam γοητείαν huius timeo, quàm, πειθανοίσκην. αἱ γὰρ τῶν τορά ννων δεήσεις, inquit Πλάτων, οἶσθ᾽ ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις. Illa ἀλίμενα video tibi non probari: quę ne mihi quidem placebant: ſed habebam in illis & occultationem, & ὑπηρεσίαν fidelem. Quæ ſi mihi Brundiſii ſuppetant, mallem. ſed ibi occulta-*

a L. illecti ſ.

b ſic v. c. fort. qua re iuuare

c L. ἰαλάπιζειν,

d L. eos polliceri

e L. vt tu ſcribis, ludunt, & bellè ſcribis.

f L. Quid? non hæc ſignificas? ſcilicet & iſte, quia plus oſtenderat, quàm fecit, amatur vulgò, & vulgò illum qui amarunt, nõ amant.

occultatio nulla est. Verùm (vt scribis) [a] *cùm scierimus. Viris bonis me non nimis excuso. quas enim eos cenas & facere, & obire scripsit ad me Sextus? quàm lautas? quàm tempestiuas? Sed sint quamuis*
5 *boni.* [4] *non sunt meliores, quàm nos. mouerent me, si essent fortiores. De Lanuino Phameæ, errau. Troianum* [b] *somniaueram. id ego volui Q. sed pluris est. istbuc tamen cuperem emeres, si vllam spem fruendi viderem. Nos quę monstra quotidie intelligamus,* [c]
10 *ex illo libello, qui in epistolam coniectus est. Lentulus noster* [d] *Puteolis est ἀδημονῶν. is, vt Cæcius narrat, quid agat. διαπορῶν Corfiniensem reformidat. Pompeio nunc putat satisfactum: beneficio Cæsaris mouetur. sed tamen mouetur magis* [e] *prospecta re: nec hæc*
15 [f] *posse ferre.*

Omnia misera, sed hoc nil miserius. Pompeius [g] *Cn. Magium de pace misit, & tamen oppugnatur. quod ego non credebam. Sed habeo à Balbo litteras: quarum ad te exemplum misi. Lege, quæso, & illud*
20 *infirmum caput ipsius Balbi,* [h]*optimi, cui Cn. noster locum, vbi hortos ædificaret, dedit. quem cui nostrum non sæpe prætulit? Itaque miser torquetur. Sed, ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reiicio. spem autem pacis habeo nullam. Dolabella suis litteris idi-*
25 *bus Mart. datis, merum bellum loquitur. Maneamus ergo in illa eadem sententia misera, et desperata, quando hoc miserius esse nihil potest.*

a al. cùm sciemus.
b v. c. somniabam.
c L. tu ex illo lib.
d al. Puteolis est, ἀδημονῶν, vt Cæcius narrat. quid agat.
e fort perspecta re.
f L. potest f.
g al. Munatium q. v. c. Numerium
h L. optimi viri: cui

ANNOTATIONES.

1 quòd ab ijsdem illecti sumus) etiam Memmiani codices habent, dilecti, ut, & Bessarionis, & Maffei, & alij: vnde Manutius conijcit legendum, eiecti. nos ex codice Turnesiano, in quo scri-
30 ptum reperimus, quod ab eisdem lecti sumus, coniectura ducti, quòd ab ijsdem illecti sumus, reposuimus.

2 quos Matius ἐλάπιζεν,vt puto,&c.) sic & olim edendum curaui & nunc,in sententia manens,edi volui,rationem,& codicum antiquorum auctoritatem secutus. Nā quòd ad codices manuscri. attinet,sic habere testor codicem Turnes. Ε Λ Α Π Ι Ζ Ε Ν,quod est ἐλάπιζεν. Veniamus nunc ad rationem. Ac primum quidem,nec ἐλάπιζεν, nec σαλπίζει, hoc loco ferri potest. est enim σαλπίζειν,tuba canere, tuba signum dare,tuba ad bellum excitare. quorum nullum hunc quadrare potest. Nam si quis dicat,hoc significari à Cicerone,Matium palam dicere,& prædicare,& quasi tuba canere, Gallos auxilia per decem annos Cæsari esse pollicitos: quare subiungit, vt puto. Omnino ferri non potest. Deinde λαπίζειν,quod significat inania iactare,& gloriosè prædicare, maximè conuenit. Significat enim Cicero, se putare, iactari hæc à Matio inanius,& gloriosius,quàm verius.subiungit Sed certè dicebat,,quorum verborum hæc sententia est,siue falsa illa sint, siue vera,certè dicebat, &c. sequitur, sed sit hoc λάπισμα, id est, sed demus, gloriosam, & inanis iactantiæ plenam esse prædicationem, constat tamen, Cæsarem magnas copias habere. Hæc pluribus verbis explicaui, & hic præter meam consuetudinem, meumq. institutum longior fui, quod Petrus Victorius, quem semper honoris causa nominatum velim, Var. lectionum lib. 37. ca. 3. etiam in hoc loco, à suo more non discedens, verbosus fuit, dum ostendere conatur, hic legendum esse,σαλπίζει, seu ἐσάλπιζεν. quod non potuit,& inanem operam sumsit. nam σαλπίζειν, non est magnificè,neq. gloriosè, neq. iactabundè prædicare, quæ sententia hic postulatur,sed tantum,palam & clarè significare & dicere. λαπίζειν autem eam vim habet apud Græcos, quam postulari diximus: quod ne ipse quidem Victorius negauerit: sed puto Victorium, Malæspinæ odio commotum, (nescio quam ob causam,cum præsertim sit etiam ille Florentinus,nisi vel quod is ausus est notas scribere in epistolas ad Atticum, vel quod nonnulli coniecturas aliquas Malæspinæ probarunt,) verumtamen arbitror, Victorium perturbatione animi à recta ratione auersum esse,multaque præter ætatis,& personæ suæ decorum,parum consideratè fudisse. Quæ si tacuisset neque homines amicissimos temerè offendisset,& melius suæ existimationi consuluisset.

3 vt tu scribis,ludunt: ac bellè scribis, &c.) Hic locus duorum doctorum virorum coniectura vel restitutus est, vel certè ita immutatus, vt neque longius ab antiqua scriptura discedat, & sententiam valde cum superioribus, & posterioribus consentaneam contineat, eorum nomina adscripsissem, si sese voluissent nominari. ego tamen legi malui, ludunt, quàm illudunt, vt illi. sic enim vna duntaxat littera, i. addetur antiquæ scripturæ, ludum,ludunt.

4 Non sunt meliores, &c.) legendum fortasse est, sint meliores,quàm nos.

5

10

15

20

25

30

Verba Græca, Latinis expressa.

συναγωγή, collectio.
ἐλάπιζεν, gloriose prædicabat.
λάπισμα, falsa quædam ostentatio.
γοητείαν, præstigias.
5 πειθανάγκην. αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit Πλάτων, οἶσθ᾽ ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις, suasionem violentam. tyrannorum enim preces, inquit Plato, nosti quod permixtæ necessitatibus.
ἀλίμενα, importuosa.
ὑπηρεσίαν, ministrationem.
10 ἀδημονῶν, mærens, solicitudinis plenus.
διατροπὴν, lenitatem, clementiam.

BALBVS CICERO IMP. S. 16

Caesar nobis litteras perbreueis misit, quarum exemplum subscripsi. breuitate epistolæ scire po- 15 *teris eum ualde esse distentum, qui tanta de re tam breuiter scripserit. Siquid præterea noui fuerit, statim tibi scribam.*

Cæsar Oppio, [a] Cornelio S. [b] Ad VII. idus 20 Mart. Brundisium ueni. ad murum castra posui. Pompeius est Brundisii. misit ad me Cn. Magium de pace. quæ uisa sunt, respondi. Hoc vos statim scire volui, cùm in spem venero de compositione aliquid [c] me conficere: statim 25 uos certiores faciam. *Quomodo* [d] *nunc me putas, mi Cicero, torqueri, postquàm rursus in spem pacis veni, nequa res eorum compositionem impediat? Namque, quod absens facere possum, opto, quòd si unà esse, aliquid fortasse proficere* [e] *possem. Nunc exspectatio-* 30 *ne crucior. Vale.*

a al. Corneliosque
b L. a. d.
c L. me posse conficere:
d al. me nunc put.
e al. possem videri. non pl.

CICERO ATTICO S. 17

Miseram ad te IX. *kal. exemplum epistolæ Balbi ad me, & Cæsaris ad eum. Ecce tibi eodem die Capua litteras accepi ab Q. Pedio, Cæsarem ad se pr. Id. Mart. misisse litteras hoc exemplo. Pompeius se oppido tenet. nos ad portas castra habemus. conamur opus magnum, & multorum dierum propter altitudinem maris. sed tamen nihil est, quod potius faciamus. Ab vtroque portus cornu moleis iacimus, vt aut illum quamprimùm traiicere quod habet Brundisii copiarum, cogamus, aut exitu prohibeamus.* 5 10

Vbi est illa pax, de qua Balbus scripserat torqueri se? Ecquid acerbius? ecquid crudelius? Atque eum loqui[a] *quidam* αὐθεντικῶς [b] *narrant, Cn. Carbonis, M. Bruti se pœnas persequi, omniumque eorum, in quos Sulla crudelis hoc socio fuisset: nihil Curionem se duce facere, quod non hic, Sulla duce,* [c]*fecißet. Ad ambitionem, quib. exsilii pęna superioribus legibus non fuisset: ab illo patriæ proditores de exsilio reductos esse: queri de Milone per vim expulso: neminem tamen se violaturum,* [d]*nisi qui arma hæc contrà. Bæbius quidam, à Curione* III. *idus profectus, homo non infans:* [1] *sed* [e] *quis ulli non dicat? planè nescio, quid agam.* [f]*Illinc quidem Cn. profectum puto. Quid quid est, biduo sciemus.* [g] *A te nihil ne antè prorsus quidem quid litterarum, nec mirum. quid enim est, quod scribamus? Ego tamen nullum diem prætermitto. Scripta epistola, litteræ mihi ante lucem è Lepta Capua redditę sunt, idibus Mart. Pompeium à Brundisio conscendiße, ac Cæsarem* [h] *ad* VII. *kal. Apr. Capuæ fore.* 15 20 25 30

a nox, quidam, abest à q. v. c.
b v.c. & L. narrabat,
c fort. fecisset. Ab hoc lege noua de ambitu eos ex urbe esse eiectos, quib. exsulij p.
d L. nisi qui arma contrà. Hęc quidem Bæbius, à Curione, &c.
e L. qui soli non dicat pl.
f L. Illim q. al. Illinc equidem
g L. A te nihil prorsus ne ante dies quidem quinq., litterarum: nec mir.
h L. a.d. VII. kal.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 sed qui soli non dicat) cùm in codice Turnesiano sic scriptum reperissem, sed quis illi non dicat? ego sic olim putaueram, leui immutatione facta, corrigi mendum posse: sed quis illa non dicat? neque tamen sic edi uolueram. Et tamen sic editum est, ego autem sic edi iusseram, ut Turnebo nostro placet, sed qui 5 soli non dicat: id est, qui ita est leuis & uentosus, ut non uni, sed multis, & quibuslibet dicat. Quòd autem suprà hac eadem epistola lectionem uulgatam mutauimus, nihil affirmantes tamen, sed dubitantes, ibi, quod non hic duce Sylla fecisset. Ab hoc lege noua de ambitu eos ex urbe esse eiectos, quib. exsilij pena sup. leg. non f &c. in eo Manutij coniecturam, probabilem secuti sumus, ne hic locus alicuius lucis expers maneret.

10 *Verba Græca, Latinis expressa.*

ἀνθετικῶς, affirmatiuè.

CICERO ATTICO S. 18

15 *Cum dedissem ad te litteras, ut scires, Cæsarem Capuæ* VII. *Kal. fore, allatæ mihi Capua sunt litteræ, eum in Albano apud Curionem* V. *kal. fore. Eum cùm videro, Arpinum pergam. Si mihi ueniam, quam peto, dederit: vtar illius condicione. sin minùs.* 20 *impetrabo aliquid à meipso. Ille, vt ad me scripsit, legiones singulas posuit Brundisii, Tarenti, Siponti. claudere mihi videtur maritimos exitus, & tamen ipse Græciam spectare potiùs, quàm Hispanias.* [a] *sed hæc longiùs absunt. Me nunc & congressus huius sti-* 25 *mulat (is verò adest)* [b] *& prima eius actionis horreo. Volet enim (credo) S. C. facere: volet augurum decretū.* [c] *rapiemur, aut absentes vexabimur, vel vt* COSS. *roget prætor,* [d] *vel dictatorem dicat; quorum neutrum ius est.* [e] *&, si Sulla potuit efficere, ab interrege* 30 *vt dictator diceretur, & magister equitum, cur hic non possit? Nihil expedio, nisi vt aut ab hoc, tanquam*

a al. sed hæ longiùs absunt. al. & hæ long. abs.
b al. & primas eius actiones horreo.
c fort. aut rap.
d fort. uel ut dict.
e v.c. & L. Sed, si Sulla p.

Q. Mucius, aut ab illo, tanquam L. Scipio. Cùm tu hæc leges, ego illum fortasse conuenero.[a] *τέτλαχύντερον. ne illud quidem nostrum proprium. erat enim spes propinqui reditus, erat hominum querela: nunc exire cupimus: qua spe reditus, mihi quidem numquam in mentem uenit. Non modò autem nulla querela est municipalium hominum, ac rusticorum, sed contrà metuunt, vt crudelem,* [b] *iratum. nec tamen mihi quidquam est miserius, quàm remansisse: nec optatiùs, quàm euolare, non tam ad belli, quàm fugæ societatem. Sed tu omnia consilia differebas in id tempus, cùm sciremus, quæ Brundisii acta essent. scimus nempe: hæremus nihilominus. uix enim spero mihi hunc ueniam daturum. etsi multa affero iusta ad impetrandum. sed tibi omnem illius, meumque sermonem, omnibus uerbis expressum, statim mittam. Tu nunc omni amore*[c] *enitere. tuos cura tua, & prouidentia iuues. Ita subitò accurrit,* [d] *vt ne Trebatium quidem, ut constitueram, possim uidere. omnia nobis imparatis agenda. Sed tamen ἄλλα μὲν αὐτὸς, ut ait ille, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. Quidquid egero, continuò scies. Mandata Cæsaris ad coss.* [e] *& Pompeium, quæ rogas, nulla habeo. quę descripta*[f] *attulit, illa è uia misi* [g] *ad te: è quibus mandata puto intelligi posse. Philippus Neapoli est, Lentulus Puteolis. De Domitio, ut facis, sciscitare, ubi sit, quid cogitet. Quòd scribis, asperiùs me, quàm mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse: uide, quàm sim antiquorum hominum. te, me dius fidius, hanc rem grauiùs putaui laturum esse, quàm me. nam prætérquàm quòd te moueri arbitror oportere iniuria, quæ mihi*

a τέτλα-τι, κύντε-ρον,

b L. & iratum.

c L. enitere, ut nos cura tua, & prudentia iuues.

d L. ut ne Rebilium q.

e L. & ad Pomp.

f al. attuli,

g v. c. ad te antè: è quibus

mihi à quoquam facta sit, præterea teipsum quodam-
modo hic violauit, cùm in me tã improbus fuit. sed tu,
id quanti æstimes, tuum iudicium est. nec tamẽ in hoc
tibi quidquam oneris impono. ego autem illum malè
5 *sanum semper putaui: nunc etiam impurum, & sce-*
leratum puto: nec tamen mihi inimiciorem, quàm si-
bi Philargyro [a] *bene. causam certè habuisti & ueram,*
& bonam: relictum esse me potiùs, quàm reliquisse.
Cùm dedissem iam litteras [b] *ad* VIII. *kalendas:* [c]
10 *quos cum Matio pueros, & Trebatio miseram, epi-*
stolam mihi attulerunt, hoc exemplo: Matius, &
Trebatius Ciceroni Imp. S. Cùm Capua exissemus,
in itinere audiuimus, Pompeium Brundisio [d] *ad* XVI.
kalend. April. cum omnib. copiis, quas [e] *habuerat,*
15 *profectum esse: Cæsarem postero die in oppidum in-*
troisse, contionatum esse: inde Romam contendisse:
uelle ante kalen. esse ad Vrbem, [f] *& paucos dies ibi*
commorari, deinde in Hispanias proficisci. Nobis
non alienum uisum est, quoniam de aduentu Cæsaris
20 *pro certo habebamus, pueros* [g] *tuos ad te remittere,*
ut id tu quàmprimùm scires. Mandata tua nobis cu-
ræ sunt, eaq́., vt tempus [h] *postulauerit, agemus.* [i]
Trebatius Scæuola facit, vt antecedat. Epistola
conscripta, nuntiatum est nobis, Cæsarem [k] *ad* VIII.
25 *kalend. Capuæ, ad* VII. *Sinuessæ.* [l] *hæc pro certo pu-*
tamus.

a v.c. & L. bene curasti: causf. al. De Phylargyro bene.
b L. a.d. VIII. Kal.
c v c. quos cum Matio pueri, & Tr. fort. pueri, quos Matio, & Trebatio mis. epist. mihi att.
d L. a.d. XVI.
e v. c. habuit,
f al. & pauculos
g tuos, abest à q. v. c.
h L. postularit
i L. Trebatius sedulò facit, ut antec.
k L. ad 8. kal. Apribleis Beneuenti mansurum. ad VII. kalẽ. Capuæ: ad VI. Sinuessæ.
l al. hoc Hæc

ANNOTATIONES.

1 ab interrege vt dictator dicer. & mag. ea.) Assentior Malaspinæ, existimanti hoc totum, & magister equitum, esse delendum, cùm præsertim & ille testetur, à nonnullis libris antiquis, ex eo-
30 rum numero, quibus vsus est, abesse, & ego uideam non in omnibus nostris comparere.

Verba

Verba Græca, Latinis expreßa.

τέτλαθι, κύντερον, tolera, grauius tulisti.
ἄλλα μὲν αὐτὸς, ut ait ille, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. alia quidem ipse. alia autem uel deus suggeret, subijciet.

5

CICERO ATTICO S. 19

a L. quod scr.

CVM, [a] quid scriberem ad te, nihil haberem, tamen, ne quem diem intermitterem, has dedi litteras. Ad VI. *kalendas Cęsarem Sinuissę mansurum nuntiabant. ab eo mihi litteræ redditæ sunt* [b] *ad* VII. *kal. quib. iam opes meas, non* [c] *vt in superioribus litteris, opem exspectat. Cùm eius clementiam Corfiniensem illam per litteras collaudauissem, rescripsit hoc exemplo,* *Cæsar imp. Ciceroni imp. Sal.*

10

b L. a. d. VII.

c L. ut superioribus litt.

Rectè augurarís de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil à me abeße longiùs crudelitate. Atque ego cùm ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te, [1] triumpho, & gaudeo: neque illud me mouet, quòd ii, qui à me dimißi sunt, discessisse dicuntur, vt mihi rursus bellum inferrent. nihil enim malo, quàm & me mei similem esse, & illos sui. Tu velim mihi ad vrbem pręstò sis, vt tuis consiliis, atque opibus (ut consueui) in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius. hanc adeò habebo gratiam illi. neque enim aliter facere poterit: tanta eius humanitas, is sensus, ea in me est beneuolentia. Vale.

15

20

25

ANNOTATIONES.

1 triumpho, & gaudeo:) legendum fortasse est, triumpho gaudio. quam coniecturam adiuuant nostri libri ueteres: in his Turnesianus, in quibus est, triumpho gaudeo: sine copulatione.

30

CICE-

CICERO ATTICO S. 20

Trebatium[a] VI. kalen. quo die has litteras dedi, exspectabam. ex eius nuntio, Matiique litteris meditabor, quomodo cum illo loquar. O tempus miserum! nec dubito, quin à me contendat, [b] ad vrbem veniam. Senatum enim Kalendis velle se frequentem adesse, etiam Formiis proscribi iussit. Ergo ei negandum est?[1] [c] Sed quid praeripi? statim ad te perscribam omnia. ex illius sermone statuam, Arpinumne mihi eundum sit, an quò aliò. Volo Ciceroni meo togam puram dare. istic puto. Tu, quaeso, cogita, quid deinde. nam me hebetem molestię reddiderunt. A Curio, uelim scire, ecquid ad te scriptum sit de Tirone. ad me enim ipse Tiro ita scripsit, ut uerear, quid agat. [2] [d] *Qui autem ueniunt inde, id modò nuntiant. Sanè in magnis curis etiam[e] haec me sollicitant. in hac enim fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas esset.*

a q. v. c. Kalend.

b L. ad vrbem vt veniam.

c L. Sed qd praeripio? al. Sed quid praecipio?

d L. Qui autem veniunt, inania admodum nuntiant.

e L. haec me sollicitat.

ANNOTATIONES.

1 sed quid praecipio?) sic edendum curaui, codices Memmia. secutus. quamquam alij quidam habent, praeripio. quod mihi aequè probatur praecipio autem, i praeoccupo, anticipo, antecapio.
2 Qui autem ueniunt, inan ia admodum nuntiant) sic nunc ex obscuris antiquae scripturae uestigijs edendum curaui. sic enim habet cod. Turnes. Qui autem venıunt, inni admodo nuntiant.

CICERO ATTICO S. 21

Vtrumque ex tuo consilio. nam & oratio fuit ea nostra, ut bene potiùs ille de nobis existimaret, quàm gratias ageret: & in eo mansimus, ne ad urbem. illa fefellerunt, facilem quod putaramus. nihil uidi minùs. damnari se nostro indicio: tardiores fore reliquos, [a] *si in his non ueniremus, dicere. ego dissimilem*

a L. si nos non veniremus.

lem illorum esse causam. [2] *Quid multa? Veni igitur, & age de pace. Meone, inquam, arbitratu? An tibi, inquit, ego præscribam? Sic, inquam, agam, Senatui non placere, in Hispanias iri, nec exercitus in Græciam transportari, multaque, inquam, de Cn. deplorabo. Tum ille, Ego verò ista dici nolo. Ita putabam, inquam. sed ego*[b] *ei nolo adesse, quòd aut sic mihi dicendum est, multaque, quæ nullo modo possem silere, si adessem: aut non veniẽdum. Summa fuit, vt ille, quasi exitum quærens, vt deliberarem. Non fuit negandum. ita discessimus. Credo igitur hunc me non amare. At ego me amaui: quod mihi iam pridem usu non uenit. Reliqua, o Dii, qui comitatus? quæ (ut tu soles dicere)* νεκυία, [1] *in qua erat* [c] *Eros Celeri. O rem perditam, o copias desperatas.* [2] [d] *Quid? Seruii F. Quod in his castris fuerunt, quibus Pompeius circumsideretur? Sex legiones: multùm uigilat, audiet, nullum uideo finem mali. Nunc certè promenda tibi sunt consilia. Hoc fuerat extremum.* [3] *Illa tamen* [e] κατάκρισις *illius, est odiosa, quam pæne præterii: si sibi consiliis nostris uti non liceret, usurum, quorum posset, ad omniaque esse descensurum. Vidisti igitur uirum? ut scripseras: ingemuisti? certè. cedò reliqua. Quid? continuò ipse* [f] *in Puteolanum: ego Arpinum: inde exspecto quidem* [g] [4] AVVTECAN *illam tuam. Tu (malùm) inquies, actum ne agas, etiam illum ipsum, quem sequimur, multa fefellerunt. sed ego tuas litteras exspecto. Nihil est enim iam, ut antea,* VIDEAMVS, HOC QVORSVM EVADAT. *Extremum fuit de congressu nostro: quo quidem non dubito quin istum offenderim. eo maturiùs agendum est. Amabo te,*

episto-

a al. Cùm multa:
b L. eò nollo
c L Eros Celeris.
d v.c. & L. Quid, quod Seruij filius, quod Titinij, in ijs castris fuerunt, quibus Pompeius circũsederetur?
e L κατακλεῖς. illius,
f L. in Pedanum.
g L. δᾶδ' αἰθύουσαν, al. ἀνατίλλουσαν

epistolam, & πολιτικὴν. Vale, tuas litteras nunc exspecto.

ANNOTATIONES.

1 in qua erat Eros Celeris.) sic legendum videtur potius, quàm
5 vel oratio Celeris: vel, Eros Celeri. Codex quidem Turnes. habet, Eros Celer. O rem perd. &c. Eros autem Celeris, ita dictum est, vt, Dauus Chremetis. Hic enim subintelligitur; libertus, aut, seruus, fuerat enim Eros quidam L. Metelli Celeris libertus.
2 Quid quòd Seruij filius, quòd Titinij, in ijs castris f.) hæc est antiqua scriptura, à me nunc restituta: quam expressam reperi in codice Turnesiano. de qua quid est quod plura dicam? ipsa se explicat. Nota autem gens Titinia hominibus Romanę antiqui-
10 tatis non omnino rudibus, neque imperitis. Sed videtur legendum quod, Tulli in ijs castr. ex epist. 3. lib. x.
3 Illa tamen κατακλεῖς) sic etiam ex codice Turnesiano restituimus. significat autem κατακλεῖς, clausulam extremam, & conclusionem: qua voce & sup. vsus est, lib. 2
4 δᾷδ' αἴθουσαν illam tuam) libri veteres habent partim ἀλλάτιυκαν, partim ἀλλύτιυκαν, partim ἄλλατιυκαν, partim λαά τιυσαν. nos in his tenebris, Adriani Turnebi coniecturam, qua-
15 si δαδουχίαν, secuti olim eramus, & ἀνατέλλουσαν edendum curaueramus: vt per ἀνατέλλουσαν Cicero tempus exortum significaret. ad nauigationem idoneum atque opportunum. Nunc autem coniecturam Simeonis Bosij magis probamus, δᾷδ' αἴθουσαν, id est facem ardentem, ut & antqiuæ scripturæ magis affinem, & huius loci sententiæ conuenientiorem.

20 *Verba Græca, Latinis expressa.*

νεκυία, turba mortuorum.
κατακλεῖς, clausula & conclusio extrema.
δᾷδ' αἴθουσαν, facem ardentem.

25 CICERO ATTICO S. 22

EGo meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimùm togam puram dedi: idque municipibus nostris fuit gratum: etsi omnes, & illos, & quà iter feci, mæstos, afflictosque vidi. tam tristis, & tam
30 *atrox est ἀναθεώρησις huius ingentis mali.* [a] *Delectus*

a L. Dilectus habentur.

babe-

habetur. in hiberna deducuntur. Ea,quæ,etiam cùm à bonis viris, cùm in iusto bello, cùm modestè fiunt, tamen ipsa per se molesta sunt, quàm censes acerba nunc esse, cùm à perditis, in ciuili nefario bello, petulantissimè fiant? Caue autem putes, quemquam hominem in Italia turpem esse, qui hinc absit. Vidi ipse Formiis vniuersos: neque mehercule vmquam homines putaui: & noram [a] omneis: sed numquam vno loco videram. Pergamus igitur, quò placet, & nostra omnia relinquamus. Proficiscamur ad eum, cui gratior noster aduentus erit, quàm si vnà [b] fuissemus. tum enim eramus in maxima spe: nunc ego quidem, in nulla: nec, præter me, [c] quisquam Italia cessit, nisi qui hunc inimicum sibi putaret. nec mehercule hoc facio reip. causa, quam funditus deletam puto: sed ne quis me putes ingratum in eum, qui me leauit iis incommodis, quibus idem affecerat: & simul quòd ea, quę fiunt, aut quæ certè futura sunt, videre [d] non potero. Etiam equidem S.C. facta quædam iam puto: vtinam in Volcatii sententiam. Sed quid refert? est enim vna sententia omnium. Sed erit [e] immitissimum Seruius, qui filium misit [f] ad affligendum Cn. Pompeium, aut certè capiendum, cum Pontio Titiano. etsi hic quidem timoris causa: ille verò. Sed stomachari desinamus, & aliquando sententiam terminemus, vt nihil noui, nisi id, quod minimum vellem, spiritum reliquum esse. Nos, quoniam superum mare obsidetur, [h] infero nauigabimus: &, si Puteolis erit difficile, Crotonem putemus, aut Thurios, & boni ciues, & amantes patriæ, mare infestum habebimus. Aliam rationem huius belli gerendi nullam video:

[a] v. c. omnis:

[b] Fort. iuissemus.

[c] L. quisquam ex Italia

[d] v. c. non possunt. fort. non possum.

[e] L. iniustissimus

[f] L. ad effligendum Cn.

[g] v c. & aliquando sententiam, vt nihil noui, &c.

[h] q.v c. inferum

video: in Ægyptum nos abdimus: exercitu pares esse non possumus: pacis fides nulla est. sed hæc satis deplorata sunt. Tu velim litteras [a] *Cephalioni des de omnibus rebus actis, denique etiam de sermoni-*
5 *bus hominum, nisi planè obmutuerunt. Ego tuis consiliis vsus sum, maximè quòd & grauitatem in congressu nostro tenui, quam debui,* [b] *&, ad vrbem vt non accederem, perseueraui. Quod superest, scribe, quæso, quàm accuratissimè (iam enim extrema sunt)*
10 *quid placeat, quid censeas. etsi iam nulla dubitatio est. tamen si quid, vel potius, quidquid veniet in mentem, scribas velim.*

a al. Cephaloni

b L. & vt ad vrbem non accederem,

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀναθεώρησις, speculatio, consideratio.

M. T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

LIBER X.

CICERO ATTICO S. I

a L. & paullum lectis resp.

TERTIO *Non. cùm in Laterium fratris venissem, accepi litteras,[a] & paullum respiraui: quod post has ruinas mibi non acciderat. per enim magni æstimo, tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Sexto enim nostro quòd scribis probari, ita lætor, vt me, quasi patris eius, cui semper vni [b] tribui plurimùm, iudicio comprobari putem: qui mihi, quod sępe soleo recordari, dixit olim [c] nonis illis Decembribus: cùm ego, Sexte, quidnam ergo?* μὴ μὰν, *inquit ille,* ἀσπουδεί γε, καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τὶ, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. *Eius igitur mihi viuit auctoritas, & simillimus eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille: quem saluere velim iubeas plurimum. Tu tuum consilium, etsi non [d] in longum tempus differs (iam enim illum emptum pacificatorem perorasse puto: iam actum aliquid esse[e] in cõsessu senatorum,) tamen suspensum me detines: sed eo minus, quòd non dubito, quid nobis agendum putes. Quid enim Flauio legionem, & Siciliam dari scribis? & id iam fieri? quæ tu scelera partim parari, & iam cogitari, partim ex tempore futu-*

b v.c. plurimum tribui,

c L. nonis illis, illis Decembr.

d al. in longinquum

e L. in consessu senatorum, non enim dico senatum, tamen &c.

ra censes? Ego verò Solonis, popularis tui, &, vt puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si qui in seditione[a] *non alterutrius partis fuisset:* [b]*nisi tu aliter censes: & hinc abero, & filii: sed alterum mihi est certius: nec præripiam tamen: exspectabo tuum consilium, & eas litteras, nisi alias iam dedisti, quas scripsi, vt*[c] *Cephaloni dares. Quòd scribis, non quo alicunde audieris, sed teipsum putare, me attractum iri, si de pace agatur: mihi omnino non venit in mentem, quę possit actio esse de pace, cùm illi certissimum sit, si possit, exspoliare exercitu, & prouincia Pompeium.*[1] *nisi fortè*[d] *iste summarius ei potest persuadere, ut, dum oratores eant, & redeant, quiescat. nihil video, quod sperem, aut quod iam putem fieri posse:*[e] *sed tamen hominis hoc ipsum probi est,*[f] *& magnum sit* τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων, *veniēdūne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. Quare, si quid eiusmodi euenerit, vt arcessamur (quod quidem non curo: quid enim essem de pace dicturus, dixi: ipse ualde repudiauit) sed tamen siquid ociderit: quid censeas mihi faciendum, utique scribito. Nihil enim mihi adhuc accidit, quod maioris consilii esset. Trebatii, boni uiri, & ciuis, verbis te gaudeo delectatum: tuaq. ista crebra* ἐκφώνησις, ὑπέρευ, *me sola adhuc delectauit. Litteras tuas vehementer exspecto: quas quidē credo iam datas esse. Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem, quam mihi præcipis. Celer tuus disertus magis est, quàm sapiens. De iuuenibus, quę ex Tullia audisti, vera sunt. M. Antonii istud, quod scribis, non mihi uidetur tam re esse triste, quàm verbo. hæc est* ἄλη, *in qua nūc sumus, mortis in-*

Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30

a v.c. alterius utrius
b al. nisi si tu aliter
c L. Cephalioni.
d fort. iste summęrius
e L. sed tamen munus hoc ipsum pr.
f L. & vnum sit τῶν π.

star. aut. n. mihi liberè inter malos πολιτεῦτέον fuit, aut vel periculosè cum bonis. aut nos temeritatē bono rum[a] sequamur, aut audaciā improborum insectemur. vtrumque periculosum est.[b] Ad hoc, quod agimus,[c] & turpe. nec tamen tutum. Istum, qui filium Brundisium de pace misit (de pace idem sentio, quod tu, simulationem esse apertam: parari autem bellum acer rimè ([d]me legatum iri non arbitror: cuius adhuc (vt optaui) mentio facta nulla sit. eo minùs habeo necesse scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus, si acciderit,[e] ut legarer. Vale.

a v.c. sequimur, b L. At hoc, q. c al. nec t. d al. non me legatum iri arb. e v.c. ut legerer. L. ut leger. al. ut legar.

ANNOTATIONES

1 nisi fortè iste summarius, &c.) nummarius uidetur Manutio esse legendum: sed magis placet antiqua scriptura, summarius, ut per summarium intelligamus, quasi ὑπολάριον, id est. submarium, seu, paruum Marium. Quod & Turnebo uidetur. Vel dicamus legendum, parua mutatione facta, summœrius, siue, summarius, quod idem ualet, id est impudicus, & qui prostibulorum uilissimorum, & uulgatissimorum instar, sub muro vrbis prostat, omnium libidini expositus. Atq. hæc lectio, Simeonis Bosij est, ingeniosissimi, & eruditiss. viri.

2 tuaq́ ita crebra ἐκφώνησις, ὑπέρευ,) sic iampridem emendandum iudicarat Seb. Corradus ex antiqua scriptura, ὑπέρει. quod eo consilio huc adscripsi, ut uerus, & germanus huius emendationis auctor ac parens notus sit, neque alij cuiquam huius rei laus, aut gratia tribuatur, ne Turnebo quidem: qui se huius emendationis auctorem profitetur. quod non est ei nouum. Nam plerumque, quod multo antè ab alijs inuentum, & occupatum est, uel imprudens, uel dormitans, & aliud agens, uel nescio quid spectans, aut cogitans, tamquam nouum, & à se partum, ac prolatum, serò uenditare solet.

Verba Græca, Latinis expressa.

μὴ μὰν, inquit ille, ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι, ne sine studio & sine gloria peream. sed magno aliquo facinore edito, à posteris celebrari.

τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων, maxime ciuilium considerationum. ἐκφώνησις, ὑπέρευ enuntiatio, egregiè, ἄλη, error. πολιτευτέον, uersandum in rep.

CICE-

CICERO ATTICO S. 2

Ego cùm accepissem tuas litteras Non. April: quas[a] Cephalio attulerat, essemque Minturnis postridie mansurus, & inde protinus: sustinui me in
5 Arcano, fratris, vt, dum aliquid certius afferretur, occultiore in loco essemus, agerenturque nihilominùs quę sine nobis agi possunt. [b] MMTEYCA iam adest, & animus ardet, nec est quidquam, quò, & quà: sed hæc nostra erit cura, & peritorum. Tu tamen, quo-
10 ad poteris, vt adhuc fecisti, nos consiliis iuuabis. Res sunt inexplicabiles. Fortunæ sunt committenda omnia. sine spe conamur vlla. [c] melius si quid acciderit, mirabimur. Dionysium nolim ad me profectum: de quo ad me Tullia mea scripsit. sed & tempus alienum
15 est, & homini non amico nostra incommoda, tanta pręsertim, spectaculo esse nollem: cui te meo nomine inimicum esse nolo.

a al. Cephalo

b L. δᾶς αἴθουσα al. ἀνατέλλουσα

c v.c. si melius quid accid.

Verba Græca, Latinis expreßa.

δᾶς αἴθουσα, fax ardens.

20

CICERO ATTICO S. 3

Cvm, [a] quid scriberem, planè nihil haberem, hęc autem reliqua essent, quæ scire cuperem, profectusne esset: quo in statu vrbem reliquisset: in ipsa
25 Italia, quem cuique regioni, aut negotio præfecisset, [b] & qui essent ad Pompeium, & ad COSS. ex S.C. de pace legati: [c] vt igitur hęc scirem, dedita opera has ad te litteras misi. Feceris igitur commodè, mihique gratum, si me de his rebus, &, si quid erit aliud,
30 quod scire opus sit, feceris certiorem. Ego in Arcano opperior, dum ista cognosco. [d] Ad VII. Id. alteram ti-

a L. quod

b v.c. ecqui

c L. cùm igitur hæc scire cuperem, ded.

d L. A. d. VII.

bi eodem die hanc epistolam dictaui, & pridie dederam mea manu longiorem. Visum te aiunt in Regia, nec reprehendo, quippe cùm ipse istam reprehensionem non fugerim: sed exspecto tuas litteras: neque iam sanè video quid exspectem: sed tamen, etiam si 5
nihil erit, idipsum ad me velim scribas. Cæsar mihi ignoscit per litteras, quod non venerim, seseque in optimam partem id accipere dicit. Facilè patior, quòd scribit, secum [a] Tullium, & Seruium questos esse, quia non idem sibi, quod mihi, remisisset. Homines ridiculos, qui cùm filios misissent ad Cn. Pompeium circumsedendum, ipsi in senatum venire dubitarent. Sed tamen exemplum misi ad te Cæsaris litterarum. Vale. 10

a L. Tulliũ,

15

CICERO ATTICO S. 4

MVltas à te accepi epistolas, eodem die, [a] omneis diligenter scriptas. [b] Ea verò, quæ voluminis instar erat, sæpè legenda, sicuti facio: in qua non frustra laborem suscepisti: mihi quidem pergratum fecisti. Quare, vt id, quoad licebit, id est quoad scies, [c] vbi sumus, quam sæpissimè facias, te vehementer rogo. At deplorandi quidem, quod quotidie facimus, sit iam nobis aut finis omnino, si potest, aut moderatio quædam: quod profectò potest. Non enim, quã dignitatem, quos honores, quem uitæ statum amiserim cogito: sed quid consecutus sim, quid præstiterim, qua in laude vixerim: his deniq. in malis quid intersit inter me, & istos, quos propter, omnia amisimus. hi sunt, qui, nisi me [d] ciuitate expulissent, obtinere se non posse putauerunt 20 25 30

a v.c. omnis
b al Eam uerò, quæ vol. instar erat, sæpe legendum,
c L ubi simus,
d fort. è ciuitate

tauerunt licentiam cupiditatum suarum: [a] *quorum societas, & sceleratæ consensionis fides quò eruperit, uides. Alter ardet furore, & scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit: modò Italia expulit: nunc alia ex parte persequi, ex alia, prouincia spoliare conatur, nec iam recusat, sed quodammodo postulat, ut, quemadmodum est, sic etiam appelletur tyrannus. alter, is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublcuabat quidem: qui se nihil contra huius uoluntatem aiebat facere posse: elapsus è soceri manibus, ac ferro, bellum terra & mari comparat: non iniustum ille quidem, sed* [b] *cùm pium, tum etiam necessarium, suis tamen ciuibus exitiabile, nisi uicerit: calamitosum etiam, si vicerit. Horum ego, summorum imperatorum, non modò res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati uidemur. Quis enim potest, aut deserta per se patria, aut oppressa beatus esse? Et, si (ut nos à te admonemur) rectè in illis libris diximus, nihil esse bonum, nisi quod honestum, nihil malum, nisi quod turpe sit: certè uterque istorum est miserrimus: quorum utrique semper patriæ salus, & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. Præclara igitur conscientia sustentor, cùm cogito, me de rep. aut meruisse optimè, cùm potuerim: aut certè numquam, nisi diuinè cogitasse: eaque ipsa tempestate euersam esse remp. quam ego* XIIII. *annis antè prospexerim. Hac igitur conscientia comite proficiscar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me, aut propter fratrem meum,* [1] *quorum* [c] *iam acta ætas, quàm propter pueros,*

a L. & v. c. quorum societatis, & scel.

b al. tũ piũ,

c al est iam acta,

quibus interdum videmur præstare etiam remp. debuiſſe: [1] quorum quidem alter [a] non tam, quia maiore pietate eſt, me mirabiliter excruciat: alter (ò rem miſeram! nihil enim mihi accidit in omni vita acerbius) indulgentia videlicet noſtra deprauatus, eò progreſſus eſt, quò non audeo dicere: [b] & expecto tuas litteras. ſcripſiſti enim te ſcripturum eſſe plurima, cùm ipſum vidiſſes. Omne meum obſequium in illũ, fuit cum multa ſeueritate: neque vnum eius, nec paruum, [c] ſed multa magna delicta compreſſi. Patris autem lenitas, manda potius ab illo, quàm tam crudeliter negligenda. nam litteras eius ad Cæſarem miſſas ita grauiter tulimus, vt te quidem celaremus: ſed ipſius videmus vitam inſuauem reddidiſſe. hoc verò eius iter, ſimulatioque pietatis, qualis fuerit, non audeo dicere. Tantum ſcio: poſt Hirtium conuentum, arceſſitum ab Cæſare: cum eo de meo animo [d] à ſuis rationibus alieniſſimo, & conſilio relinquendi Italiam: & hæc ipſa timidè. ſed nulla noſtra culpa eſt. natura metuenda eſt. Hæc Curionem, hæc Hortenſii filium, non patrum culpa corrupit. Iacet in mærore meus frater, neque tam de ſua vita, quàm de mea metuit. Huic tu, huic tu malo affer conſolationes, ſi vllas potes. maximè quidem [e] illam velim, ea, quæ ad nos delata ſint, aut falſa eſſe, aut minora. quę ſi vera ſint, quid futurum ſit [f] in hac fuga, neſcio. nam ſi haberemus remp. conſilium mihi non deeſſet [g] ad ſeueritatem, nec ad indulgentiam. Hæc ſiue [h] ad iracundia, ſiue dolore, ſiue metu permotus, grauius ſcripſi, quam aut tuus in illum amor, aut meus poſtulabat: ſi uera ſunt, ignoſces: ſi falſa, me liben-

[a] L. non tã, quia filius, quàm quia m. p.

[b] fort. ſed exſp.

[c] fort. ſed multa, & magna del.

[d] al. ab ſuis rat.

[e] L. velim illam,

[f] q. v. c. in hac vita, & fuga, & ita L.

[g] L. nec ad ſeuer.

[h] fort. ira,

libente eripes mihi hunc errorem. Quoquo modo verò se res habeat, nihil assignabis nec patruo, nec patri. Cùm hæc scripsissem, à Curione mihi nuntiatum est, eum ad me venire. venerat enim is in Cu-
5 *manum vesperi prid. idid. id est, Idibus. Si quid igitur eiusmodi* [a] *sermo eius attulerit, quod ad te scribendum sit, id in litteris adiungam. Præteriit villam meam Curio, iussitque mihi nuntiari, mox se uenturum: cucurritque Puteolos, vt ibi contiona-*
10 *retur. contionatus est. rediit: fuit* [b] *ad me sanè diu. O rem fœdam! nosti hominem. nihil occultauit. in primis, nihil esse certius, quàm vt omnes, qui lege Pompeia condemnati essent, restituerentur. itaque se in Sicilia eorum opera vsurum. De Hispaniis, non*
15 *dubitabat, quin Cæsaris essent: inde ipsum cum exercitu, vbicumque Pompeius esset: eius* [c] *interitu finem belli fore:* 3 *propius factum esse* [d] *nihil: eum planè iracundia elatum voluisse occidi Metellum, tribunum pl. quod si esset factum, cędem magnam*
20 *futuram* [e] *esse: permultos hortatores esse cædi: ipsum autem non voluntate, aut natura non esse crudelem,* [f] *sed quòd putaret, popularem esse elementiam: quòd si populi studium amisisset, crudelem fore: eumque perturbatum, quòd intelligeret, se* [g]
25 *apud ipsam plebem offendisse de ærario. itaq. ei cùm certissimum fuisset, antè, quàm proficisceretur, contionem habere, ausum non esse, vehementerque animo perturbato profectum. Cum autem ex eo quærerem, quid videret,* 4 [h] *quod exemplum?* [i] *quam*
30 *remp? planè fatebatur nullam spem reliquam. Pompeii classem timebat: quę si esset, se de Sicilia abitu-*

a v. c. eius sermo att.

b fort. apud me

c L. interitum,

d L. nihil planè iracundia elatum voluisse Cęsarem occidi M.

e L. fuisse:

f fort. sed quòd putet,

g al. apud populum R. off.

h fort. quē exitum?

i fort quam spem?

rum. Quid isti, inquam, sex tui fasces? si ab senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? Cupiui, inquit, ex S.C. surrepto. nam aliter non poterat. At ille impendiò nunc magis odit senatum. [a] A me, inquit, omnia proficiscentur. Sex autem, quia XII. nolui. nam licebat. Tum ego, Quàm vellem, inquã, petiisse ab eo, quod audio Philippum impetrasse: sed veritus sum, quia ille à me nihil impetrabat. Libenter, inquit, tibi, concessisset. verùm puta te impetrasse. Ego enim ad cũ scribam, vt tu ipse voles, de ea re nos inter nos locutos. Quid autem illius interest, quoniam in senatum non venis, vbi sis? [b] quin nunc ipsum minimè offendisses, eius causa si in Italia non fuisses. [5] Atq. ego, me recessum, & solitudinem quærere, maximè quòd lictores haberem. [c] Laudabat consilium. [d] Quid ego, inquam? nam mihi cursus in Græciam per tuam prouinciam est, quoniam ad mare superum milites sunt. Quid mihi, inquit, optatius? Hoc loco multa perliberaliter. Ergo hoc [e] quidem est verum profectò, vt non modò tutò, verùm etiam palam nauigaremus. Reliqua in posterum diem distulit: ex quib. scribam ad te, si quid erit epistola dignum. Sunt autem, quæ prateriti, interregnumne esset expectaturus, an quomodo dixerim? [f] At se ille quidem, deferri consulatum: sed [g] se nolle in proximum annum. Et alia sunt, quæ exquiram. Iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, [6] amicissimum mihi [h] Cæsarem esse debet. quid enim, inquam, scripsit ad me Dolabella? dico quid? affirmabat cùm scripsisset, quòd me cuperet ad vrbem venire, illum quidem gratias agere maximas, & non modò probare, sed etiam gaudere. Quid quæris? [7] [i] Atq. iubebat.

a q.v.c. Ad senatum à me, inquit, omn. pr.
b L. qn hũc ipsum minimè offendisses, nec eius cãm, si in Italia non fuisses. Atque ego me rec.
c L. Laudauit consil.
d L. Quid ergo? inquam.
e L. quidem est verò, pfectũm, vt n.
f L. Illũ quidem ad se deferre consulatũ: sed &c. al. Ab illo quidem ad se deferri conf. &c.
g L. nolle: velle in px.
h L. Cæsarẽ esse non dubito, inquã. id enim scripsit ad me Dolabella. Scio, inquit. affirmabatque, q scripsisset, Cæsarem cupere me ad vrbẽ venire, illum quidẽ ei gr. ag. max. id. cui non modo prob.
i L. At de Q. [illegible] hébat.

bebat. Est enim suspicio illa domestici mali, & sermonis Hirtiani. quàm cupio illum dignum esse nobis? [8] [a] *& quàm ipse me inuito, quæ pro illo sit suspicandum? sed opus fuit Hirtio conuento. Est profectò nescio quid, se velim* [b] *quàm minimo: & tamen eum nondum rediisse miramur. sed hęc videbimus. Tu Oppios Terentiæ dabis. Iam enim vrbi, vnum periculum est. me tamen consilio iuua, pedibusne Rhegium, an hinc statim in nauem. Ceterùm, quoniam commoror, ego ad te statim habebo quod scribam, simul vt videro Curionem. De Tirone cura, quæso, quod facis, vt sciam, quid is agat.*

a L. & quàm ipse me inuito ad ea, quę de illo sit suspicandũ? al. & quàm ipse me tuo, ne pro illo sit supplicandum?
b L. quàm minimum:

ANNOTATIONES.

1 quorum iam acta ætas) codex Turnesianus habet, quorum ut iam acta ætas. unde Pitœus suspicatur legendum, quorum utinam acta ætas. ego sic, quorum est iam acta &c.

2 quorum quidem alter non tam quia filius, quàm quia m. p.) sic legendum est, libris omnib. inuitis, ut uidit Malaspina. Fuerat enim omissum hoc totum, quia filius, quàm, ab errante librario, qui à priore, quia, ad posterius transiit. Quod si reclamabit Victorius, non audiam.

3 propiùs factum esse nihil: planè &c.) totum hunc locum eo ordine edi iussimus, quo scriptus est in libris antiqu. Malaspina putat hęc uerba, propiùs factum esse nihil, suo loco esse mota, & hoc ordine legenda, eius interitu finem belli fore: planè iracundia elatum uoluisse Cæsarem occidit Metellum tribunum pl. propiùs nihil esse factum: quod si esset f. &c. Omnino fateor, si hoc ordine totus hic locus legatur, omnia futura planiora. & faciliora. sed nihilo minùs tamen eodem ordine seruato puto scripturam receptam defendi posse: nempe vt ea ipsa uerba, quæ loco mota putat Malaspina ad ea, quæ sequuntur, referatur hoc modo, propiùs factum esse nihil, quàm id, quod dicturus sum: planè &c. Præterea admonendus est lector, in codice Turnes. & aliis nonnullis, legi ei planè irac. el. uol. Cæs. occ. Vnde coniicere possit aliquis, legendum, enim planè irac. el. &c. Enim autem, interdum primo loco poni constat.

4 quod exemplum, quam remp.) sic omnes quidem habent libri: sed tamen Malaspina suspicatur mendum esse in nomine, exemplum, quia, inquit, exemplum sit alicuius uiri dicti facti ve inductio ad aliquid aut confirmandum, aut infirmandum.

Atqui

Atqui valde angustam exempli definitionem affert, cum sint exépla etiam publica, & publicarum personarum, atque adeò populorum. non displicet tamen mihi eius coniectura, qua mauult legi, quem exitum? verum hac lege, si deinceps ita legatur, quam si spem? Omnino, quem exitum, esse legendum, peruincit illud in epist. 5. eiusdem libri, ibi quòd apertius significauit, se earum exitum non videre.

5 Ad quæ ego:) subintellige, respondi. sic autem esse legendum & sententia, & veritas ipsa peruincunt. 5

6 amicissimum mihi Cæsarem esse. non dubito, inquam, &c.) totus hic locus ab ijsdem illis doctissimis viris, quos suprà tacito nomine descripsi, mira & facilitate, & felicitate, nulla ferè ex parte relictis scripturæ veteris & receptæ vestigijs restitutus est.

7 At de Q. nil habebat.) Meræ hic sunt tenebræ : in quib. ne Lynceus quidem satis acutè cernere queat. codex Turnes. sic habet, Atque vilebata est enim susp. vnde facio, At de Q. nil habebat. est enim, &c. Alij sic, At de Q. iubebat nos esse sine cura. plana quidem sententia: sed nimis remota à codicib. antiq. coniectura. Omnino Apolline aliquo augure hic opus est. 10

8 & quàm ipse me inuito ad ea, quæ pro illo sit) Sic olim edideram, & quàm ipse metuo, ne pro illo sit supplicandum? quam lectionem nunc minus probo. Verumtamen hanc rationem secutus eram. primum, supplicandum, legitur in nonnullis libris manuscrip. deinde, metuo, non longè abest à vulgata, eademq. antiqua scriptura, inuito. Iam hoc, inuito, quod item est in omnibus libris, verbum potest esse, si hanc scripturam recipiamus, hoc modo, quàm ipse me ad hoc inuito, & incito, si sit pro L. filio supplicandum? Alij ita legendum censent, quàm ipse me inuito ? quæ porrò illa sint, suspicandum. & ita explicant quàm ipse me inuito? subintell. ad Cæsarem profectus est? vt, inuito, sit nomen. ego. si, suspicandum, quod reperitur in codice Turnes. & item in alijs, &, inuito, retinere placet, sic legi malim, &, quàm ipse me inuito, si quid de illo sit suspicandum? vt sit hic Ciceronis sensus, quàm ipse me inuito suspicandum aliquid est de Quincto, siquid sit de illo suspicandum? vel sic potius, &, quàm ipse me inuito ad ea, quæ pro illo sit suspicandum? hac sententia, quàm ipse me prouoco, & excito ad ea de Quincto suspicanda, quæ recta sint, atque honesta? 15 20 25

CICERO ATTICO S. 5

DE tota mea cogitatione scripsi ad te antea satis, vt mihi visus sum, diligenter. de die nihil sanè potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam. 30

Curionis

Curionis sermo postridie eandem habuit ferè summam: nisi quòd apertius significauit, se harum rerum exitum non videre. [1] *Quòd mihi mandas* [a] *de quodam regendo,* [b] *ἀρχαῖον tamen nihil prætermittam. atque vtinam tu. sed* [c] *modestior non ero. Epistolam ad Vestorium statim de Tullia: ac valde requirere solebat. Commodius tecum Vestenus est locutus negligentiam non queo. cùm enim mihi Philotimus dixisset,* H-S. L. [d] *emere de Canuleio* [e] *diuersorium illud posse, minoris etiam empturum, si Vestenum rogassem: rogaui, vt, si quid posset, ex ea summa detraheret.* [f] *promisit: ad me nuper, se* H-S. XXX. *emisse: vt scriberem, cui vellem addici. diem pecuniæ, idus Nouembr. esse. rescripsi ei stomachosius, cum ioco tamen familiari. Nunc, quoniam agit liberaliter, nihil accuso hominem: scripsique ad eum me à te certiorem esse factum. Tuo de tuo itinere quid, & quando cogites, velim me certiorem facias.* [g] *Ad* XV. *kalend. Maii.*

a al. de Quincto reg.
b L. Ἀρκαδίαν. al. ἀράσσ' ἀιαν, al. ἀρσακίαν, al. ἄρασσ' ἀιαν.
c al. molestior
d fort. me emere
e al. deuersorium
f promisit. misit ad nup.
g A. d. XV.

ANNOTATIONES.

1 Quòd mihi mandas de quodam regendo) Victorius legendum censet, de Quincto regendo. à quo dissentire difficile est in tam probabili coniectura. sequitur deinceps, *αὀκαδίαν*. quod rectum & emendatum est. ac responsio Ciceronis est, ad illud alludentis, *ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς οὔτι δώσω*. hanc lectionem confirmat cod. Turnetianus, in quo scriptum est, *αὀκλίαν* obseruatum est autem in libris veteribus sæpe λ, pro δ, esse positum, & contrà δ, pro λ, Adr Turneb. Aduersar. lib. XVIII. cap. X. multas affert alias coniecturas. paucis post, vbi libri omnes habent, modestior non ero, quidam legi volunt, molestior non ero.

CICERO ATTICO S. 6

ME adhuc nihil præter tempestatem moratur. astutè nihil sum acturus. fiat in Hispania quidlibet: [1] & tamen [a] retice. Meas cogitationes omneis explicaui tibi superioribus litteris. quo circa hæ sunt breues: [b] & tamen quia festinabam, [c] eramq. occupatior [d] de Qu. fratre, ita me quidem sedulò: sed nosti reliqua. Quod de in me mones: & amicè, & prudenter mones. sed erunt omnia facilia, si ab uno illo cauero. Magnum opus est: mirabilia multa. nihil simplex, nihil sincerum. uellem, suscepisse iuuenem regendum. pater enim nimis indulgens, quidquid ego adstrinxi, relaxat. si sine illo possem, regerem; quod tu potes. sed ignosco: magnum, inquam, opus est. Pompeium pro certo habemus pro illyricum proficisci in Galliam. ego nunc, quà, & quò, uidebo. Ego uerò Apuliam, & Sipontum: & tergiuersationem istam probo: nec tuam rationem, eandem esse duco, [e] quam meam: non quin in rep. rectum idem sit utriq. nostrum: sed ea non agitur. Regnandi contentio est, in qua pulsus est modestior rex, & probior, & integrior, & is, qui nisi uincit, nomen populi R. deleatur necesse est. si autem uincit: Sullano more, exemploque uincet. Ergo hac in contentione neutrum tibi palàm sentiendum, & tempori seruiendum est. mea causa autem, alia est, quòd beneficio uinctus, ingratus esse non possum: [f] nec tamen in acie. sed Melitæ, [g] aut alio in loco, siue in oppidulo futurum puto. Nihil, inquies, iuuas eum, in quem ingratus esse non uis? immò minùs fortasse uoluisset. sed de hoc uidebimus. exeamus modò, quod ut meliore tempore possi-

a al. reticebo al. reticebis.
b L. etiam quia fest.
c al. eramque occupatior. De Q. Fr.
d L. de Q. F.
e al. quàm m.
f L. nec tamen me in acie,
g L. aut in alio in loco simili, siue in oppidulo f.

possimus, facit[a] *Adriatico mari Dolabella,* [2] [b]*freto Siciliensi Curio. Iniecta autem mihi spes quædam est, velle mecum Ser. Sulpicium colloqui. ad eum misi Philotimum libertum cùm litteris. si vir esse volet, præclara* σωνοδία. *sin autem: erimus nos, qui solemus. Curio mecum vixit, iacere Cæsarem putans offensione populari, Siciliæque diffidens, si Pompeius nauigare cœpisset. Quintum puerum accepi vehementer. auaritiam video fuisse, & spem magni congiarii. Magnum hoc malum est: sed scelus illud, quod timueramus, spero nullum fuisse. hoc autem vitium puto te existimare non* [c] *nostra indulgentia, sed à natura profectum: quem tamen nos disciplina regimus. De Oppiis*[d] *Deliensibus quid placeat, cum Philotimo videbis. Epirum, nostrum putabimus: sed alios cursus videbamur habituri.*

a L. Adriano mari Dolabella,
b al. Fretensi Curio
c L. à nostra
d L. Veliensib.

ANNOTATIONES.

1 & tamen retice.) codex Turnes. & alij fere omnes habent, & tamen reticeret. unde faciebam olim, reticebo.
2 freto Siciliensi Curio) Codex Turnesia. habet, fretensi tensi Curio. quod cùm vidisset Turnebus: (hunc enim librum ei utendum dederam) putauit, legendum, fretensi Curio. ego receptam scripturam seruandam censeo neque tamen Turnebi coniecturam damno.

CICERO ATTICO S. 7

ET res ipsa monebat, & tu ostenderas, & ego videbam. de his rebus, quas intercipi periculosum esset, finem inter nos scribendi fieri tempus esse. sed cùm ad me sæpe mea Tullia scribat, orans, vt, quid in Hispania geratur, exspectẽ, & semper adscribat: idem videri tibi. idque ipse etiam ex tuis litteris intellexerim: non puto esse alienum, me ad te, quid de ea

re

re sentiam, scribere. Consilium istud tunc esset prudens, ut mihi videtur, si nostras rationes ad Hispaniensem casum accommodaturi essemus: [a] *quod fieri dicitis oportere. necesse est enim aut, id quod maximè uelim, pelli istum* [b] *ab Hispania, aut trahi id bellum, aut istum, ut confidere uidetur, apprehendere Hispanias. Si pelletur: quàm gratus, aut quàm honestus tum erit ad Pompeium noster aduentus, cùm ipsum Curionem ad eum transiturum putem?* [c] *si trahitur bellum: quid exspectem? aut quamdiu? relinquitur, ut, si vincimur in Hispania, quiescamus. id ego contrà puto. istum enim uictorem magis relinquendum puto, quàm uictum:* [1] [d] *& dubitantem magis, quàm fidentem suis rebus. nam cædem uideo, si vicerit, & impetum in priuatorum pecunias, & exsulum reditum, & tabulas nouas, & turpissimorum honores, & regnum, non modò Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile.* [2] [e] *Tacita esse poterit in id dignitas nostra? Pati poterunt oculi, me cum Gabinio sententiam dicere? & quidē illum rogari prius? præsto esse clientem tuum Cęlium, Catuli Plagulcium, ceteros? Sed cur inimicos colligo, qui meos necessarios à me defensos nec uidere in curia sine dolore, nec uersari inter eos sine dedecore potero?* [f] *Quod si ne id quidem est exploratum, fore, ut mihi liceat (scribunt.n.ad me amici eius, me illi nullo modo satis fecisse, quòd in senatum nō uenerim) tamènne dubitemus, an ei nos etiam cum periculo uenditemus, quicum cōiuncti ne cum pręmio quidem uoluimus esse? Deinde hoc uide, non esse iudicium de tota contentione in Hispaniis. nisi fortè, his amissis, arma Pompeium abie-*

cturum

a v. c. quod fieri. necesse est enim &c.

b q.v.c.ad Hispaniam, non placet.

c L. sin tr.

d L.& confidentem magis, quàm diffidentem suis r.

e L.Tacita esse poterit indignitas nostra?

f L.Quid si ne id q.est expl. fore, ut m liceat?

ßurum putas: cuius omne consilium Themistocleum est. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse rerum potiri. Itaq. qui numquam egit, vt Hispaniæ per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Nauigabit igitur, cùm erit tempus, maximis classibus, & ad Italiam accedet, in qua nos sedentes quid erimus? Nam medios esse iam non licebit. classibus aduersabimur igitur? 3 *Quod malum maius,* [a]*scilicet tantum? deniq. quid turpius?* 4 [b]*Annibal hic in absentis, solus tuli scelus: eiusdem cum Pompeio, & cum reliquis principibus non feram? Quòd si iam misso officio, periculi ratio habenda est: ab illis est periculum, si peccaro: ab hoc, si rectè fecero. nec vllum in his malis consilium periculo vacuum inueniri potest: vt non sit dubium,* [c]*quin cum periculo fugiamus, quòd fugeremus etiam cum salute. Non simul cum Pompeio mare transierimus? omnino non potuimus. Exstat ratio dierum. sed tamen* 5 *(fateamur enim, quod est:* [d] *ne condamus quidem, vt possimus:) fefellit ea res, quę fortasse non debuit: sed fefellit. pacem putaui fore: quæ si eßet, iratum mihi Cæsarem eße, cùm idem amicus eßet Pompeio, nolui.* 6 *Senseram enim,* [e] *quàm iidem essent. hoc* [f] *veritus, in hanc tarditatem incidi. Sed* [g] *assequar omnia, si propero: si cunctor, amitto. Et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant quadam spe non dubia, non hæc collegii nostri* [h]*ab Appio, sed illa Platonis de tyrannis. nullo enim modo poße video stare istum diutius, quin ipse per se, etiam languentibus nobis, concidat:* [i]*quippe qui florenteis, ac nouos, vt uti diebus ipsi illi egenti, ac perditæ multitudini in odium acerbissimum venerit:*

a L. seu tantum?
b L. An qui ualidè hic absentis solus tuli scelus: eiusd. &c.
c q v c. qui turpiter facere cum periculo fugiamus,
d L. ne respondeamus quidem,
e L. quàm idem essent.
f v.c. verens
g fort. assequor.
h L. ab Atio,
i L. quippe qui florentissimus, ac nouus, vi. vii. diebus

nerit: qui duarum rerum ſimulationem tam citò amiſerit, manſuetudinis, in Metello: diuitiarum, [a] in ærario. Iam, quibus vtatur vel ſociis, vel miniſtris, ſi ii prouincias, ſi remp. regent, quorum nemo duos menſes potuit patrimonium ſuum gubernare: non ſunt omnia colligenda, quæ tu acutiſſimè [b] proſpicis: ſed tamen ea pone ante oculos. iam intelliges, id regnum, vix ſemeſtre eſſe poſſe. Quòd ſi me ſeſellerit: feram, ſicut multi [c] præclariſſimi homines in rep. excellentes tulerunt: 7 niſi fortè me [d] Sardanapali vice in ſuo lectulo mori malle cenſueris, quàm [e] exſilio Themiſtocleo: qui cùm fuiſſet, vt ait Thucydides, τῶν τε παραχρῆμα δι᾽ ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής, *tamen incidit in eos caſus, quos vitaſſet, ſi eum nihil ſefelliſſet. etſi is erat (ut ait idem) qui* τό, τε ἄμεινον, ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα, *tamen non vidit, nec, quomodo Lacedæmoniorum, nec, quomodo ſuorum ciuium inuidiam effugeret, nec, quid Artaxerxi polliceretur. Non fuiſſet illa nox tam acerba Africano, ſapientiſſimo viro, non tam dirus [f] ille Sullanus callidiſſimo viro, C. Mario, ſi nihil vtrumque eorum fefelliſſet. Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quod diximus: [g] nec fallit, nec aliter accidet. corruat iſte neceſſe eſt, aut per aduerſarios, aut ipſe per ſe: qui quidem ſibi eſt aduerſarius vnus acerrimus. id ſpero viuis nobis fore. quamquam tempus eſt nos de illa perpetua iam, non de hac exigua uita cogitare. ſin quid acciderit maturius: haud ſanè mea multum interfuerit, vtrùm factum videam, an futurum eſſe*

multo

a v.c. ĩ Afranio non pl.

b L. peſpicis:

c L. clariſſimi

d L. Sardanapali uicē in meo lect.

e al. exſulio

f v.c. ille dies Syllanus call. L. dies ille Sullan. call.

g L. nec nos fallit.

Quę cùm ita sint, non est comittendum, vt iis paream, quos contra me senatus, ne quid resp. detrimenti acciperet, armauit. Tibi sunt omnia commendata: quæ commendationis meæ, pro tuo in nos amore, non
5 indigent. [a] ne hercule ego quidem reperio, quid scribam. sedeo enim πλευδοκῶν. etsi nihil vmquam tam fuit scribendum, quàm nihil mihi vmquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quàm quòd meam Tulliam suauissimè, diligentissimeque coluisti.
10 Valde eo ipsa delectata est: ego autem non minus: cuius quidem virtus mirifica. quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domesticas tricas? quantus autem animus in discessu nostro? [b] στοργὴ sit summa σύντηξις tamen nos rectè facere, & bene audire vult.
15 Sed hac super re nimis, ne meam ipse συμπάθειαν euocem. Tu, siquid de Hispaniis, certius, et si quid aliud: dum adsumus, scribes: & ego fortasse discedens dabo ad te aliquid: eo etiam magis, quòd Tullia te non putabat [c] ex Italia hoc tempore. Cum Antonio item est
20 agendum, vt cum Curione Meliţe me uelit esse: [d] huic bello nolle interesse. eo velim tam facili vti possem, 8 et tam boni in me, [e] quàm Curio. Is ad Misenum VI. Non. venturus dicebatur: id est hodie. Sed præmisit mihi odiosas litteras hoc exemplo.

a L. nec mercule ego q.

b L. est στοργὴ, est summa σύντηξις tamen &c. & ita v. c.

c al. hoc tempore ex Italia.

d L. huic bello non int al. huic bello nolit in.

e L. quàm Curione. Is

25 ANNOTATIONES.

1 confidentem magis, quàm diffidentem suis rebus) qui non videt vel libris omnibus aduersantibus, ac reclamantibus, sic legendum esse? Quis non videt vulgatam, eandemque antiquam, & dubitantem magis, quàm fidentem, ferri nullo modo posse, & à scriptoribus librarijs, aut lectoribus indoctis esse deprauatam?

30 2 Tacita esse poterit indignitas nostra?) sic esse legendum ex codice Turnesia, iterum à nobis, consulto tandem cognoscamus.

Sic enim habet, Tanta esse poterit id indignitas nostra? Nam detracta voce, id, quæ nata est ex postrema syllaba verbi, poterit, locus integer est. Sæpe enim syllabas geminabant librarij illi scriptores: sæpe contra prætermittebant, cùm similes erant. Cum iampridem ad hunc locum hanc emendationem adscripsissem, pro dieru. . postremi libri Variarum lect. Petri Victorij, in quorum XXXVI. cap x. sic etiam ab illo emendatus, & explicatus est. Est enim indignitas, hoc loco positum, pro ea, quam Græci ἀγανάκτησιν, & νέμεσιν, seu νεμέσησιν, id est, indignationem, dicunt. 5

3 Quod malum maius, seu tantum?) si delebitur hoc totum, siue, seu tantum, siue, scilicet tantum, vt alij libri habent, neque quidquam desiderabitur, & sententia erit facilis & plana. Nam hæc quidem verba videntur esse inculcata. Ex codicis tamen Turnesiani scriptura, quæ talis est, quod maius scilicet tantum denique, an quid turpius, &c. licet ita legere, quod malum scilicet maius, aut tantum? denique quid turpius? vel sic, quod malum scilicet tantum? denique quid turpius? &c. 10

4 An qui validè hic absentis, &c.) sic hunc locum olim emendandum putaram, Faerni approbata coniectura. Annis abhinc IX. absentis solus, &c. Nunc autem sic, An qui validè hic absentis solus, &c. Simeo Bosius porrò sic, An cuius non inualidè hinc absentisolus tuli scelus, &c. absentisolus autem, vult ille nomen esse compositum. & significare exsulem, quasi absens à solo patriæ, & φυγόπατρις. 15

5 fateamur enim quod est: ne respondeamus quidem vt possumus) hæc mea est coniectura in hoc loco restituendo, adeo illa quidem certa, vt qui eam non probet, vel habes, vel maleuolus sit iudicandus. est autem concessio. emendatio autem & coniectura facilis est, respondeamus, condamus. natum enim mendum est ex librariorum consuetudine, qui, respondeamus, sic scribebant, respondeamus, aut, respondamus. 20

6 senseram enim quàm idem essent) vel in legendum, vel hoc modo, quàm idem sentirent.

7 nisi fortè me Sardanapali vicem in meo) liber Turnesianus habet litteris integris, Sardanapali vicem, &c. quod probo.

8 & tam bono in me, quàm Curione.) sic videtur legendum, nõ, quàm Curio precatur enim vt Antonius sese tam facilem, & tam bonum in ipsum præbeat, quàm præbuit Curio filius: qui patiatur ipsum quiescere, & Melitæ esse. Quòd si quis malit legi, quàm Curio. intelligimus Curionem patrem significari, quem Antonius sinat Melitæ quiescere. 25

30

Verba

Verba Græca, Latinis expressa.

τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου εἰκαστής, & præsentium, minima cogitatione peritissimus cognitor, & futurorum ad spatium magnum
5 temporis optimus coniector.

τότε ἄμεινον, ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα, quid melius, & deterius in obscuro adhuc prouidebat maxime.

πλουδοκῶν, nauigationem commodam exspectans.

10 στοργῆς, amoris.

σύντηξις, colliquatio.

συμπάθειαν, parem affectionem animi.

ANTONIVS TRIBVNVS PL.

propr. Ciceroni imp. S. 8

15 *Nisi te ualde amarem, & multo quidem plus, [a] quàm tu putas, non extimuissem rumorem, qui de te prolatus est, cum præsertim falsum esse existimarem. sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare, mihi famam quoque, quamuis sit falsa, [b]*
20 *magni esse. [c] te iturum trans mare, credere non possum, cùm tanti facias Dolabellam, & Tulliam tuam, fæminam lectissimam, tantique ab omnibus nobis fias: quibus, mehercule, dignitas amplitudoque mea pæne carior est, quàm tibi ipsi. Sed tamen non sum arbitra-*
25 *tus esse amici, non commoueri etiã improborum sermone: atq. eo feci studiosiùs, quòd iudicabam, duriores parteis mihi compositas esse ab offensione nostra: quæ magis à ζηλοτυπίᾳ mea, quàm ab iniuria tua nata est. Sic enim uolo te tibi persuadere, mihi neminem esse*
30 *cariorem te, excepto Cæsare meo: meque illud unà indicare, Cæsarem maximè in suis M. Ciceronem re-*

a al. quàm putas,

b L. magnæ curæ esse.

c al. te transiturum mare, cred.

ponere. Quare, mi Cicero, te rogo, vt tibi omnia integra serues: eius fidem improbes, qui tibi, vt beneficium daret, prius iniuriam fecit: contrà, [a] ne profugias, qui te, etsi non amabit (quod accidere non potest) tamen saluum, amplissimumque esse cupiet. Dedita opera ad te Calpurnium, familiarissimum meum misi, vt mihi magnę curæ tuam vitam, ac dignitatem esse scires. Eodem die à Cęsare Philotimus litteras attulit hoc exemplo. 5

a L. ne ab eo profugias,

Verba Græca, Latinis expressa. 10

ζηλοτυπία, timore amittendi amores meos.

CICERO ATTICO S. 9

ETsi te nihil temerè, nihil imprudenter facturum [a] iudicaram, tamen permotus hominum fama, scribendum ad te existimaui, [1] & pro nostra [b] beneuolentia petendum, ne quò progredereris, [c] inclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. namque & amicitiæ grauiorem iniuriam feceris, & tibi minus commodè consulueris, si non fortunę [d] obsecutus videbere. omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur: nec causam secutus (eadem enim tum fuit, cùm ab eorum consiliis [e] abesse iudicasti) sed meum aliquod factum [f] condemnasse: quo mihi grauius abs te nihil accidere potest. quod ne facias, pro iure nostræ amicitiæ à te peto. Postremò quid viro bono, & quieto, & bono ciui magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersiis? Quod nonnulli cùm probarent, periculi causa sequi non potuerunt. tu, explorato & vitę meæ testimonio, 15 20 25 30

a L. iudicarem,
b v.c. beniuol.
c v.c. proclinata
d L. obsecutus eris. al. obsecutus videberis. omn. fort. si fortunæ non obsecutus videberis.
e L. te abesse debere iud.
f L. condemnasse videbere.

monio, & amicitiæ indicio, neque tutius neque honestius reperies quidquam, quàm ab omni contentione abeße. XV. kal. Maias. Ex itinere. Vale.

ANNOTATIONES.

5 1 & pro beneuolentia nostra, &c.) legendum arbitror, & à te pro beneuolentia, &c.

Hęc epistola, pars est septimæ. decima tamen, facilioris distinstionis causa, numeratur.

10 CICERO ATTICO S. 10

ADuentus Philotimi (at cuius hominis? quàm insulsi, & quàm sæpe pro Pompeio mentientis?) exanimauit omneis, qui mecum erant. Nam ipse obdurui. [a] dubitauit nostrum nemo, quin Cæsar itinera 15 repreßisset: uolare dicitur: Petreius se cum Afranio coniunxißet: nihil affert eiusmodi. Quid quæris? etiam illud erat persuasum: Pompeium cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum fecisse: id enim αὐθεντικῶ *nuntiabatur. Melitam igitur, opinor, [b] capessemus, dum, quod in Hispania: quod quidem propemodum videor ex Cęsaris litteris, ipsius uoluntate facere posse: qui negat neq. honestius, neq. tutius mihi quidquam eße, quàm ab omni contentione abesse. Dices, [c] Vbi ille ergo tuus animus, quem proximis litteris? Adest, & idem est. Sed vtinam de meo solùm capite decernerem. lacrymæ meorum me interdum molliunt, precātiū, vt de Hispaniis exspectemus. M. Cœlii quidem epistolam, scriptam miserabiliter, [d] quę hoc idem obsecraret, vt exspectarem: ne fortunas meas, ne unicam filiam, ne meos omneis tam temerè proderem, 30 non sine magno fletu legerunt pueri nostri. etsi meus*

a al. dubitabat

b v.c capessamus,

c L. Vbi ergo tuus ille animus,

d v.ç cùm h idem fort. qua h.

quidem est fortior, eoque ipso vehementiùs commouet, ne quidquam, [1] nisi[a] de dignatione laborat. Melitam igitur. deinde, [b] quod videbitur. Tu tamen etiam nunc mihi aliquid litterarum, & maximè siquid ab Africano. Ego, si cum Antonio locutus ero, scribam ad te, quid actum sit. ero tamen in credendo, vt mones, cautus. nam occultandi ratio cùm difficilis, tum etiam periculosa est. Seruium exspecto ad nonas: [2] [c] & adiicit à Postumia: sed & Seruii filii. Quartanam leuiorem esse gaudeo. Misi ad te Cœlii etiam litterarum exemplum. Vale.

a fort. de dignitate lab
b L. quò uideb.
c L. eum allicit Postumia: sed & Seruius filius. Quart.

ANNOTATIONES.

1 nisi de dignatione lab. malim legi, nisi de dignitate laborat. Verumtamen uidetur nihil mutandum, nam Cornelius Tacitus antiquitatis æmulus, sæpe dignationem pro dignitate usurpat. exempli causa lib. 13. quam ueterem atq. olim partam dignationem subitæ felicitati submittere. æquè probatur.

2 eum allicit Postumia: sed & Seruius fil.) sic hunc locum emendandum esse puto. sententia autem optima & planissima est. Nam Postumia Seruij uxor, & Seruius fil. in ijsdem locis erant, in quibus Cicero.

Verba Græca, Latinis expressa.

αὐθεντικῶς, pro certo.

COELIVS CICERONI S. II

Exanimatus tuis litteris, quibus te nihil, nisi triste, cogitare ostendisti, neque id, quod esset, perscripsisti, neque non tamen, quale esset, quod cogitares, aperuisti, has ad te ilico litteras scripsi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos te oro, & obsecro, nequid grauius de salute, [a] & incolumitate tua consulas. nam deos, hominesque, amicitiamq. nostram testificor, me tibi prædixisse, neq. temerè monuisse: sed postquàm Cæsarem conuenerim, sententiamque eius: qualia

a v. c. & incolumitate t.

qualis futura eßet, parta victoria, cognorim, te certiorem fecisse. Si existimas, eandem rationem fore Cæsaris in dimittendis aduersariis, & condicionibus ferendis, erras. nihil nisi atrox, & sæuum cogitat,
5 *atque etiam loquitur. iratus senatui exiit. His intercessionibus planè incitatus est. non mehercule erit deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius vnicus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt: si aliquid apud te nos, si uir optimus, gener tuus, [a] valet:*
10 *eorum fortunam non debes uelle conturbare, vt eam causam, in cuius victoria salus nostra est, [b] odisse, aut relinquere cogamur: aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita: [c] quod offensæ fuerit, in ista cunctatione te subisse. nunc te*
15 *contra victorem facere, quem dubiis rebus lædere noluisti, & ad eos fugatos accedere, quos resistenteis sequi nolueris, summæ stultitiæ est. Vide, ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas. Quod si totum tibi persuadere*
20 *non poßum, saltem, dum, quid de Hispaniis agamus, scitur, exspecta: quas tibi nuntio aduentu Cæsaris fore nostras. Quam isti spem habeant, amißis Hispaniis, nescio. Quod porrò tuum consilium sit, ad desperatos accedere, non me dius fidius reperio. Hoc, quod*
25 *tu non dicendo mihi significasti, Cæsar audierat, ac simulatque, AVE, mihi dixit, statim, quid de te audißet, exposuit. Negaui me scire. tamen ab eo petiui, vt ad te litteras mitteret, quibus maximè ad remanendum commoueri poßes. Me secum in Hispaniã*
30 *ducit. nam, nisi ita faceret: ego prius, quàm ad vrbem accederem, vbicumq. tu esses, ad te [d] percurrissem, &*

a L. ualemus:

b Al. aut odisse, aut r.

c al. quod offensæ fuerit in ista cunctatione, te priùs subisse:

d v.c. percucurrissem.

hoc à te præsens contendissem, atque omni vi te retinuissem. Etiam, atque etiam, Cicero, cogita, ne te, tuosque omneis funditus euertas: [a] ne te sciens, prudensque eò dimittas, vnde exitum vides nullum esse. Quòd si te aut voces optimatium commouent, aut nõnullorum hominum insolentiam, & iactationem ferre non potes, eligas censeo aliquod oppidum, vacuum à bello, dum hæc decernuntur: quæ iam erunt confecta. Id si feceris: & ego te sapienter fecisse iudicabo, & Cæsarem non offendes. Vale.

a al. nec te

5

10

CICERO ATTICO S. 12

ME cæcum, qui hæc antè non viderim! Misi ad te epistolam Antonii: [a] &, cùm ego sæpissime scripsissem, nihil me contra Cæsaris rationes cogitare: meminisse me generi mei, meminisse amicitiæ: potuisse, si aliter sentirem, esse cum Pompeio: me autem, quia cum lictoribus inuitus cursarem, abesse velle, nec idipsum certum etiam nunc habere: vide,[1] quàm ad hæc τυραννικῶς. Tuum consilium quàm uerum est? Nam qui se medium esse vult, in patria manet: qui proficiscitur, aliquid de alterutra parte iudicare videtur. Sed ego is non sum, qui statuere debeam, iure quis proficiscatur, necne. Parteis mihi Cæsar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer. quare parui refert, me probare cogitationem tuam, si nihil tamen tibi remittere possum. Ad Cæsarem mittas, censeo, & ab eo hoc petas: non dubito, quin impetraturus sis, cùm præsertim te amicitiæ nostræ rationem habiturum esse pollicitus.

a fort. Et cùm ego sæp.

15

20

25

30

Habes σκυτάλην λακωνικήν. omnino excipiam hominem.

minem. Erat autem V. Non. venturus veſperi, id eſt,
hodie. Cras igitur ad me fortaßè veniet. tentabo,[a]
audeam nihil properare. mißurum me ad Cæſarem[b]
clamabam. cum paucißimis alicubi occultabor. Certè
5 *hinc iſtis inuitißimis euolabo, atque vtinam ad Cu-*
rionem.[c] σὺν θεῷ τοι λέγω. *Magnus dolor acceßit. affi*
cietur aliquid dignum nobis. δυσεϱία *tua mihi ualde*
moleſta. medere, amabo, dum eſt ἀρχή. *De Maſ-*
ſilienſibus, gratæ tuæ mihi litteræ. quæſo, ut ſciam,
10 *quidquid audieris.*[d] *Ocellam cuperem, ſi poſſem pa-*
làm: quod à Curione effeceram. Hic ego Seruium ex-
ſpecto. Rogor enim ab eius uxore, & filio: & puto
opus eſſe. Hic tamen Cytheridem ſecum lectica aper-
ta portat: altera uxorem. Septem præterea coniun-
15 *ctæ lecticæ amicarum.*[e] *hæ ſunt amicorum. Vide,*
quàm turpi leto pareamus. Et dubita, ſi potes, quin
ille, ſeu victus, ſeu victor redierit,[f] *eadem factu-*
rus ſit. [1] *Ego uerò*[g] *uehiculo, ſi nauis non erit,*
eripiam me ex iſtorum[h] *parricidio. Sed plura ſcri-*
20 *bam, cùm illum conuenero. Iuuenem noſtrum non poſ*
ſum non amare: ſed ab eo nos non amari planè intelli-
go. Nihil ego vidi tam ἀνηθοποίητον, *tam aduerſum*
à ſuis: tam neſcio quid cogitans. uim incredibilem
moleſtiarum! ſed erit curæ, & eſt, ut regatur. mirum
25 *eſt enim ingenium.* ἤθους ἐπιμελητέον.

a L. audeã ne prop.
b L. clamabo.
c al. σύνεσ ὁ, τι λέγω. al. συνετῶ σοι λέγω.
d ſic q.v.c. al Siciliam, & ita L.
e v.c. ex f.
f v.c. & L. cædem fact.
g L. uel lintriculo, al. uel utriculo.
h L. paricidio.

ANNOTATIONES.

1 quàm ad hæc τυραννικῶς) Sic repoſuit Victorius. Sed cod. Turneſ habet, quàm ad hæc παρηνικῶς, unde ſuſpicor aliquid ſubeſſe ulceris. quid ſi igitur legamus παραινετικῶς, ut ſit εἰρω-
30 νεία uide, inquit, quàm ad hæc reſcripſerit ſuaſoriè: id eſt, imperioſè, & tyrannicè. quid ſi potiùs παροινικῶς, id eſt uiolentè, petulanter, contumelioſè.

Ego

2 Ego verò uel lintriculo, &c.) ex antiquæ scripturæ uestigijs probabilis est eorum coniectura, qui sic legi uolunt, uel lintriculo, quamquam licet etiam legere, uel utriculo. cod. Turnesianus quidem sic habet, uel lutridiculo. Omnino ego, lintriculo, legi malim. nam, utriculis, dixisset, non, utriculo.

Verba Græca, Latinis expreßa. 5

τυραννικῶς, tyrannicè.
σκυτάλην λακωνικήν, Scytalem Laconicam.
σὺν θεῷ τοι λέγω, dijs iuuantibus dico.
δυσουρία, urinę difficultas.
ἀρχή, principium.
ἀνηθοποίητον, nequaquam formatis moribus. 10
ἤθους ἐπιμελητέον, indolis cura habenda est.

CICERO ATTICO S. 13

a v. c. dari,

OBsignata iam epistola superiore, non placuit ei [a]dare, cui constitueram, quòd erat alienus. itaq. 15 *eo die data non est. Interim venit Philotimus, & mihi à te litteras reddidit: quibus quæ de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma,*[1] *sed habent nihil ὕπουλον, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil, quod non, quò velis, uno sermone possis* 20 *perducere. ne multa, omneis suos, etiam quibus irascitur crebriùs, tamen caros habet: me quidem seipso cariorem. Quòd de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio, non reprehendo.*[2] [b]*De iuuene, & de sorore, quæ scribis, molesta sunt: eoque magis, quòd* 25 *ea tempora nostra sunt, ut ego his mederi non possim. Nam certè mederer: sed, quibus in malis, & qua in desperatione rerum simus, vides. Illa de ratione nummaria non sum eiusmodi, (sæpe enim audio ex ipso) ut non cupiat tibi præstare,* [c] *& in eo laboret. Sed, si mihi* 30 *Q. Axius in hac mea fuga HS. XIII. non reddit,*

b al. De itinere, & de s. v. c. De itine. & de s.

c fort. nec in eo lab.

que

quæ dedi eius filio mutua, & vtitur excusatione temporis, si Lepta, si ceteri: soleo mirari de nescio [a] *queis* HS. xx. *cùm audio ex illo, se urgeri. Vides enim profectò angustias. curari tamen ea tibi vtique*
5 *iubet. An existimas, illum in isto genere* [b] *lentulum, aut restrictum? nemo est minùs. De fratre satis. de eius filio, indulsit illi quidem suus pater semper: sed non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum. ferocem fortasse,* [c] *arrogantem,*
10 *& arrogantem, & infestum facit. Itaque habet hæc quoque, quæ nascuntur ex indulgentia: sed ea sunt tolerabilia. Quid enim dicam,* [d] *hac iuuentute? ea verò, quæ mihi quidem, qui illum amo, sunt his ipsis malis,* [e] *in queis sumus, miseriora, non sunt ab obse-*
15 *quio nostro. nam suas radices habent. quas tamen euellerem profectò, si liceret. Sed ea omnia mihi sunt patienda. Ego meum facilè teneo. nihil est enim eo tractabilius. cuius quidem misericordia, languidiora adhuc consilia cepi: &, quo ille me fortiorem vult*
20 *esse, eo magis timeo, ne in eum exsistam crudelior. Sed Antonius venit heri uesperi. Iam fortasse ad me ueniet: aut ne id quidem, quoniam scripsit, quid fieri vellet. Sed scies continuò, quid actum sit. Nos iam nihil, nisi occultè. De pueris quid agam? paruone nauigio*
25 *committam? Quid mihi animi in nauigando censes fore? Recordor enim, æstate cum illo Rhodiorum* ἀφράκτῳ *nauigans quam fuerim sollicitus. Quid, duro tempore anni, actuariolo fore censes? o rem vndique miseram! Trebatius erat mecum, vir planè, & ciuis*
30 *bonus. quæ ille monstra, Dii immortales? etiamne Balbus in senatũ venire cogitet. Sed ei ipsi cras ad te litte-*

[a] v.c. quis
[b] L. lentum,
[c] L. atque arrogantem,
[d] fort. de hac
[e] v.c. in quis

litteras dabo. Vectenum mihi amicum, ut scribis, ita puto esse. cum eo, quòd ἀποτόμως ad me scripserat de nummis curandis, θυμικώτερον [a] erat. id tu, si ille aliter acceperit, ac debuit, lenies. Monetali autem adscripsi, quòd ille ad me proconsuli. sed quoniã est homo, & nos diligit, ipse quoq. à nobis diligetur. Vale.

a L.eram iocatus. id tu,

5

ANNOTATIONES.

1 sed habent nihil, &c.) malim sic legi: sed tamen nihil, &c. seu sed habent tamen nihil &c.

2 De iuuene: & de f.) codex Turnes. habet. De itine. Vnde quidam amicus meus faciebat. De irene, id est, De pace.

10

Verba Graeca, Latinis expressa.

ὕπουλον, subdolum.
ἀφράκτῳ, aperto nauigio.
ἀποτόμως, precisè.
θυμικώτερον, stomachosius, iracundius.

15

CICERO ATTICO S. 14

QVidnam mihi futurum est? aut quis me non solùm infelicior, sed iam etiam turpior? [1] Nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius, nec me tamen ipse adhuc uiderat, sed hoc Trebatio narrauit. Quid agam nunc, cui nihil procedit: caduntq. ea, quę diligentissimè sunt cogitata, teterrimè? Ego enim Curionem nactus, omnia me consecutum putaui. is de me ad Hortensium scripserat. Reginus erat totus noster. huic nihil suspicabamur [a] cum hoc mari negotii fore. Quò me nunc uertam? undique custodior. sed satis lacrymis. παραπλευστέον igitur, & occultè in aliquam onerariam corrependum: non committendum, ut etiam compacto prohibiti uideamur. Sicilia petenda: quam si erimus nacti, maiora quaedam consequemur. sit modò rectè in Hispaniis. quamquam

20

a v.c. cum hoc mare

25

30

quam

quam de ipsa Sicilia vtinam sit verum: sed adhuc nihil secundi. Concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus: orasse, vt resisteret: omnia [a] pollicitus: commotum illum, [b] delectum habere cœpisse. non credo, vt est luculentus auctor, potuisse certe [c] tenere illam prouinciam scio. Ab Hispaniis autem iam auditur. Hic nos C. Marcellum habemus [d] eadem de re cogitantem, aut bene simulantem: quamquam ipsum non videram, sed ex familiarissimo eius audiebam. Tu, quæso, si quid habebis noui. ego, si quid moliti erimus, ad te statim scribam. [e] Q. filium seuerius adhibebo. vtinam proficere [f] possem. Tu tamen eas epistolas quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas. Seruium exspecto, nec ab eo quidquam ὑγιές. Scies, [g] quid erit. sine dubio errasse nos, confitendum est. at semel? at vna in re? immò omnia quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius. Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ. In reliquis modò ne ruamus. [h] Iubes enim profectionem meam prouidere. Quid prouideam? ita patent omnia, quæ accidere possunt, vt, ea si vitem, sedendum sit cum dedecore, & dolore. si negligam: [i] periculum est, ne in manus incidam perditorum. Sed vide, quantis in miseriis simus. optandum interdum videtur, vt aliquam accipiamus ab istis quamuis acerbam iniuriam, vt tyranno in odio fuisse videamur. Quòd si nobis is cursus, quem sperarem, pateret: effecissem aliquid profectò, vt tu optas, & hortaris, dignũ nostra mora. sed mirificæ sunt custodiæ, & quidẽ ille ipse Curio suspectus. Quare vi, aut clam agendũ est.. [k] etsi vi fortè, ne cum tempestate:

[a] v.c. pollicitos:
[b] L. delectũ
[c] v.c. teneri
[d] L. eadem ferè cog.
[e] v.c. Q. F.
[f] fort. possim.
[g] L. quid quid erit. al. quod erit.
[h] L. Iubes de profectione meæ prouidere.
[i] fort. periculum sit, ne in man.

peſtate: clam autem cum iſtis. in quo ſiquod σφάλμα,
vides, quàm [a] *turpe eſt. trahimur, nec fugiendum, ſi-*
quid violentius. De Cælio ſæpe mecum agito, nec, ſi-
quid habuero tale, dimittam. Hiſpanias ſpero firmas
eſſe. Maſſilienſium factum cùm ipſum per luculen- 5
tum eſt, tum mihi argumento eſt, rectè eſſe in Hiſpa-
niis. Minus enim auderent, ſi aliter eſſet, & ſcirent.
2 [b] *Nam & vicini, & diligentes ſunt. Odium autẽ*
rectè animaduertis ſignificatum theatro. Legiones
etiam has, quas in Italia aſſumſit, alieniſſimas eſſe 10
video: ſed tamen nihil inimicius, quàm ſibi ipſe. Illud
rectè times, ne ruat. Si diſperarit: certè ruet. quo ma-
gis efficiendum aliquid eſt. fortuna velim [c] *meliori,*
animo Cæliano. ſed primum quidque: quod, quale-
cumque erit, continuò ſcies. Nos iuueni, vt rogas, 15
ſuppeditabimus: & Peloponneſum ipſam ſuſtinebi-
mus. eſt enim [d] *indoles,* [e] *modò aliquid hoc ſit* 3 ἦθος
ΑΚΙΜΟΔΟΝ. *Quod ſi adhuc nullum eſt, eſſe tamen*
poteſt. aut ἀρετὴ *non eſt* διδακτόν. *quod mihi perſua-*
deri non poteſt. Vale. 20

a L. turpe ſit.

b L. nam & vieti, & δειλοὶ gente ſunt.

c al. meliore,

d v.c. indolens,

e L. modò aliquod in hoc ſit ἦθος ἀκιμώλιον. al. ἀκίβδηλον al. ἀγχίμολον. al. ἄκιμον. al. ἀκίσιμον. fort. ἦθος ἀκίμωτον.

ANNOTATIONES.

1 nominatim de me ſibi imperatum) codex Turneſianus habet, ſibi imperaturum: vnde doctus quidam coniecerat legendũ, impetraturum: ego autem vel, impetratum, vel, imperatum, potius malim legi.

2 Nam & vieti, & δειλοὶ gente ſunt.) ſic nunc edendum curaui, Simeonis Boſij, amiciſſ. mei, coniecturam ſecutus: quæ cùm ſit valde probabilis, & pæne dicam certa, tum antiquæ ſcripturæ maximè affinis eſt. ſic enim habent noſtri veteres codices, in his Turneſianus, neque aliter Italici, Nam & victi, & diligentes ſunt: ex, victi, igitur facit ille, vieti, ex diligentes ſunt, δειλοὶ gente ſunt. licet etiam litteris Latinis ſcribere, vt Latinis litteris ſcriptum reperitur, dili. & fortaſſe litteris Latinis ab ipſo Cicerone ſcriptum fuit, vt iocaretur ex ambiguo. vieti, autem, hoc eſt, molles & languidi. dili, ſeu δειλοὶ, hoc eſt, ignaui: gente, id eſt genere. 25 30

nere. Sententia nunc plana est. hoc enim sentit Cicero, Massiliensium factum, qui Cæsarem vrbe excluserunt, argumento est, rectè esse in Hispanijs. Nam si aliter esset, & scirent hóc ipsum, nempe aliter esse, minus auderent Cæsarem Massilia excludere. Nam languidi sunt, & ignaui gente.

3 ἦθος ἀκιμώλιον) secutus olim sum antiquæ scripturæ vestigia, & Seb. Corradi coniecturam, ἀκιμώλιον autem valet, non fucatum, verum, sincerum, minimeq́ simulatum. Adr. Turnebus ἀδόκιμον legit cuius scripturæ rationem non video nam vt sententia, quæ postulatur, exprimatur, legendum sit potius δόκιμον. Manutius autem ἄκιμον putabat legi posse: idest, mores sanabiles. Putabam nunc legi posse, ἀκίβδηλον. Simeo Bosius volebat legi, ἀγχίμολον, id est propinquum.

Verba Græca, Latinis expreßa.

παραπλευτέον, astute nauigandum.
ὑγιὲς, sincerum.
Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, sed quæ quidem ante acta sunt, omittemus, quamuis tristes.
σφάλμα, error, lapsio.
δειλοὶ, timidi.
ἦθος ἀκιμώλιον, mos incorruptus.
ἀρετὴ, non est διδακτὸν, virtus non est res, quæ tradi possit à doctore.
ἀλυπίαν, vacuitatem doloris.

CICERO ATTICO S. 15

EPistola tua, gratissima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi. semper secum[a] *aliquid afferunt tuę litteræ. Scribes igitur: ac, si quid ad spem poteris, ne dimiseris. Tu Antonii leones pertimescas caue. Nihil est illo homine iucundius. Attende* πρᾶξιν πολιτικοῦ. *Euocauit litteris è municipiis denos: &* IIII. *viri venerunt ad villam eius manè. Primum dormiit* [1] *ad H.* III. *deinde, cùm esset nuntiatum venisse Neapolitanos, & Cumanos: (his enim est Cæsar iratus)*

[a] v. c. aliquam aff. fort. ἀλυπίαν aliquam aff. & ita Bosius

tus) postridie redire iussit: lauari se velle, & περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι. Hoc [a] *heri effecit. hodie autem in Aenariam transire constituit, exsulibus reditum pollicetur. Sed hæc omittamus: de nobis aliquid agamus. Ab axio accepi litteras. de Tirone gratum. Vectenum diligo. Vestorio reddidi. Seruius prid. Non. Maii Minturnis mansisse dicitur, hodie in Liternino mansurus apud C. Marcellum. Cras igitur nos maturè videbit, mihique dabit argumentum ad te epistolæ. Iam enim non reperio, quid tibi scribam. Illud admiror, quòd Antonius ad me ne nuntium quidem, cùm præsertim me valde obseruarit. Videlicet, (aut aliquid atrocius de me imperatum est) coram negare mihi non vult: quod ego nec rogaturus eram, nec, si impetrassem, crediturus. Nos tamen aliquid excogitabimus. Tu, quæso, si quid in Hispaniis. iam enim poterit audiri:* [b] *& omnes ita expectant, vt, si rectè* [c] *fuerit, nihil negotii futurum putent. Ego autem, nec retentis his confectam rem puto, neque amissis, desperatam. Silium, & Ocellam, & ceteros credo retardatos. Te quoque à Curtio impediri video. Etsi, vt opinor,* [d] *habes Scytha ὄνον. O vitam miseram, maiusq. malum, tamdiu timere, quàm est illud ipsum, quod timetur!*

a v. c. here

b al. & omnes ista

c q. v. c. fuerint, non placet.

d L habes κίλατα ὄνον, O vitam m.

ANNOTATIONES.

1 ad H.III.) id est, ad horam tertiam.

2 habes κίλητοι ὄνον) scripturam antiquam fideliter repræsentaui. legendum olim putabam εὐίλατον νοῦν, coniectura facta ex quorumdam librorum manuscriptorum non obscurissimis vestigijs: εὐατεονοῦν. nisi quis malet legi, εὐίλεων νοῦν: quod propius etiam accedet ad antiquam. εὐίλεων autem, siue εὐίλατον νοῦν, id est, placabilem mentem, & propitiam, quæ sententia ad hunc locum videbatur mihi quadrare. Sed cod.

Turnesius

Turnesianus habet litteris integris EKITAONON. vnde mihi persuadebam, probabilem esse lectionem vulgatam, Scytha ὄνον. Est autem prouerbiũ σκύθις ὄνον, quod in eum vsurpatur, qui aliud agit, aliud simulat. natum ab eo asino, qui cum asini cadauer coram alijs reiecisset, & aspernatus esset, illis digressis, auidissimè eo vesci cepit. Sed nunc, probata Simeonis Bosij coniectura, legẽdum arbitror, habes κέλητα ὄνον. i. quamuis videaris ad discessum paratus, vel quamuis prę te feras te ad discessum esse instructum ac paratum, tamen multa habes quæ te morabuntur, vel tamen tua sponte tarde discessurus es, sed hæc plurib. verbis in commẽtarijs Horatianis explicauimus, idq́. duob. locis. Et tamen fieri potest, vt per κέλητα ὄνον, significet diploma: de quo infrà, epist. 19. ibi. De diplomate admiraris, &c. Quin Corradus hoc loco videtur significare, in quibusdam libris legi, habes δίπλωμα: aut certe ita legendũ ex epist. illa 19. Quòd si quærat aliquis, cur δίπλωμα, dicatur à Cicerone κέλης ὄνος, idest asinus ephippiatus, vel equus ephippiatus, qui sit instar asini, possem id tribus uerbis, exponere. Sed relinquere malo ingenioso lectori exquirendum. Sed quid si dicamus, nec Simeonis Bosij coniecturam esse tutam, aut firmam? sed legendum habes ὀχητὰν, seu ὀχητὴν ὄνον; idest, habes vectorem asinum.

Verba Græca, Latinis expressa.

πρᾶξιν πολιτικοῦ, actionem politici.
περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι, in uentre exonerando occupatum esse.

CICERO ATTICO S. 16

SEruius, ut antea scripsi, cùm venisset Non. Maiis postridie ad me venit. Ne diutiùs te teneam, nullius consilii exitum inuenimus. Numquam vidi hominem perturbatiorem metu, neque hercule quidquam timebat, quod non esset timendum; illum sibi

iratum, hunc non amicum: horribilem utriusque victoriam, cùm propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter vtriusq. difficultatem pecuniariam, qua frui nusquam, nisi ut priuatorum bonis, posset. Atque hæc ita multis cum lacrymis loquebatur, 5
vt ego mirarer, eas tam diuturna miseria non exaruisse. Mihi quidem etiam lippitudo hæc, propter quam non ipse ad te scribo, sine vlla[a] lacryma est, sed sæpius odiosa est propter vigilias. Quamobrem, quidquid habes ad consolandum, collige: & illa scribe, non ex 10
doctrina, neque ex libris (nam id quidem domi est) sed nescio quomodo[b] imbecillior est medicina, quàm morbus. Hęc potiùs[c] conquire de Hispaniis, de Massilia. Quę quidem satis bella Seruius affert: qui etiam de duabus legionibus luculentos auctores esse dicebat. 15
Hæc igitur si habebis, & talia: & quidem paucis diebus aliquid audiri necesse est. Sed redeo ad Seruiũ. Distulimus omnino sermonem in posterum. sed [d] tardus ad exeundum: multo se in suo lectulo malle, quidquid foret. odiosus scrupulus de filii militia Brundi- 20
sina. Vnum illud firmissimè asseuerabat, si damnati restituerentur, [e] in exsilium se iturum. Nos autem ad hæc, [f] & ipsum certò fore, &, quæ iam fiebant, non esse leuiora: multaque colligebamus. Verùm ea non animum eius augebant, sed timorem, vt iam celan- 25
dus magis de nostro consilio, quàm ad idem, uideretur. quare in hoc non multum est. Nos à te admoniti, de Cœlio cogitabimus.

a v.c. lacrima'st?

b v.c. imbecillior est

c v.c. conquære

d quidam libri vulg. tardiùs. mendosè.

e L. in exsulium

f L. & idipsum certè fore,

ANNOTATIONES.

1 & idipsum certò fore) nempe ut damnati restituerentur. nonnulli libri habent, certè fore; quod probo. 30

CICE-

CICERO ATTICO S. 17

SEruius cùm eßet apud me, Cephalio cum tuis litteris VI. Id. venit: quæ nobis magnam ſpem attulerunt meliorum rerum de octo cohortibus (etenim hę 5 quoque, quę in his locis ſunt, labare dicuntur.) Eodem die Funiſulanus à te attulit litteras: in quibus erat confirmatius idem illud. Ei de ſuo negotio reſpondi cumulatè. cum omni tua gratia adhuc non ſatisfaciebat. Debet autem mihi multos nummos, nec 10 habetur locuples: nunc ait ſe daturum: cui expenſum tulerit, morari: tabellariis, [a]ſi apud te eßet, quà ſatiſfeciſſes, dares. quantum ſit, Eros Philotimi tibi dicet. Sed ad maiora redeamus. Quod optas, Cælianum illud matureſcit. Itaque torqueor, vtrùm uentum 15 exſpectem. Vexillo opus eſt. conuolabunt. Quòd ſuades, vt palàm: prorſus aßentior. Itaque me profecturum puto. Tuas tamen interim litteras exſpecto. Seruii conſilio nihil expeditur. Omnes captiones in omni ſententia occurrunt. Vnum C. Marcello cognoui 20 timidiorem: quem COS. fuiße pœnitet, ἀπολλῆς ἀγεννείας: qui etiam Antonium confirmaſſe dicitur, vt me impediret, [b]quod ipſe, credo, honeſtiùs. Antonius autem VI. Id. Capuam profectus eſt. ad me miſit, ſe pudore deterritum ad me non veniße, quòd me 25 ſibi [c]ſuccenſere putaret. Ibitur igitur, & ita quidem, vt cenſes, niſi cuius grauioris perſonę ſuſcipiendæ ſpes erit antè oblata. ſed uix erit tam citò. Halienus autem prętor putabat, aliquem, ſi ego non, ex collegis ſuis. quiuis licet, dum modò aliquis. De ſorore, 30 laudo. de Q. puero, datur opera. ſpero eſſe meliora. De Quincto fratre, ſcito eum non mediocriter laborare

[a] L. ſi quid apud te eſſet, & aliquà ſatisfeciſſet, dares.

[b] L. quo ipſe cr.

[c] v. c. ſuſcenſere p.

de vsura: sed adhuc nihil à L. Egnatio expressit. Axius[a] *de* x i i. *millibus pudens. Sæpe enim adscripsit, vt Gallio, quantum is vellet, darem. Quod si non scripsisset, possemne aliter? & quidem sæpe sum pollicitus, sed tantùm uoluit citò. me verò*[b] *adiuuaret his in angustiis.*[1] [c]*Sed tu istos. uerùm alias.* [d]*Te à quartana liberatum gaudeo, itemque Piliam. ego, dum panes, & cetera in nauem parantur, excurro in Pompeianum. Vecteno velim gratias,*[e] *quòd studiosus. si quẽquam nactus fueris, qui perferat, litteras des antè, quàm discedimus. Vale.*

a L. de xiii

b v. c. & L. adiuuarent his

c L. Sed dij istos.

d L. Te quartana lib.

e L. quòd studiosus sit. si q.

ANNOTATIONES.

1 Sed dij istos) hæc vulgata lectio est, Sed tu istos quam tuentur Manutius & Corradus, ut subintelligant, vrge, aut aliquid simile. sed P. Victorius ex antiquæ scripturæ uestigijs, seductos, putat legendum, sed dij istos, subintell. seruent, seu, perdant. & probat Malaspina. ego in codice Turnesiano, sed dij istos, litteris integris atque expressis reperi: quare sic reponendum, itaque legendum arbitror. Quid enim aliud potiùs facere possum, quàm scripturam antiquam restituere? Verumtamen lectionem uulgatam, sed tu istos, damnare non ausim. nam, sed dij, potuit scribere librarius pro, sed tu.

Verba Græca, Latinis expressa.

ὢ πολλῆς ἀγεννείας, o multam ignobilitatem.

CICERO ATTICO S. 18

Commodùm ad te dederam litteras de pluribus rebus, cùm ad me benè manè Dionysius fuit. cui quidem ego non modò placabilem me præbuissem, sed totum remisissem, si venisset qua mente tu ad me scripseras. Erat enim sic in tuis litteris, quas Arpini acceperam, eum venturum, facturumq., quod ego uellem. Ego volebam autem, vel cupiebam potiùs, esse eũ nobiscum. Quod quia planè, cùm in Formianum venisset,

nisset, pręciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. at ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis, [a] *vt ignoscerem: se rebus suis impeditum, nobiscum ire non posse. Pauca respondi:* [b] *magnum accepi dolorem: intellexi, fortunam ab eo nostram despectam esse. Quid quæris? fortasse miraberis: in maximis horum temporum doloribus hunc mihi scito esse. Velim, vt tibi amicus sit. Hoc cùm tibi opto,* [c] *opto vt beatus sis. erit enim tamdiu. Consilium nostrum spero* [d] *vacuum periculo fore. Nam & dissimulauimus,* [1] *&, vt opinor,* [e] *acerrimè obseruabimus. nauigatio modò sit, qualem opto. Cetera, quæ quidem consilio prouideri poterunt, cauebuntur. Tu, dum adsumus, non modò quæ scieris, audieris ve, sed etiam, quæ futura prouidebis, scribas velim. Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, &, si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est ante diem* VIII. *Kalend. Maias, vt ad me Curio scripsit. Vtinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat. est enim rumor. O, si id fuerit, turpem Catonem! Ego, vt minuerem suspicionem profectionis, aut cogitationis meæ, profectus sum in Pompeianum* [f] *ad* IIII. *idus, vt ibi essem, dum, quæ ad nauigandum opus essent, pararentur. Cùm ad villam venissem, ventum est ad me: Centuriones trium cohortium, quæ Pompeii sunt,* [2] *me uelle* [g] *postridie: (hæc mecum Ninnius noster) velle eos mihi se, & oppidum tradere. At ego tibi postridie à villa ante lucem, vt me omnino illi ne viderent. Quid enim erat in tribus cohortibus? quid si plures? quo apparatu? cogitaui eadem illa Cœliana, quæ legi in epistola*

a L. vt sibi ignoscerem:
b L. magnum dolorem accepi:
c L. opto, vt beatus sit.
d ἀκίνδυνον, ἀσφαλές.
e v.c. acerrimè adseruabimus. fort obseruabimus. fort adseruauimus
f L. a. d.
g L. postridie conuenire: (hæc

tua, [2] quam accepi. ſimul in Cumanum ueni eodem die: & ſimul fieri poterat, ut tentaremur. Omnem igitur ſuſpicionem ſuſtuli. [b] Sed cùm redeo, Hortenſius uenerat, [c] ad Terentiam ſalutatum [d] diuerterat. ſermone erat uſus honorifico erga me. tamen eum (ut puto) videbo. miſit enim puerum, ſe ad me venire. Hoc quidem melius, quàm collega noſter Antonius cuius inter lictores lectica mima portatur. Tu, quoniam quartana cares, [3] [e] & non modò morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem: te uegetum nobis in Græcia ſiſte, & litterarum aliquid interea.

a L. quam accepi ſimul, & in Cumanũ veni, eodem die:
b fort. Sed dum r.
c L. & ad T.
d L. deuerterat.
e v.c. & nouum morbum r. fort. & non modò veterem morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem: al. & nedum morbum r. ſed etiam &c.

ANNOTATIONES.

1 &, vt opinor, acerrimè obſeruabimus) omnes libri manuſcripti habent, aſſeruabimus. quod cum hic locum videatur non habere, verendum eſt, ne locus ſit mendoſus. quid ſi legamus, acerrimè aſſeuerauimus? id eſt valde, ſeu vehementer aſſeuerauimus, nos in Italia manſuros, neque ad Pompeium profecturos? Sed huic lectioni aduerſantur illa verba, quæ antecedunt, vt opinor. Quid ſi, non acerrimè aſſeruabimur. At huic lectioni repugnant, quæ ſequuntur epiſt. viceſima. atque maiore impedimento, quàm cuſtodiæ, quibus àſſeruor. quid ſi, vt opinor, acerrimè aſſeruabimur?

2 me velle poſtridie, &c.) quidam libri non habent verbum, conuenire: quos ſi in eo probabimus, dicemus Ciceronem eſſe comicè locutum, pro, velle eos mecum loqui. ſic Terent. te volo: te ipſum cupio quis me vult? ſed codex Turneſianus habet verbum integrum. quare cenſeo retinendum.

3 & non modo morbum) etiam Memmiani codices, non ſolum ij, quibus vſus eſt Malaſpina, habent, & nedum morbum: quos tamen non ſum ſecutus propter inſolentiam locutionis. notandus tamen locus, & teſtimonium tot librorum veterum non eſt contemnendum Turneſ. tamen excipiendus, qui habet, nouum morbum quod fortaſſe deprauatum eſt ex, non modo, cum ita ſcriptum eſſet, non modò: deinde ex hoc factum, nouo, & hinc nouum: & fortaſſe ex, nouum: nedum.

CICERO ATTICO S. 19

PRid. id. Hortenſius ad me venit, ſcripta epiſtola. Vellem cetera eius. quàm in me incredibilem

ἐκτένειαν!

ἐκτένειαν! *qua quidē cogito uti. Deinde Serapion cum epistola tua: quam priusquàm aperuissem, dixi ei, te ad me de eo scripsisse antea, ut feceras. Deinde, epistola lecta, cumulatissimè cetera.* [a] *Et hercule hominem probo. nam & doctum, & probum existimo. quin etiam naui eius me, & ipso conuectore usurum puto. Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam. Valetudinem tuam iam confirmatam esse, & à uetere morbo, & à nouis tentationibus, gaudeo. Ocellam uellem haberemus. uidentur enim esse hæc paullo faciliora. Nunc quidem æquinoctium nos moratur: quod ualde perturbatum erat id scilicet cras erit. utinam idem maneat Hortensius:* [b] *siquidem adhuc erat, liberalius esse nihil potest. De diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitii insimularim. Negas enim te reperire, qui mihi id in mentem uenerit. Ego autem, quia scripseras, te proficisci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) eò te habere censebam, & quia pueris diploma sumseras. Habes causam opinionis meę. & tamen velim scire, quid cogites, in primisque siquid etiam nunc noui est.* XVII. *kal. Iun.*

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐκτένειαν, liberalitatem.

[a] q. v. c. Et hercule, hominem & doctum, & probum existimo.

[b] L. vt quidem adhuc erat, lib. al. siquidem, vt adhuc erat lib.

CICERO ATTICO S. 20

T*Ullia mea peperit* XIIII. *kal. Iun. puerū* ἑπταμηνιαῖον. *quòd* εὐτόκησε, *gaudebam. Quod quidem est natum, perimbecillum est. Me mirificè tranquillitates adhuc tenuerunt.* [a] *atque maiore impedimento fuerunt, quàm custodiæ, quibus asseruor. Nam illa* [b] *Hortensiana omnia, fuere infantia. Ita fiet ho-*

[a] L. atque maiori impedim.

[b] v. c. Hortensina

mo nequissimus. à Saluio liberto deprauatus est. Itaque posthac non scribam ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim. Omnes enim κωρυκαῖοι videntur subauscultare, quæ loquor. Tu tamen, siquid de Hispaniis, siue quid aliud, perge, quęso, scribere: nec meas litteras expectaris, nisi cùm, quò opto, peruenerimus, aut, si quis ex cursu: sed hoc quoque timidè scribo: ita omnia adhuc tarda, & spissa. vt malè posuimus initia, sic cetera sequentur. [1] [a] *Formias nunc sequimur.* [b] *eędem nos fortasse furiæ persequentur. Ex Balbi áutem sermone, quem tecum habuit, non probamus de Melita. Dubitas igitur, quin nos in hostium numero habeat? Scripsi equidem Balbo, te ad me de eius erga me beneuolentia scripsisse, & de suspicione. de altero egi gratias: de altero ei me purgaui. Ecquem tu hominem infeliciorem? Non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipse conficior, uenisse tempus, cùm iam nec fortiter, nec prudenter quidquam facere possim. Vale.*

a L. Furias nunc seq.
b al. eodem

ANNOTATIONES.

1 Furias nunc sequimur. eodem, &c.) secutus fueram olim codicem Turnesia. cum quo multi alij antiqui consentiunt Formias nunc sequimur. Verumtamen hoc addideram, mihi magis placere vulgatam lectionem, furias nunc sequimur. eædem nos fortasse, &c. & vetueram quidquam mutari. Quòd autem P. Victorius admonet, scriptum esse in suis libris antiquis, eadem nos fortasse furia, ego contrà in codice Turnes. scriptum vidi, Furiæ, numero multitudinis, vt nomen congruat cum verbo, quod sequitur, persequentur. Præterea operæ hic olim omiserant, nunc. Hanc igitur vulgatam & receptam nunc assero. Non celabo tamen lectorem, docto cuidam viro legendum hic videri, φόρμιμα nunc sequimur. eodem nós fortasse φορητὰ persequentur.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἑπταμηνιαῖον, septimestrem.
ηὐτόκησε, salua peperit.
κωρυκαῖοι, Corycæi populi.

M. T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

5

LIBER XI.

CICERO ATTICO S. I

10 ACcepi à te signatum libellum, quem Anteros attulerat, [a] ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor, quòd qui eas dispensauit, neque adest istic, neque, vbi terrarum sit, 15 scio. Omnem autem spem habeo existimationis, priuatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia: quam si his temporibus miseris, & extremis præstiteris, hæc pericula, quæ mihi communia sunt cum ceteris, fortius feram: idque vt facias, te obtestor, atq; obsecro. Ego in Cistophoro, in 20 Asia habeo ad HS. bis, [b] & vicies. Huius pecuniæ permutatione fidē nostram facilè tuebere: quam quidem ego nisi expeditam [c] relinquere putassem, credens ei, cui tu scis iampridem minimè credere, cōmoratus 25 esse paullisper, nec domesticas res impeditas reliquissem. ob eamq; causam serius ad te scribo, quòd serò intellexi, quid timendum esset. Te etiam, atque etiam oro, vt me totum tuendum suscipias: vt, si ii salui erūt quibuscum sum, vnà cum iis possim incolumis esse, 30 salutemque meam beneuolentiæ tuæ acceptam referre. Vale.

[a] al. ex quo nihil scire pot.

[b] v. c. & viciens.

[c] L. relinquere me put.

CICE-

CICERO ATTICO S. 2

Litteras tuas accepi pr. Non. Febr. eoq. ipso die ex testamento creui hereditatem. [1] ex multis meis, & miserrimis curis [a] est una enata, si, ut scribis, ista hereditas fidem, & famam meam tueri potest: quam quidem te intelligo etiam sine hereditate tuis opibus defensurum fuisse. De dote quod scribis, per omnes deos, te obtestor, ut totam rem suscipias, & illam miseram mea culpa, & negligentia, tueare meis opibus, siquae sunt: tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus: cui quidem deesse omnia quòd scribis, obsecro te, noli pati. In quos enim sumtus abeunt fructus praediorum? Iam illa HS. LX. quae scribis, nemo mihi umquam dixit ex dote esse detracta. numquam enim essem passus. Sed haec minima est ex his iniuriis, quas accepi, de quib. ad te dolore, & lacrymis scribere prohibeor. Ex ea pecunia, quae fuit in Asia, partem dimidiam ferè exegi. Tutius videbatur fore ibi, ubi est, quam apud publicanos. Quòd me hortaris, ut firmo sim animo: uellem posses aliquid afferre, quamobrem id facere possem. Sed si ad ceteras miserias accessit etiam id, quod mihi Chrysippus dixit parari (tu nihil significasti) de domo, quis me miserior vno iam fuit? Oro, obsecro, ignosce. non possum plura scribere. quanto maerore vrgear, profectò vides. Quod si mihi commune cum ceteris esset, qui videntur in eadem causa esse, minor mea culpa videretur, & eo tolerabilior esset. Nunc nihil est, quod consoletur, nisi quid tu efficis: si modò etiam nunc effici potest, vt ne qua singulari afficiar calamitate, & iniuria. Tardiùs ad te remisi tabellarium, quòd potestas

[a] L. est vna leuata, si,

poteſtas mittendi non fuit. A tuis & nummorum accepi HS L X X. & veſtimentorum quòd opus fuit. Quibus tibi videbitur, velim des litteras [a] *nomine meo. Noſti meos* [b] *familiareis. ſignum requirent, aut manum. dices iis, me propter cuſtodias ea vitaſſe. Vale.*

a al. meo nomine.
b v. c. familiariſ.

ANNOTATIONES.

1 ex multis meis, & miſerr. curis eſt vna leuata) ſic habet planè ſcriptum codex Turneſianus: atque ita legendum: quod viderat Corradus, ſola, vt apparet, coniectura ductus. nunc nihil opus eſt coniectura, quando hæc ſcriptura in codicibus antiquis reperitur. Sententia autem perſpicua eſt. ex multis (inquit) & miſerrimis curis, quæ me ſollicitant, vna eſt dempta, ac detracta: vel vna leuatus ſum, ſi hac hereditate locupletior factus poſſum ſatisfacere creditoribus meis: quibus ſi non ſoluo, quod debeo, fidem non ſeruo. & ita exiſtimationis meæ iacturam facio, & fit vt habear infidus. Vulgata autem lectio eſt vna enata, quam Manutius tuetur, & Malaſpina, ferri non poteſt pugnat enim cũ ſententia Ciceronis, & cum verbis, quæ ſequuntur. Porrò autem latinè dicimus, & leuare animi curas, & leuare animum curis: vt expedire animi curas, & expedire animum curis: qua de re plura in commentarijs Horatianis.

COELIVS CICERONI S. 3

QVid hic agatur, ſcire poteris ex eo, qui litteras attulit: quē diutius tenui, quia quotidie aliquid noui expectabamus. Neque nunc mittendi tamen vlla cauſa fuit, præter eam, de qua tibi reſcribi voluiſti. Quod ad kalend. Quinct. pertinet, quid vellem: vtrumque [a] *graue eſt, & tam graui tempore periculum tantæ pecuniæ, & dubio rerum exitu,* 1 *iſta, quam ſcribis, abruptio. Quare vt alia, ſic hoc vel maximè tuæ fidei, beneuolentiæq. permitto, & illius conſilio, & voluntati: cui miſeræ cōſuluiſſem melius, ſi tecum olim coram potius, quàm per litteras de ſalute*

a v. c. graue'ſt,

ſalute noſtra, fortuniſq́. deliberauiſſem. Quòd negas præcipuum mihi vllum incommodum impendere: [2] etſi iſta res [a] nihil habet conſolationis, tamen etiam præcipua multa ſunt, [3] quę tu profectò [b] vides grauiſſima eſſe, & me facillimè vitare potuiſſe. [4] Ea tamen erunt minora, ſi (vt adhuc factum eſt) adminiſtratione, diligentiaq́. tua leuabuntur. Pecunia apud Egnatium eſt. ſit à me, vt eſt. Neque enim hoc, quod agitur, videtur diuturnum eſſe poſſe: vt ſcire iam poſſim, quid maximè opus ſit. etſi egeo rebus omnibus, quòd is quoque in anguſtiis eſt, [5] [c] quicum ſumus: cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinantes nobis, conſtitutis rebus, eam rem etiam honori fore. Tu, vt antea feciſti, velim, ſi qui erunt, ad quos aliquid ſcribendum à me exiſtimes, ipſe conficias. Tuis ſalutem dic. Cura, vt valeas: in primis, id quod ſcribis, omnibus rebus cura, & prouide, nequid ei deſit, de qua ſcis me miſerrimum eſſe ⁊dib. Iuniis, ex caſtris.

a L. nonnihil habet conſ.

b L. vides, vt ſunt, & grauiſſ.

c v. c. quicum fuimus: quòd m.

ANNOTATIONES.

1 iſta, quam ſcribis, abruptio.) ſic habet planè ſcriptum codex Turneſ. vt eſt in vulgatis. quod idcirco adſcripſi, quòd Victorius non admonet, in ſuis codicibus eſſe ſcriptum abrupto. Per abruptionem ſignificat Cicero ſubitum à Terentia diuortium, & diſcidium, ſubitamque matrimonij ſolutionem, vt rectè Manutius explicat.

2 etſi iſta res nonnihil hab. conſ.) ſic legendum, libris omnibus inuitis. nam recepta, nihil habes conſolationis, quamuis eadem ſit antiqua, ferri tamen non poteſt. Admonuimus autem lectorē, à nobis eſſe hoc obſeruatū, & itē ab alijs, ſcriptores illos librarios conſueuiſſe interdū negationis particulā prætermittere.

3 quæ tu profecto vides & grauiſſ.) ſic habet codex Turneſ. vt teſtatur ſcriptum eſſe in ſuis Malaſpina, quæ tu profectò vides, vt ſunt, eſſe grauiſſ.

4 Ea tamen erunt minora) malim legi, erunt leuiora.

5 quicum ſumus.) nihil muto, quamuis codex Turneſ. habeat, quicum fuimus.

CICE-

CICERO ATTICO S. 4

ACcepi tuas ab Isidoro litteras, & postea datas, binas. ex proximis cognoui, prædia non
5 venisse. videbis ergo vt sustentetur per te. De Frusinati, si modò futuri sumus, erit mihi res opportuna. Meas litteras quòd requiris, impedior inopia rerum, quas nullas habeo litteris dignas: quippe cui nec, quæ accidunt, nec quę aguntur, vllo modo pro-
10 bentur. Vtinam coràm tecum olim, potius, quàm per epistolas.[1] Hic tua, vt possum, tueor apud hos: cetera Celer. ipse fugi adhuc omne munus, eò magis, quòd ita nihil poterat agi, vt mihi, & meis reb. aptum esset. Quid sit gestum noui, quæris. ex Isidoro scire
15 poteris. reliqua non videntur esse difficiliora. Tu id uelim, quod scis me maximè velle, cures, vt scribis, vt facis. Me conficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua leuata, ero vnà cum eo, qui negotium gerit, estq́. in spe magna. Brutus ami-
20 cus, in causa versatur acriter. Hactenus fuit, quod cautè à me scribi posset. Vale. De pensione altera, oro te, omni cura considera,[a] quid sit faciendum, vt scripsi his litteris, quas Pollex tulit. Vale.

[a] v.c. quid faciendum sit, ut scr al. quid faciendum sit, scripsi h.

ANNOTATIONES.

25

1 Hic tua, ut p.) soleo sæpe mirari, cùm P. Victorius in castigationibus suis scribit, se hunc, & illum locum, coniectura ductum, emendasse, ope tamen codicum antiquorum, quamobrem suis codicibus antiquis tantum tribuat, cùm eos ferè omneis locos reperiam in codice Turnesiano planè, ita ut oportet, scriptos: qualis hic est. Nam quòd Petr. Victorius ait se, cùm vulgò legeretur, luctu ut possum, & ex antiqua scriptura, luctua ut possum,
30 fecisse, Hic tua, ut possum: ego planè scriptum reperi, Hic tua, ut possum, in cod. Turnes.

CICERO ATTICO S. 5

QVæ me causæ mouerint, quàm acerbæ, quàm graues, quàm nouæ, coegerintq́. impetu magis quodam animi uti, quàm cogitatione, non possum ad te sine maximo dolore scribere. Fuerunt quidem tantæ, ut id, quod uides, effecerint. Itaque nec quid ad te scribam de meis rebus, nec quid à te petam, reperio. rem, & summam negotii uides. Equidem ex tuis litteris intellexi, & iis, quas communiter cum aliis scripsisti, & iis, quas tuo nomine, quod etiam mea sponte videbam, [a] te subita re quasi debilitatum, nouas rationes tuendi mei quærere. Quòd scribis placere, vt propiùs accedam, iterque per oppida noctu faciam: non sanè video, quemadmodum id fieri possit. Neque enim ita apta habeo, [b] diuersoria, vt tota tempora diurna in his possim consumere, neque ad id, quod quæris, multùm interest, vtrùm me homines in oppido videant, an in uia. Sed tamen hoc ipsum, sicut alia, considerabo, quemadmodum commodissimè fieri posse uideatur. Ego propter incredibilem & animi, & corporis molestiam, conficere plureis litteras non potui. his tantùm rescripsi, à quibus acceperam. Tu uelim & [c] Basilio, & quibus præterea videbitur, etiam Seruilio conscribas, vt tibi videbitur, meo nomine. Quòd tanto interuallo [d] nihil omnino ad uos: profectò intelligis rem mihi [e] deesse, de qua scribam, non voluntatem. Quòd de Vatinio quæris: neque illius, neque cuiusquam mihi preterea officium [f] deest, si reperire possent, qua in re me iuuant. Q. auersissimo à me animo Patris fuit. Eodem Corcyra filius venit. inde profectos eos vnà cum ceteris arbitror. Vale.

a al. te subdebilitatum,

b L. deuersoria,

c L. Basilio,

d v.c. nihil omnino ad uos scriptis litteris: prof. non plac.

e v.c. desse,

f v.c. dest,

CICE-

CICERO ATTICO S. 6

SOllicitum esse te cùm de tuis, communibusq́ fortunis, tum maximè de me, ac de dolore meo, sentio. qui quidem dolor meus, non modò non minuitur cùm socium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur. omnino pro tua prudentia sentis, qua consolatione leuari maximè possim. Probas enim meum consilium, negasq́ mihi quidquam tali tempore potius faciendum fuisse. Addis etiam (quod etsi mihi leuius est, quàm tuum iudicium, tamen non est leue) ceteris quoque, id est qui pondus habeant, factum nostrum probari. Id si ita putarem, leuiùs dolerem. Crede, inquis, mihi. Credo equidem, sed scio, quàm cupias minui dolorem meum. Me discessisse ab armis, numquam pœnituit. tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentib. coniunctio, vt non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata: ut iam omnium iudicio constitutum esset, omnium uestrum bona, prædam esse illius uictoriæ. uestrum planè dico. numquam enim de teipso, nisi crudelissimè, cogitatum est. Quare voluntatis me meæ numquam pœnitebit: consilii pœnitet. In oppido aliquo mallem resedisse, [a] quoad accerserer. minùs sermonis subiissem, minùs accepissem doloris, ipsum hoc me non angeret. Brundisii iacere, in omneis parteis est molestum. propiùs accedere, ut suades, quomodo sine lictoribus, quos populus dedit, poßum? qui mihi incolumi adimi non possunt: quos ego modò paullisper cum bacillis in turbam conieci, ad oppidum accedens, nequis impetus militum fieret.[1] Recipio tempore me domo.[b] Te nunc ad Oppium, quoniam iis placeret modò propiùs acce-

[a] L. quoad arcesserer.

[b] fort. Tu nunc ad Balbum, & Oppium, quoniam ijs pl. me prop. acc.

accedere, vt hac re considerarent. credo fore auctores. Sic enim recipiunt, Cæsari non modò de conseruanda, sed etiam de augenda mea dignitate curæ fore: meq́. hortantur, ut magno animo sim, vt omnia summa sperem. ea spondent, confirmant.quę quidem mihi exploratiora eßent, si remansissem. Sed ingero pręterita. Vide, quæso, igitur ea, quæ restant, & explora cum istis: &, si putabis opus eße: &, si istis placebit, quo magis factum nostrum Cęsar probet, quasi de suorum sententia factum, adhibeantur Trebonius, Pansa, si qui alii: scribantq́ue ad Cæsarem, me, quicquid fecerim, de sua sententia fecisse. Tullię meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat: quam tibi intelligo magnę curæ esse: quod est mihi gratissimum. De Pompeii exitu mihi dubium numquam fuit. Tanta enim desperatio rerum eius, omnium regum, & populorum animos occuparat: ut, quocumque uenißet, hoc putarem futurum. non poßum eius casum non dolere. hominem. n. integrum, & castum, & grauem cognoui. De Fannio consoler te? perniciosa loquebatur de mansione tua. L. verò Lētulus Hortensii domum sibi, & Cæsaris hortos, & Baias desponderat. Omnino [a] *hęc eodem modo ex hac parte fiunt, nisi quòd illud erat infinitum. Omnes enim, qui in Italia* [b] *remanserant, hostium numero habebantur. Sed velim hæc aliquando solutiore animo. Qu. fratrem audio profectum in Asiam, vt deprecaretur. De filio nihil audiui: sed quęre ex Diochare, Cæsaris liberto: quem ego non uidi: qui istas Alexandrinas litteras attulit.* [c] *is dicitur vidiße, an euntem, an iam in Asia? Tuas litteras, prout res postulat, exspecto.*

a al. hæc eadem ex h.

b q. v. c. manserunt,

c v. c. is dicitur vidisse Q. an &c.

ſpecto: quas velim cures quamprimum ad me perferendas. Vale. III. kalend. Decembr.

ANNOTATIONES.

1 Recipio tempore me domo. Te nunc) locus deprauatiſſ. 5 qui ſic legitur in omnibus ferè libris antiquis. recipio tempore me domo. te nunc ad Oppium, & quo modo edendum curaui. ego in his tenebris nihil video. Verumtamen coniecturam meam non celabo lectorem. ſic igitur putabam legi poſſe, reſipio de domo. Tu nunc ad Oppium &c. id eſt, reſpiro, & minus iam ſollicitus ſum, quòd ſcribis omnia eſſe tranquilla de domo. Nam ſuprà huius lib. epiſt. 2. ſcripſit, Chryſippum ſibi dixiſſe neſcio quid parari de domo. vocem, tempore, fortis illatam pu- 10 tabam, propter vocem, domo, ſeu, domum, & verbum, recipio. Sed Ioſephus Scaliger, Scaligeri fil. totum hunc locum ſic legendum & interpretandum putat. in turbam conieci, ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret: recipio tempore me. Tu nunc, &c. putat enim vocem, domo, ſeu, modo, eſſe adiectam, propter verbum, recipio. Ego nunc ſuſpicor, hoc totum, Recipio tempore me domo, eſſe gloſſam, vt appellant: cetera autem ſic legenda, Tu nunc ad Balbum, & Oppium, quo- 15 niam ijs placeret me propius accedere, &c. vt ſit hæc ſententia, Tu nunc ad Balbum, & Oppium adito, ſeu mittito, vel te aditurum ſeu miſſurum ſcribis, quoniam &c. vt hac de re conſid. videlicet, debeam ne propius accedere.

COELIVS CICERONI S. 7

20 [a] *GRatæ mihi tuę litteræ ſunt, quibus accuratè perſcripſiſti omnia, quæ ad me pertinere arbitratus es. Factum igitur, vt ſcribis, iſtis placere, iiſdem iſtis lectorib. me vti: quod conceſſum. [b] Seſtio ſit: cui non puto ſuos eſſe conceſſos, ſed ab ipſo datos. Au-* 25 *dio enim, eum ea S.C. improbare, quę poſt diſceſſum tribunorum facta ſunt. Quare poterit, ſi volet ſibi conſtare noſtros lictores comprobare. quamquã quid ego de lictoribus, qui pęne ex Italia decedere ſim iuſſus? Nam ad me miſit Antonius exemplum Cæſaris ad ſe litterarum, in quib. erat, ſe audiuiſſe Catonem, & L.* 30 *Metellũ in Italiam veniſſe. Romæ vt eſſent palàm: id*

a al. Gratæ tuæ mihi litt.

b L. Sextio

sibi non placere, nequi motus ex eo fierent: prohiberique omneis Italia, nisi quorum ipse causam cognouisset: deque eo vehementius erat scriptum. Itaque Antonius petebat à me per litteras, vt sibi ignoscerem: facere se non posse, quin his litteris pareret. Tum ad eum misi L. Lamiam, qui demonstraret, illum Dolabellæ dixisse, vt ad me scribere, vt in Italiã quàmprimùm venirem: eius me litteris venisse. Tum ille edixit ita, vt me exciperet, & Lælium nominatim. quod sanè nollem. poterat enim sine nomine [a] re ipsa excipi. O multas, & graueis offensiones: quas quidem, tu das operam, vt lenias: nec tamen nihil proficis: quin hoc ipso minuis dolorem meum, quòd, vt minuas, tam valde laboras: idque velim ne grauere quàmsepissimè facere. Maximè autem assequere quod uis, si me adduxeris, vt existimem, me bonorum iudicium non funditus perdidisse. quamquam quid tu in eo potes? nihil scilicet. Sed, si quid res dabit tibi facultatis, id me maximè consolari poterit, quod nunc quidem video non esse: sed, si quid ex euentis, vt hoc nunc accidit. Dicebar debuisse cum Pompeio proficisci. exitus illius minuit eius officii prætermissi reprehensionem. Sed ex omnibus nihil magis tamen desideratur, quàm quòd in Africam non ierim. Iudicio hoc sum vsus, non esse barbaris auxiliis fallacissimæ gentis, remp. defendendam, præsertim contra exercitum sæpe victorem. Non probant fortasse. multos enim viros bonos in Africam venisse audio, & scio fuisse antea. Valde hoc loco vrgeor. hic quoque [b] opus est casu, aliqui sint ex eis, si potest, omnes, qui salutem anteponant. nam si perseuerant, & obtinent:

[a] v c. res ipsa exc. non pl.

[b] L. opus est casu, v: aliq.

Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30

nent: quid nobis futurum sit, vides. Dices, Quid illis, si victi erunt? Honestior est plaga. Hæc me excruciant. Sulpicii autem consilium, non scripsisti, cur meo non anteponeres: quod etsi non tam gloriosum est,
5 *quàm Catonis, tamen & periculo vacuum est, & dolore. Extremum est eorum, qui in Achaia sunt. ii tamen ipsi se hoc melius habent, quàm nos, quòd & multi sunt vno in loco, & cùm in Italiam venerint, domum statim venerint. Hæc tu perge, vt facis,*
10 *mitigare, & probare quamplurimis. Quòd te excusas: ego verò & tuas causas nosco, & mea interesse puto, te istic esse, vel vt cum iis, quibus oportebit, agas, quæ erunt agenda de nobis, vt ea, quæ egistis: in primisque hoc velim animaduertas. multos*
15 *esse arbitror, qui ad Cęsarem detulerint, delaturiue sint, me aut* [a] *pœnitere consilii mei, aut non probare, quæ fiant. quorum etsi vtrumque verum est, tamen ab illis dicitur animo à me alienato: non quo ita perspexerint. Sed totum vt hoc Balbus sustineat,*
20 *& Oppius, & eorum crebris litteris illius voluntas erga me confirmetur, & hoc planè vt fiat, diligentiam adhibebis. Alterum est, cur te nolim discedere,* [1] *quòd scribis,* [b] *Terentiam flagitare. O rem miseram. Quid scribam? aut quid velim? breue faciam. lacrymæ.n. se*
25 *subitò profuderunt. Tibi permitto: tu consule. tantum uide, ne hoc tempore* [c] *Terentię obesse aliquid* [d] *possis. Ignosce, obsecro te. non possum, præ fletu, & dolore, diutius in hoc loco commorari. tantum dicam, nihil mihi gratius esse, quàm quòd eam diligis. Quòd litteras,*
30 *quib. putas opus esse, curas dandas, facis commodè.* [e] *Qu. filium, vidi qui Sami vidisset, patrem Sicyone:*

a v.c. pœnitere

b L. te flagitari.

c L. tibi obesse.

d L. possit.

e v. c. & L. Q. F.

quorum deprecatio est facilis. Utinam illi, qui prius illum viderunt, me apud eum uelint adiutum tantum, quantùm ego illos vellem, si quid possem. Quòd rogas, vt in bonam partem accipiam, si qua sint in tuis litteris, quæ me mordeant: ego verò in optimam: teque rogo, vt apertè, quemadmodum facis, scribas ad me omnia, idque facias quàm sæpissimè. 5
Vale. XIIII. *kal. Ianuar.*

ANNOTATIONES.

1 quòd scribis te flagitari) sic edendum curaui, libros veteres secutus, in quibus ita planè legitur. flagitari autem, scilicet à Tullia. lege epist. 1. huius libri. Quòd autem ait Victorius, se scripsisse, Terentiam flagitare, cùm reperisset in cod. antiq. te flagitare, non rectè scripsit. 10

CICERO ATTICO S. 8

QVantis curis afficiar, etsi profectò vides, tamen cognosces ex Lepta, et Trebatio. Maximas pœnas pendo temeritatis meæ, quam tu prudentiam mihi videri vis: neque te deterreo, quò minus id disputes, scribasq. ad me quàm sæpissimè: nonnihil. n. me leuant tuæ litteræ hoc tempore. Per eos, qui nostra causa volunt, vadentq. apud illum, [a] *quàm diligentissimè contendas opus est, per Balbum & Oppium maximè, vt de me scribant quàm diligentissimè. Oppugnamur enim, vt audio, & à præsentibus quibusdam, & per litteras. iis ita occurrendum, vt rei magnitudo postulat.* [b] *Furnius est hic* [c] *mihi inimicissimus. Quinctus misit filium non solùm sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Dictitat, se à me apud Cæsarem oppugnari: quo refellit Cæsar ipse, omnesq. eius amici: neq. verò desistit, vbicunq. est, omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi vnquam* 15 20 25 30

a quàm, abest à v c. neque agnoscit L.

b fort. Fufius

c al. mihi amicissimus

tam

tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. Qui ex ipso audißent, cùm Sicyone palàm, multis audientibus, loqueretur nefaria quædam, ad me pertulerunt. Nosti genus: etiam expertus es fortasse, in me id est omne conuersum. sed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi. Quare ad illud redeo: cura, vt huius rei causa, dedita opera mittat aliquem Balbus, ad quos uidebitur, uelim, cures litteras meo nomine. Vale. XV. Kalend. Januar.

CICERO ATTICO S. 9

Ego uerò & incautè, ut scribis, & celeriùs, quàm oportuit, feci: nec in ulla sum spe: quippe qui exceptionibus edictorum retinear: quę si non essent sedulitate effectæ, & [a] beneuolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. Nunc ne id quidem licet. Quid autem me iuuat, quòd ante initum tribunatum ueni, si ipsum, quòd ueni, nihil iuuat? Iam quid sperem ab eo, qui mihi amicus numquam fuit, cùm iam lege etiam sim confectus, & oppressus? [b] Cotidie Balbi ad me litteræ languidiores, multæque multorum ad illum fortasse contra me. Meo uitio pereo. nihil mihi mali [c] causa attulit: omnia culpa contracta sunt. Ego enim cùm genus belli viderem, imparata, & infirma omnia, contra paratissimos [d] iueram, (quid facerem? ceperamque consilium non tam forte, quàm mihi, præter ceteros, concedendum. [e] cessimus, vel potiùs parui. Ex quibus unus qua mente fuerit, is, quem tu mihi commendas, cognosces ex ipsius litteris, quas ad te, & ad alios misit: quas

[a] v. c. beniuolentia

[b] L. Quotidie

[c] al. casus

[d] al. quieueram

[e] L. cessimus, uel pot. v. c. cessim his, uel pot.

ego numquam aperuissem, nisi res acta sic esset. delatus est ad me fasciculus. solui, [a] si quid eßet ad me litterarum, nihil erat. epistola Vatinio, & Ligurio altera. Iussi ad eos deferri. illi ad me statim, ardentes dolore, venerunt, scelus hominis clamantes. Epistolas mihi legerunt, plenas omnium in me probrorum. Hic Ligurius furere. se enim scire, summo illum in odio fuisse Cæsari: illum tamen non modò fouisse, sed [b] & tantam pecuniam illi dedisse, honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto, volui scire, quid scripsisset ad ceteros. Ipsi illi putaui perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus [c] percrebuisset. Cognoui [d] eiusdem generis. Litteras ad te misi: quas si putabis illi ipsi vtile esse reddi, reddes: nil me [e] lædet. nam quòd resignatæ sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. Hac ille acerbitate initio nauigationis cùm vsus esset, tanto me dolore affecit, vt postea iacuerim: neque nunc tam pro se, quàm contra me laborare dicitur. Ita omnibus rebus vrgeor, quas sustinere uix poßum, vel planè nullo modo poßum, quibus in miseriis vna est pro omnibus, quòd istam miseram, patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. Quare te, vt pollicceris, uidere planè uelim. alium enim, cui illam commendem, habeo neminem, quoniam matri quoque eadem intellexi eße parata, quæ mihi. sed, si me non offendes, satis tamen habeto commendatam: patrumque [f] in eo, quantum poteris, mitigato. Hæc ad te die natali meo scripsi: quo utinam [g] susceptus non essem, aut nequid ex eadem matre postea natum eßet. Plura scribere fletu prohibeor. Vale.

[a] al. si quid ad me esset.
[b] & tantam illi pec.
[c] L. percrebruisset.
[d] v.c eiusdem generis, ad te misi.
[e] fort. lædent.
[f] L. in eam,
[g] fort. aut susc.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 nihil mihi mali causa attulit) nihil muto, quamuis duo libri manuscri. quos Malaspina commemorat, habeant, casus. Causa enim Pompeiana significatur: hoc primùm: deinde sic habent codices Memmiani, & nonnulli alij Italici & omnes vulgati. Turnesianus, causas, mendosè, pro, causa. Ex, causis, facilius est facere, 5 causa, quàm, casus. Verumtamen, casus, non damno.

CICERO ATTICO S. 10

AD meas [a] *incredibileis ægritudines aliquid noui accedit ex his*, [b] *quę de Qu. Fr. ad me afferun-* 10 *tur. P. Terentius*, [1] *meus necessarius, operas in portu, & scriptura Asiæ pro magistro dedit. Is Q. filium Ephesi vidit* VI. *Id. Decembr. eumq. studiosè propter amicitiam nostram, inuitauit: cumq. ex eo de me* [c] *contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse ini-* 15 *micissimum: volumenq. sibi ostendisse orationis, quam apud Cæsarem contra me esset habiturus. multa à se dicta contra eius amentiam: multa postea Patris consimili scelere, secum Qu. patrem locutum: cuius furorem ex iis epistolis, quas ad te misi, perspicere po-* 20 *tuisti. Hæc tibi dolori esse* [d] *certò scio: me quidem excruciant: & eo magis, quòd mihi cum illis ne querendi quidem locum futurum puto. De Africanis rebus longè alia nobis, ac tu scripseras, nuntiantur. Nihil enim firmius esse dicunt, nihil paratius. Accedit Hi-* 25 *spania, & alienata* [e] *Gallia: legionum nec uis eadem, nec uoluntas: Vrbanæ res perditæ. Quid est, vbi acquiescam, nisi quamdiu tuas litteras lego? quæ essent profectò crebriores, si quid haberes, quo putares meam molestiam minui posse. Sed tamen te rogo, ne intermittas scribere ad me, quidquid erit: eosque, qui mihi* 30 *tam crudeliter inimici sunt, si odisse non potes, accu-*

[a] v. c. incredibilis
[b] L. quæ de Q. Q. ad
[c] L. precontaretur,
[d] al. certè
[e] L. Italia,

a v.c sed ut me tibi carum esse sent.al.sed ut carum me tibi esse s.

ses tamen:non ut aliquid proficias, [a]sed ut tibi me carum esse sentiant. Plura ad te scribam, si mihi ad eas litteras, quas proximè ad te dedi, rescripseris. Vale. XII. Kalend. Febr.

ANNOTATIONES. 5

1 meus necessarius operas in portu) codices Memmiani habent, meus necessarius magnas operas in portu, &c. ego nihil muto à scriptura recepta.

2 & alienata Italia.) Sic habet planissimè scriptum codex Turnesianus.

CICERO ATTICO. S. II 10

Confectus iam cruciatu maximorum dolorum, ne, si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facilè id exequi possem: hoc minùs, quòd res nulla est, quę scribenda sit: cùm præsertim ne spes quidem ulla ostendatur fore melius. Ita iam ne tuas quidem litteras exspecto: quamquam semper aliquid afferunt, quod velim. Quare tu quidem scribito, cùm erit, [a]cui des. Ego tuis proximis, quas tamen iampridem accepi, nihil habeo, quod rescribam. longo enim interuallo video immutata esse omnia: illa esse firma, quæ debeant: nos stultitię nostræ grauissimas pœnas pendere. P. Sallustio curanda sunt HS. XXX. *quæ accepi à Cn. Sallustio. velim videas, ut sine mora curentur. De ea re scripsi ad Terentiam: atque hoc ipsum iam propè consumatũ est. Quare id quoque uelim cum illa videas, ut sit, qui utamur. hic fortasse potero sumere, si sciam istic paratum fore. sed priùs, quàm id scirem, nihil sum ausus sumere. Qui sit omnium rerum status noster, vides. nihil est mali, quod non & sustineam, & exspectem. Quarum rerum eo grauior est dolor, quo culpa maior. Ille in Achaia non cessat de nobis*

a v. c. quoi des.

15 20 25 30

nobis detrahere. nihil uidelicet tuæ litteræ profecerunt. Vale. VIII. *Id. Martias.*

CICERO ATTICO S. 12

5 *CEphalio mihi à te litteras reddidit*[a] *ad* VIII. *Id. Mart. vespere. Eo autem die manè tabellarios miseram, quibus ad te dederam litteras. tuis tamen lectis litteris, putaui aliquid rescribendum esse:*
10 *maximè, quòd ostendis, te pendere animi, quamnam rationem sim Cæsari allaturus profectionis meæ, tum, cùm ex Italia discesserim. Nihil opus est mihi noua ratione. Sæpe enim ad eum scripsi, multisque mandaui, non potuisse, quum cupiissem, sermones ho-*
15 *minum sustinere, multaque in eam sententiam. Nihil enim erat, quod minus eum uellem existimare, quàm me tanta de re non meo consilio usum esse.* [b] *Posteaque quàm mihi litteræ à Balbo Cornelio minore missè essent, illum existimare Qu. fratrem lituum meę*
20 *profectionis fuisse (ita enim scripsit) qui nondum*[c] *cognosset, quæ de me Quinctus scripsisset ad multos: etsi multa præsens in præsentem acerbè dixerat, & fecerat,*[d] *tamen L in eo his verbis ad Cæsarem scripsi.* De Qu. fratre meo, non minùs laboro,
25 quàm de meipso: sed eum tibi cōmendare hoc meo tēpore nō audeo. Illud duntaxat tamē audebo petere abs te, quod te oro, nequid existimes ab illo factū esse, quo minùs mea in te officia cōstarent, minusue te diligerē: potiusq.[e] illū
30 semp auctorē nostræ cōiūctionis fuisse, meiq. itineris comitem, nō ducē. Quare ceteris in rebus

[a] L. a. d. VIII.

[b] al. Posteà, cùm mihi

[c] v.c. cognoscem,

[d] v.c tamen L loineo his v. fort. tamen, λακωνικῶς, his v. fort. λακωνισμῷ meo, h. fort. Laconicè, fort. λακωνίζων,

[e] al. semper illum

bus tantum ei tribues, quãtum humanitas tuæ amicitiaq; veſtra poſtulat. Ego ei nequid apud te obſim, id te vehemẽter etiam, atq. etiã rogo. *Quare, ſi quis congreſſus fuerit mihi cum Cæſare (etſi non dubito, quin is lenis in illum futurus ſit, idque iam declarauerit) ego tamen is ero, qui ſemper fui. Sed, vt video, multo magis eſt nobis laborandum de Africa: quam quidem tu ſcribis confirmari* [a] *cotidie magis ad condicionis ſpem, quàm victoriæ. quod vtinam ita eſſet. Sed longè aliter eſſe intelligo, teque ipſum ita exiſtimare arbitror: aliter autem ſcribere, non fallendi, ſed confirmandi mei cauſa, præſertim cùm adiungatur ad Africam etiam Hiſpania. Quòd me admones, vt ſcribam ad Antonium, & ad ceteros: ſi quid videbitur tibi opus eſſe, velim facias id, quod ſæpe feciſti. nihil enim* [b] *venit mihi in mentem, quod ſcribendum putem. Quòd me audis* [c] *fractiorem eſſe animo: quid putas, cùm videas acceſſiſſe ad ſuperiores ægritudines præclaras generi actiones? Tu tamen uelim, ne intermittas, quoad eius facere poteris, ſcribere ad me, etiam ſi rem, de qua ſcribas, non habebis. Semper enim afferunt aliquid mihi litteræ tuæ. Galeonis hereditatem creui. Puto enim cretionem ſimplicem fuiſſe, quoniam ad me nulla miſſa eſt.* V I I I. *Id. Mart.*

a L. quotidie

b L. mihi uenit

c al. fractiore

ANNOTATIONES.

1 tamen L. Comeo, his ipſis v.) ſcripturam ueterem hic, quamuis mendoſam, expreſſi: nihil aliud præſtare potui. quę talis eſt, tamen L. Lomeo, his &c. uel, tamen comeo h. unde coniectura ductus, dubitanter, & timidè, faciebam, tamen λακωνίζων, his ipſis uerbis, &c. λακωνίζων autem, breuitatem Laconum imitans. vel ſic potiùs, tamen λακωνικῶς, id eſt Laconicè. iudicent eruditi, & excogitent aliquid verius.

CICE-

CICERO ATTICO S. 13

A [a] *Murænæ liberto nihil adhuc acceperam litterarum.* [b] *P. Siser reddiderat eas, quibus rescribo. De Seruii patris litteris quod scribis: item, Quinctum in Syriam venisse, quòd ais esse qui nuntient: ne id quidem verum est. Quòd certiorem te vis fieri, quo quisque in me animo sit, aut fuerit eorum, qui huc venerunt: neminem alieno intellexi. Sed, quantum id mea intersit, existimare te posse* [c] *certò scio. Mihi cùm omnia sunt intolerabilia ad dolorem, tum maximè, quòd in eã causam venisse me uideo, ut ea sola vtilia mihi esse uideantur, quæ semper nolui. P. Lentulum patrem Rhodi esse aiunt, Alexandriæ filium: Rhodoque Alexandriam C. Cassium profectum esse constat. Quinctus mihi per litteras satisfacit, multo asperioribus verbis, quàm cùm grauissimè accusabat. Ait enim, se ex litteris tuis intelligere, tibi non placere, quòd ad multos de me asperiùs scripsit. Itaque se pœnitere, quòd animum tuum offenderit: sed se iure fecisse. Deinde perscribit spurcissimè, quas ob causas fecerit. Sed neq. hoc tempore, neq. ante patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppreßum videret. Atq. utinam uel nocturnis, quemadmodum tu scripseras, itinerib. propiùs te accessißem. Nunc nec vbi, nec quando te sim visurus, poßum suspicari. De coheredibus* [d] *Fusidianis nihil fuit, quod ad me scriberes. nam & æquum postulant: &, quidquid egißes, rectè esse actum putarem. De fundo Frusinati redimendo iampridem intellexisti uoluntatem meam. etsi tum meliore loco res erant nostræ,* [e] *neque tam mihi disperaturi videbamur: tamen in eadem sum voluntate.*

a L. Murenæ
b sic. v. c. fort. P. Seruilius r. al. P. libertus r.
c L. certè scio.
d L. Fusidianis
e v. c. neq. tam mihi desperatum iri videbantur,

tate. Id quemadmodum fiat, tu videbis: & uelim, quoad poteris, consideres, vt sit, unde nobis suppeditentur sumtus necessarii. Si quas habuimus facultates, eas Pompeio tum, cùm id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaque tum & à tuo villico sumsimus, & aliunde mutuati sumus, cùm Quinctus quereretur per litteras, sibi nos nihil dedisse, qui neque ab illo rogati sumus, neque ipsi eam pecuniam [a] aspeximus. Sed velim videas, quid sit, quod confici possit, quidque mihi de omnibus des consilii: [b] & causam nostri. Plura ne scribam, dolore impedior. Siquid erit, [c] quod ad quos scribendum meo nomine putes, uelim, ut soles, facias: quotiesque habebis cui des ad me litteras, [d] nolim pretermittas. Vale.

a v.c. aspecsimus.
b fort. etenim caus.
c fort. quod ad aliquos
d L. ne prætermittas.

CICERO ATTICO S. 14

Non me offendit ueritas litterarum tuarum, quòd me [a] tum communibus, tum præcipuis malis oppressum, ne incipis quidem, ut solebas, consolari: fatersque id fieri iam non posse. nec enim ea sunt, quæ erant antea, quum, vt nihil aliud, comites me, & socies habere putabam. Omnes enim Achaici deprecatores, item qui in Asia, quibus non erat ignotum, etiam quibus erat, in Africam dicuntur nauigaturi. Ita, præter Lelium, neminem habeo culpæ socium: qui tamen hoc [b] meliore in causa est; quòd iam est receptus. De me autem, non dubito, quin ad Balbum, & ad Oppium scripserit: à quibus, si quid esset lætius, certior factus essem: tecum etiam essent locuti: quibuscum tu de hoc ipso colloquare velim: & ad me, quid tibi responderint, scribas: non quòd ab isto salus data quidquã habi-

a L. cùm comm.
b al. hoc meliore causa est,

5 10 15 20 25 30

habitura sit firmitudinis: sed tamen aliquid consuli, & prospici poterit. Etsi omnium conspectum horreo, præsertim hoc genero, tamen, in tantis malis, quid aliud velim, non rperio. Quinctus pergit, vt ad me 5 & Pansa scripsit, & Hirtius: isque item Africam petere cum ceteris dicitur. Ad Minutium[a] parentem scribam: & tuas litteras mittam ad te scribam, numquid[b] egerit. HS. xxx. potuisse mirarer, nisi multa de[c] Fusidianis prædiis: & id video tamen. Te ex- 10 specto: quem videre, si ullo modo potes venire, peruellem. Iam extremum concluditur: [d] ibi facile est. quid, quale sit, grauius existimare. Vale.

a al. patrem
b L. egerim
c L. Fufidianis pr.
d fort. tibi facile

CICERO ATTICO S. 15

15 Quoniam iustas causas offers, quòd te hoc tempore videre non possim: quæso, quid sit mihi faciendum. Ille enim ita videtur Alexandriam tenere, vt eum scribere etiam pudeat de illis rebus.[a] si autē ex Africa iā affuturi videntur.[b] Achæi 20 item ex Asia redituri ad eos, aut libero aliquo loco cō moraturi. Quid mihi igitur putas agendum? Video difficile esse consilium. sum.n.solus, aut cum altero, cui neque ad illos reditus sit: neque ab iis ipsis quidquam ad spem ostendatur. Sed tamen scire velim, quid 25 censeas: idque erat cum aliis, cur te, si fieri posset, cuperem videre. Minutium xii. sola curasse scripsi ad te antea. quod superest, velim videas, vt curetur. Quinctus non modò non cum magna prece ad me, sed acerbissimè scripsit: filius verò mirifico odio. nihil 30 fingi potest mali, quo non vrgear. Omnia tamen sunt faciliora, quàm peccati dolor, qui & maximus est,

a L. hi
b fort. Achaici, itēq. Asiatici, aut redituri ad eos, aut libero aliq. fort. Achaici item qui in Asia, aut red. &c.

est, & æternus. Cuius peccati si socios essem [a] habiturus ego, quos putaui, tamen esset ea consolatio tenuis. Sed habet aliorum omnium ratio, exitum: mea, nullum. alii capti, alii interclusi non veniunt in dubiũ de voluntate: eo minus scilicet, cùm se expedierint, & vnà esse cœperint. ii autem ipsi, qui suà voluntate ad [b] Fusium venerunt, nihil possunt, nisi timidi existimari. Multi autem sunt, [c] qui, quicumq. sunt, modò ad illos se recipere volent, recipientur. quo minus debes mirari, non posse me tanto dolori resistere. solius enim meum peccatum corrigi non potest: & fortasse Lælii: sed quid me id leuat? nam C. quidem Cassium aiunt consilium Alexandriam eundi mutauisse. Hęc ad te scribo, [d] non vt queas tu demere sollicitudinem, sed vt cognoscam, ecquid tu ad ea afferas, quę me conficiunt, ad quæ gener accedit, & cetera, quę fletu reprimor, ne scribam. Quinetiam Aesopi F. me excruciat. prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Sed ad primum reuertor: quid putes faciendum: occultene aliquò propius veniendum, an mare transeundum. nam hic maneri diutius non potest. De [e] Fusidianis quare nihil potuit confici? genus enim condicionis eiusmodi fuit, in quo non solet esse controuersia: cùm ea pars, quæ videtur esse minor, licitatione expleri posset. Hæc ego non sine causa quæro. suspicor enim, coheredes dubiam nostram causam putare, & eò rem in integro [f] esse. Vale. prid. Id. Maii.

a L. habiturus eos, quos put.

b L. Fufiũ

c L. qui, quocumq. modo ad illos se r. v. al. qui, quandocumque ad illos, &c. al. qui, quocunque sint loco, si modò ad illos se rec. v. al. qui, vbicũque sint, quandocũque ad ill. &c.

d v. c. non vt queam tuam dem. non pl.

e L. Fufidianis

f L. esse mal le. Vale. pri. &c. ale. fie velle. Vale. &c.

CICERO ATTICO. S. 16

NOn meo vitio fit hoc quidem tempore (antè. n. est peccatum) vt me ista epistola nihil consoletur.

tur. nam & exiguè scripta est, & suspiciones magnas habet, non esse ab illo: quas animaduertisse te existimo. De obuiam itione, ita faciam, vt suades. 1 [a] Neque enim valde aduentus eius opinio est, neque, siqui ex Asia veniunt, quidquam auditum esse dicunt de pace: cuius ego spe in hanc fraudem incidi. Nihil video, quod sperandum putem, nunc præsertim, cùm ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in ipsa Alexandria, in urbe, in Italia. Ego verò, etiamsi rediturus ille est, qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante reditum eius negotium confectum iri puto. Quòd autem scribis, quandā lętitiam bonorum esse commotam, vt sit auditum de litteris: tu quidem nihil prætermittis, in quo putes aliquid solatii esse: sed ego non adducor, quemquam bonum vllam salutem putare mihi tanti fuisse, vt eam peterem [b] ab vllo: & eo minus, quòd huius consilii iam ne socium quidem habeo quēquam. Qui in Asia sunt, rerum exitum expectant. Achaici etiam [c] Fusio spem deprecationis afferunt. horum & timor idem fuit primò, qui meus, & constitutum. mora Alexandrina causam illorum correxit, meam euertit. Quamobrem idem à te nunc peto, quod superioribus litteris, vt, siquid in perditis rebus dispiceres, quod mihi putares faciendum, me moneres. si recipior ab eis, quòd vides non fieri, tamen quoad bellum erit, quid agam, aut vbi sim, non reperio. [d] sin iactor: eo minùs. itaq. tuas litteras expecto, easq. vt ad me sine dubitatione scribas, rogo. Quòd suades, vt ad Quinctum scribam de his litteris: facerem, si me quidquam istę litteræ delectarent. etsi quidam scripsit ad me his verbis:

[a] al. Neq. enim vlla de aduentu eius op.

[b] al. ab illo.

[c] L. Fufio

[d] L. sin iactor, aut reijcior. eo minus.

verbis: EGO (VT IN HIS MALIS) PATRIS SVM NON INVITVS: ESSEM LIBENTIVS, SI FRATER TVVS EA DE TE LOQVERETVR, QVAE EGO AVDIRE VELLEM. *Quòd ais illum ad te scribere, me sibi nullas litteras remittere: semel ab ipso accepi. ad eas Cephalioni dedi, qui multos menses tempestatibus retentus est. Q. filium ad me acerbissimè scripsisse, iam antè ad te scripsi. Extremum est, quod te orem, si putas rectum esse, & à te suscipi posse, cum Camillo communices, vt Terentiam moneatis de testamento. Tempora monent, vt videat, vt satisfaciat, quibus* [a] *debeat. Auditum ex Philotimo est, eam sceleratè quædam facere. credibile vix est. sed certè, si quid est, quod fieri possit, prouidendum est. De omnibus rebus velim ad me scribas,* [2] *& maximè* [b] *quid scribas de ea: in quo, tuo consilio egeo, etiam si nihil excogitas.* [3] *id. enim mihi erit pro desperato. Vale.* III. *Non. Iun.*

a L. debet.

b L. quidē scr.

ANNOTATIONES.

1 neque enim vlla de aduentu eius opinio est) sic restitui cùm in omnibus libris hic locus esset corruptus, in quibus legitur partim, neque enim valde aduentus, partim, valde aduentu, &c. numquam enim, valde, cum substantiuo (vt appellant nomine) coniungitur. Ita vna littera addita, & duabus locum inter se permutare iussis, ex, vel, feci, vla: deinde l, addita, vlla. quæ emendandi ratio, nisi me fallit, verecunda est.

2 & maximè quidem scribas de ea) verbum, scribas, quod negat comparere in nonnulli codicibus manuscrip. ego reperi in Turnes. & Hurlatino, & Memmianis.

3 id enim mihi erit pro desperato) Memmiani codices habent pro, explorato: quàm scripturæ varietatem notat & Corradus: additq. sibi probari: à quo non dissentio, aut certè pro, deplorato, legendum sit potius, quàm pro, desperato. Codex Turnes. tamen sic habet, vt vulgati pro, desperato. Itaque nihil muto.

CICE-

CICERO ATTICO S. 17

PRoperantibus tabellariis alienis, hanc epiſtolam [a] dedi, eo breuiorem, quòd eram miſſurus [b] meos. Tullia mea venit ad me prid. Id. Iun. deque tua erga
5 *ſe obſeruantia, beneuolentiaque mihi plurima expoſuit, litterasque reddidit trinas. Ego autem ex ipſius virtute, humanitate, pietate, non modò eam voluptatem non cepi, quam capere ex ſingulari filia debui, ſed etiam incredibili ſum dolore affectus, ta-*
10 *le ingenium in tam miſera fortuna verſari: idque accidere nullo ipſius [c] delicto, ſed ſumma culpa mea. Itaque à te neque conſolationem iam, qua cupere te vti video, neque conſilium, quod capi nullum poteſt, exſpecto: teque omnia cùm ſuperioribus ſæpe litte-*
15 *ris, tum proximis [d] tentaſſe intelligo. Ego cum Salluſtio Ciceronem ad Cæſarem mittere cogitabam. Tulliam autem, nõ videbam eſſe cauſam, cur diutiùs mecum tanto in communi mærore retinerem, [e] Itaq. eram tibi eam, cùm primùm per ipſam liceret, remiſſurus.*
20 *pro ea, quemadmodum [f] conſolandis ſcripſiſti, P. tanta eo me ſcripſiße, quæ tu ipſe intelligis reſponderi poße. Quòd Oppium tecum ſcribis locutum, non abhorret à mea ſuſpicione eius oratio: ſed non dubito, quin iſtis perſuaderi nullo modo poſſit, ea, quæ faciant, mihi*
25 *probari poſſe, quoquo modo loquar. Ego tamen vtar moderatione, qua potero. quamquam quid mea interſit, ut eorum odium ſubeam, non intelligo. Te iuſta cauſa impediri, quominùs ad nos venias, video, idque mihi ualde moleſtum eſt. Illum ab Alexandria diſceſſiſſe nemo nuntiat: conſtatque ne profe-*
30 *ctum quidem [g] illò quemquam poſt Id. Mart. nec poſt*

[a] L. dedi eò breuior eſt, & quòd er.

[b] L. noſtros.

[c] v. c delicto, ſumma c. & ita alii lib. vul.

[d] v. c. temptaſſe int. non plac.

[e] al. Itaq. eam tibi iam cùm primùm, & ipſam liceret, eram remiſſ.

[f] L. conſolandi ſcilicet cauſa ſcripſiſti, putato ea me ſcripſ. quæ tu ipſe intelligis reſpond. potuiſſe. Q.

[g] L. illim al. illinc.

idus Decembr. ab illo datas ullas litteras. ex quo illud intelligis, illud de litteris [a] *ad v. idus Febr. datis (quod inane esset: etiam si verum esset) non verum esse. L. Terentium discessisse ex Africa scimus, Pæstumque uenisse. Quid is afferat, aut quomodo exierit, aut quid in Africa fiat, scire velim. Dicitur enim per* [b] *Vasidium emissus esse. Id quale sit, velim, si inueneris, ad me scribas. De HS. x. ut scribis faciam. Vale. XVIII. kal. Quinct.* 5

a L. ad v.

b L. Nasidium.

CICERO ATTICO S. 18 10

DE illius ab Alexandria discessu nihil adhuc rumoris: contraque opinio, valde esse impeditum. Itaque nec mitto, vt constitueram, Ciceronem: & te rogo, ut me hinc expedias. Quoduis enim supplicium 15 *leuius est hac permansione. Hac de re & ad Antonium scripsi, & ad Balbum, & ad Oppium. Siue enim bellum in Italia futurum est, siue classibus utetur, hic esse me minimè conuenit: quorum fortasse utrumque erit: alterum certè. Intellexi omnino ex* 20 *Oppii sermone, quem tu mihi scripsisti, quæ istorum via esset: sed, ut eam flectas, te rogo. Nihil omnino iam exspecto, nisi miserum. Sed hoc perditius, in quo nunc sum, fieri nihil potest. Quare,* [a] *cum Antonio loquare, uelim, & cum istis: & rem, ut poteris, expedias, & mihi quamprimùm de omnibus rebus rescribas. Vale. XII. kal. Quinctil.* 25

a al. & cum Ant.

CICERO ATTICO S. 19

FAcilè assentior tuis litteris, quibus exponis pluribus verbis, nullum te habere consilium, quo à te 30

te possim iuuari. Consolatio certè nulla est, quæ leuare possit dolorem meum. nihil est enim contractum casu: nam id esset ferendum: sed omnia fecimus his erroribus, & miseriis, & animi, & corporis: quibus
5 *proximi vtinam mederi maluissent, quàm obesse. Quoniam neq. consilii tui, neque consolationis cuiusquam spes vlla mihi ostenditur, non quæram hæc à te posthac: tantùm velim, ne pristinum hoc officium intermittas: scribas ad me, quidquid veniet tibi in men-*
10 *tem, cùm habebis, cui des, & dum erit ad quem des: quod longum non erit. Illum discessisse Alexandria rumor est non firmus, ortus ex Sulpicii litteris: [1] quas [a] cuncti postea nuntii confirmarunt. quod, verum, an falsum sit, quoniam mea nihil interest, vtrùm*
15 *mal im, nescio. [2] Quòd ad te iampridem de testamento [b] scripsi apud epistolas, velim, & possim aduersus ego huius miseriam ea facultate confectus, conflictari. nihil umquam simile natum puto. cui si qua re consulere aliquid possum, cupio à te admoneri. Video,*
20 *eandem esse difficultatem, quam in consilio dato antè: tamen hoc me magis sollicitat, quàm omnia. in pensione secunda cæci fuimus. alium mallem. sed præteriit. Te oro, ut in perditis rebus, si quid cogi, confici que potest, quod sit in tuto, ex argento, neque*
25 *satis multa ex suppellectile, des operam. Iam enim mihi videtur adesse extremum, nec ulla fore condicio pacis, eaque, quę sunt, etiam sine aduersario peritura. Hęc etiam, si videbitur, Cum Terentia [c] loquere opportunè. Non queo omnia scribere. Vale.*
30 *III. Non. Quinctil.*

a L. euntes postea n.

b L. scripsi: apud te, q̃d postulas, velim, ut possim ego aduersus huius miseriã, tua facultate fretus, cõflictari:

c L. loquitor al. loquare

ANNOTATIONES.

1 quas euntes postea nuntij) quamobrem hanc codicum ueterum scripturam respuerem, causa nulla uisa est, presertim cùm uulgata, cuncti nuntij, sit inepta.

2 Quod ad te iampridem de testamento scripsi: apud te, quod postulas, uelim, ut possim, &c.) hic locus partim Corradi, partim duorum amicorum meorum, doctorum hominum, coniectura, quam nonnihil ego ipse adiuui, emendatus est: ita certè immutatus, ut, cùm sententiam & planam, & cum argumento harum epistolarum consentaneam contineat, tum haud ualdè longè à scriptura recepta discedat, huius autem loci hæc sententia est. Velim apud te testamentum deponat Terentia, (ut scribitur planiùs epistola uicesima secunda;) quod postulas, poteris eam monere, ut alicui committat, cuius, extra periculum huius belli, fortuna sit. equidem tibi potissimùm uelim, &c. Ordinem autem harum epistolarum, qui perspicuè erat perturbatus, ego ex dierum quibus datæ sunt, ratione, restitui, multis uiris doctis com probantibus.

CICERO ATTICO S. 20

a L. scripsit, te esse secum locutum.
b v.c. & oportet,
c L cùm ab illo acc.
d v. c. temptari. non plac.
e v.c. quidam Rh.
f v.c. pridie eum diem uen. non pl

QVòd ad te scripseram, ut cùm Camillo communicares: de eo Camillus mihi [a] scripsit, te cum eo locutum. Tuas litteras exspectabam: nisi illud quidem mutari, si aliter est, [b] atque oportet, non video posse: sed [c] cum à nullo accepissem litteras, desideraui tuas [1] (etsi putabam te certiorem factum nõ esse) modò ualeres. scripseras enim te quodam ualetudinis genere [d] tentari. Augustus [e] quidem Rhodo uenerat VIII. Id. Quinct. Is nuntiabat, Q. fratrem ad Cęsarem profectum IIII. Kal. Iun. Philotimũ Rhodum [f] pridie eius diei uenisse. habere ad me litteras. ipsum Augustum audies. sed tardius iter faciebat. eò feci; ut celeriter eunti darem. quid sit in his litteris, nescio. sed mihi ualde Q. frater gratulatur. Equidem in meo tanto peccato nihil ne cogitatione quidem assequi possum, quod mihi tolerabile possit esse. Te oro, ut de hac misera cogites: & illud, de quo ad te proximè scripsi,

scripsi, vt aliquid conficiatur ad inopiam propulsandam, & etiam de ipso testamento. Illud quoque vellem anteà: sed omnia timuimus. Melius quidem [a] *in pessimis* [b] *nihil fuit dissidio. aliquid fecissemus, vt* [c] *viui, vel tabularum nouarum nomine, vel nocturnarum* [d] *expugnationum, vel Metellæ,* [2] [e] *vel omnium maiorum: nec res* [f] *periisset, & videremur aliquid doloris virilis habuisse. Memini omnino tuas litteras: sed & tempus illud. etsi quiduis præstitit.* [g] *nunc quidem ipsa videtur denuntiare. Audimus enim* [h] *de statu reip. ò dii, generumne nostrum potissimum, vt hoc, vel tabulas nouas? Placet mihi igitur, & idem tibi, nuntium remittit. Petet fortaße tertiam pensionem.* [i] *Considera igitur tum, ne vim abuso nascetur, an prius. Ego, si vllo modo potuero, vel nocturnis itineribus experiar, vt te videam. Tu & hæc, &, siquid erit, quod intersit me scire, scribas velim. Vale.*

a v. c. in pessimis

b L. nihil fuit discidio. & ita v. c.

c L. viri,

d L. expugnationum metu, vel omn.

e L. vel omnium malorum:

f v. c. perisset,

g L. nunc quidem ipse vid.

h v.c. destaturi Clodi, gen. al. v.c. detestari Clodi. g.

i L. & v. c. Considera igitur, tum ne, cùm ab ipso nasc.

ANNOTATIONES.

1 etsi putabam te certiorem f) sic habent omnes nostri libri veteres, in his Turnesianus, & pleræq. editiones vulgatæ. Quòd autem Manutius, te fortiorem f. legit, & putat hoc ad inualetudinem Attici referendum, quasi Atticus non prorsus valeret: (his enim verbis vtitur Manutius, non putabam te prorsus valere) miror a Manutio hæc esse scripta. Nam Latinè dici non potest, fortis est, aut minus fortis est, pro, validus est, aut minus validus est, seu firmus est, aut minus firmus est.

2 vel omnium malorum:) Sic etiam olim excudendum curaui, in prima iam editione, cùm in planè scriptum reperissem in codice Turnesiano, non, omnium maiorum, vt habent libri vulgati, & nonnulli manuscripti. Quod nunc idcirco adscripsi, quod P. Victorius, quinque annis post illam meam Ciceronis editionem, scripsit libro Var. lectio. x x x v i i. Cap. xi. se arbitrari hoc loco legi debere, vel omnium malorum, quasi rem aliquam magnam, & nouam, & inauditam afferens: cùm præsertim etiam Corradus multo antè ita legendum censuisset. Porrò superiore versu, vbi libri vulgati habent, vel tabularum nouarum nomine, vel nocturnarum expugnationum, vel Metellæ, vel omnium &c. manuscr. verò, in his

Turnesianus, cetera cum vulgatis congruentes, hoc tantum ab eis discrepant, quòd pro, vel Metellæ habent, vel in Metellæ: ego suspicatus hoc,in Metellæ, esse deprauatum, cùm à Cicerone scriptum esset metu, deinde ex, metu, vel factum, Metellæ: deinde postea additum esset,nomine, ab aliquo sciolo: ego conieci.sic esse legendum,vel tabularum nouarum,vel nocturnarum expugnationum metu,vel omnium malorum:&c. 5

CICERO ATTICO S. 18

CVm tuis dare possem litteras, non prætermisi, etsi, quid scriberem, non habebam. Tu ad nos & rarius scribis, quàm solebas, & breuius: credo 10 *quia nihil habes, quod me putes libenter legere, aut audire posse. Verumtamen* [a] *velim, si quid erit, qualecumque erit, scribas. Est autem vnum, quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit. quod nulla equidem habeo in spe. sed quia tu leuiter interdum si-* 15 *gnificas, cogis me sperare, quod optandum vix est. Philotimus dicitur idib. Sextil. Nihil habeo de illo amplius. Tu velim ad ea mihi rescribas, quæ ad te antea scripsi. Mihi tantum temporis satis est, dum, vt in pessimis reb. aliquid caueam, qui nihil vnquam* 20 *caui. Vale. XI. Kal. Sextil.*

[a] al. velim, quod erit,

CICERO ATTICO S. 19

QVæ dudum ad me, & quę [a] *etiam antè bis ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse vera. Eò* 25 *sum miserior, etsi nihil videbatur addi posse, quòd mihi non modò ir[illegible], grauissima iniuria accepta, sed ne dolore quidem impunè liceat. Quare istud feramus. quod cùm tulerimus, tamen eadem erunt perpetienda, quæ tu, ne accidant, vt caueamus, mones.* 30 *Ea enim est à nobis contracta culpa,* [b] *vt omni statu, omniq.*

[a] L. & quæ etiam ad meam Tulliam de me scr.

[b] sic. v. c. fort legend. vt omni statu reip. eundem exitum

omnique populo, eundem exitum habitura videatur. Sed ad meam manum [a] *redierint. etenim hæc occultius agenda. Vide, quęso, etiam nunc de taſtamento: quod tum factum, cùm illa quærere cœperat.* [b] *non credo, & commoti, neque eum rogari, ne me quidem: sed quaſi ita ſit, quoniam in ſermonem iam veniſti, poteris eam monere, vt alicui committat, cuius, extra periculum huius belli, fortuna ſit. Equidem tibi potiſſimum velim, ſi idem illa vellet: quam quidem celo miſeram,* [c] *me in hoc timere de illo altero. Scio equidem venire nunc nil poſſe: ſed ſeponi, & occultari poſſunt, vt extra ruinam ſint eam, quæ impendet. Nam, quòd ſcribis, nobis noſtra,* [d] *& tua, Terentiæ fore parata, tua credo: noſtra quæ poterunt eſſe? De Terentia autem (mitto cetera, quæ ſunt innumerabilia) quid ad hoc addi poteſt? Scripſeras, vt HS. XII. permutaret: tantum eſſe reliquum de argento. Miſit illa CCIↃↃ. mihi: & adſcripſit tantum eſſe reliquum. cùm hoc tam paruum de paruo detraxerit, perſpicis, quid in maxima re fecerit? Philotimus non modò nullus venit, ſed ne per litteras quidem, & aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit. Epheſo qui veniunt, ibi ſe eum de ſuis controuerſiis in ius adeuntem vidiſſe nuntiant: quæ quidem (ita enim* [e] *veriſimile eſt) in aduentum Cæſaris fortaſſe reiiciuntur. Ita aut nihil puto eum habere, quod putet ad me celeriùs perferendū, & eo me magis eſſe deſpectum: aut, etiam ſi quid habet, id, niſi omnibus ſuis negotiis confectis, ad me referre* [f] *non curet. Ex quo magnum equidem capio dolorem, ſed non tantū, quantum videor debere. nihil enim mea minùs inter-*

a L. redie-ro.ſunt.n.

b L. non, cre do, te commonuit, neque rogauit, ne me q.

c L. me hoc timere. De illo altero, ſcio equidem venire

d L. & tua, Tulliæ fore p.

e v. c. veriſimile'ſt)

f L. non curat.

esse puto, quàm, quid illinc afferatur. id quamobrem, te intelligere[a] *certò scio. Quòd me mones de vultu, & oratione ad tempus accommodanda, etsi difficile est, tamen imperarem mihi, si mea quidquam interesse putarem. Quòd scribis, litteris*[b] *putare Africanum negotium confici posse, velim scriberes, cur ita putares. mihi quidem nihil in mentem venit, quare id putem fieri posse. Tu tamen velim, siquid erit, quod consolationis aliquid habeat, scribas ad me. sin, vt perspicio, nihil erit: scribas idipsum. Ego ad te*, [c] *si quid audiero, citius scribam. Vale.* VIII. *idus Sextileis.*

a L. certè scio.

b L. te putare

c L. siquid audiero citius, scr.

CICERO ATTICO S. 23

D*Eecimoseptimo kalend. Septembr. venerat die* XXVIII. *Seleucia Pieria C. Trebonius: qui se*[a] *Antiochiæ diceret apud Cæsarem vidisse Q. F. cum Hirtio: eos de Q. quæ voluissent, impetrasse nullo quidem negotio: quod ego magis gauderem, si ista nobis impetrata quidquam ad spem, explorati haberent. Sed & alia timenda sunt,*[b] *ab aliisque, &, ab hoc ipso quæ dantur, vt à domino, rursus in eiusdem sunt potestate. Etiam Sallustio ignouit. Omnino dicitur nemini negare. quod ipsum est suspectum, nationem eius differri. M. Gallius, Q. F. mancipia Sallusti reddidit. Is venit, vt legiones in Siciliam traduceret, & protinus iturum Cæsarem Patris. Quod si faciet, ego, quod antè mallem, aliquò propius accedam. Tuas litteras ad eas, quibus à te proximè consilium petiui, vehementer expecto. Vale.* XVI. *Kal. Septembr.*

a v. c. Antiocheæ

b L. quæ ab alijs, & ab h.

CICERO ATTICO S. 24

ACcepi VI. kal. Septembr. litteras à te datas XII. kal. doloremque, quem ex Quincti scelere iampridem acceptum, iam abieceram, lecta eius epistola grauissimum cepi. Tu etsi non potuisti vllo modo facere, vt mihi illam epistolam non mitteres, tamen mallem non esse missam. Ad ea autem, quæ scribis de testamento, videbis, quid, & quomodo. De nummis, & illa sic scripsit, vt ego ad te antea: & nos, siquid opus erit, vtemur ex eo, de quo scribis. Ille ad Kal. Septembr. Athenis non videtur fore. Multa[a] enim in Asia dicuntur morari: maximè Pharnaces. legio XII. ad quam primùm Sulla venit, lapidibus egisse hominem dicitur. nullam putant se commoturam. illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam. sed, si hoc ita est, huc veniat necesse est. ac mallem illum. aliquo enim modo hinc euasissem. nunc metuo, ne sit expectandum, & cùm reliquis etiam loci grauitas [b] hic miserrimè perferenda. Quòd me mones, vt ea videam, quæ ad tempus accommodem: facerem, si res pateretur, &, si vllo modo fieri posset. sed in tantis nostris peccatis, tantisque nostrum iniuriis, nihil est, quod aut facere dignum nobis, aut simulare possim. Sullana confers: in quibus omni genere ipso præclarissima fuerunt, moderatione paullo minùs temperata. Hæc autem eiusmodi sunt, [c] vt obliuiscar mei, toq. malim, quod omnibus sit melius, quorum vtilitati meam iunxi. Tu ad me tamen [d] velim quàm sæpissimè scribas, eoque magis, quod præterea nemo scribit: ac si omnes, tuas tamen maximè expectarem. Quòd scribis illum per me Quincto fore placatiorem, scripsi

a L. eum in AC

b q. v. c. huic miserrimæ perf.

c L. vt obliuiscar. mei, idq. mali. q.

d al. vellem

scripsi ad te antea eum statim Q. F. omnia tribuisse, nostri nullam mentionem. Vale.

ANNOTATIONES.

1 etiam loci grauitas hic miserrimè perf.) codex Turnesianus habet, huic miserrimæ perf. quod tamen non sequor, neq. valde probo. idem enim hic dicitur, quod epist. seq. vix sustineo grauitatem huius cœli ex quibus verbis, velim etiam hic legi, etiam cæli grauitas hic miserrimæ &c. Si quis tamen codicis Turnes. scripturam magis probabit, non pugnabo. 5

CICERO ATTICO S. 25 10

Diligenter mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius. accepi enim à te litteras: quibus videris vereri, vt epistolas illas acceperim: quas quidem uellem mihi numquā redditas. auxerunt enim mihi dolorem: nec, si in aliquem incidissent, quidquam noui attulissent. Quid enim tam peruulgatum, quàm illius in me [a] *odium? & genus hoc litterarum, quod ne Cæsar quidem ad istos videtur misisse,* [b] *quasi quo illius improbitate offenderetur: sed credo, vti notiora nostra mala essent. Nam quòd te vereri scribis, ne illi obsint, eique rei mederi: ne rogari quidem se passus est de illo: quod quidem mihi molestum non est: illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere. Sulla, vt opinor, cras hic erit cum Messalla: currunt ad illum pulsi à militibus: qui se negant vsquam, nisi acceperint. Ergo ille huc veniet: quod non putabant: tardè quidem. itinera enim ita facit, vt multos dies in oppidum ponat. Pharnaces autem, quoquo modo aget, afferet moram. Quid mihi igitur censes? iam enim corpore vix sustineo grauitatem huius cæli, qui mihi laborem affert in dolore. An his illuc euntibus*

15 20 25 30

a L. odiū, & genus hoc litterarum? quod

b fort. quasi ill. fort. quòd ill.

bus m mdem, vt me excuſent? ipſe accedam propius? quæſo attende, & me, quod adhuc ſæpe rogatus non feciſti, conſilio iuua. Scio rem diffi'ilem eſſe: [1] *ſed vt in malis. Etiam illud mea magni intereſt, te vt videam. profectò aliquid profecero, ſi id acciderit. De teſtamento, vt ſcribis, animaduertes. Vale.*

ANNOTATIONES.

1 ſed vt in malis. Etiam illud &c.) ſecutus ſum Manutij coniecturam: quam nonnulli ex noſtris codicibus confirmant. Quòd autem Petr. Victorius lib. 37. Var. lect. cap. 22. ſcripturam uulgatam, quæ in pleriſque libris manuſcrip. reperitur, tuetur: ab eo diſſentio: quin contendo eam ferri non poſſe. Nam primùm, qnòd ille ſic explicat, ſed vt malis, id eſt, dum modò hoc potius, quàm aliud facere malis: non loquuntur ita Latini & dixiſſet potius Cicero: ſed velis modò: vel, ſed fac, vt velis modò: vel, ſed fac vt nihil malis. Deinde, vt demus Latinè ita dici poſſe, quod tamen nullo modo poteſt, tamen, ſi Cicero hanc ſententiam, quam vult Victorius, verbis Latinis expreſſiſſet: Atticum ſignificaſſet ſibi minus bene velle, neque admodum ſui ſtudioſum eſſe. Proinde enim eſſet ac ſi diceret, voluntatem ei deeſſe amicum iuuandi. Nunc autem hæc, quam ſequimur, lectio, primum Latiniſſima eſt, vt multis exemplis collectis Marutius demonſtrat: deinde ſententia & huic loco aptiſſima, & ſenſui Ciceroni conuenientiſſima eſt. Hoc enim ſignificat Cicero: me conſilio iuua. Scio rem difficilem eſſe, me, qui totus perij, iuuare, verumtamen, me, vt in malis, id eſt, vt iuuari poſſum in hac perdita, atque afflicta fortuna, iuua. Addit deinceps, Etiam illud mea magni intereſt, quamuis ſcilicet, nihil mea intereſſe poſſe videatur, cuius res ſint deploratæ, ac deſperatæ: tamen magni mea intereſt, te vt videam. &c.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

5

LIBER XII.

CICERO ATTICO S. I

VNDECIMO *die, postquàm à te discesseram, hoc litterularum exaraui, egrediens è villa, ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano:* [a] *ibi vnum diem. v. kal. igitur ad constitutum: atque vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, ad osculũ Atticę possum currere. Quòd quidem ipsum scribe, quæso, ad me, vt, dum consisto in Tusculano, sciam, quid garriat: siue rusticatur, quid scribat ad te: eique interea aut scribes salutem, aut nuntiabis, itemque Piliæ: & tamen, etsi continuò congressuri sumus, scribes ad me si, quid habebis. Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius. qua lecta, de Atticę febricula* [b] *uidelicet valde dolui. Reliqua, quæ expectabam, ex tuis litteris cognoui omnia.* [c] *Sed quòd scribis igniculum matutinum γεροντικώτερον est memoriola vacillare. Ego enim IIII. Kal. Axio dederam: tibi III. Quincto, quo die uenißem, id est,* [d] *v. kalend. Hoc igitur habebis: noui nihil. Quid ergo opus erat epistola? quid cùm coràm sumus, & garrimus, quidquid in buccam? est profectò*

10 15 20 25 30

a al. vbi vn.
b al. scilicet
c L. Sed, quod scribis igniculum matutinum, γεροντικόν, γεροντικώτερον est m
d L. id est 11. kal.

fecto[a] quædam λέσχη: quę habet, etiam si nihil subest, collocutione ipsa suauitatem. a L. quiddã λέσχη: q.

ANNOTATIONES.

1 γεροντικὸν, γεροντικώτερον) uocem γεροντικὸν, quæ deerat, restituimus.

5 *Verba Græca, Latinis expressa.*

γεροντικὸν, γεροντικώτερον, senile, senilius.
λέσχη, confabulatio.

CICERO ATTICO S. 2

10 *Hic rumor est, [a] T. Murcum periisse naufragio, Asinium delatum viuum in manus militum: L. naueis delatas in Vticam reflatu hoc: Pompeium non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse, [b] vt Patietus affirmat: sed auctor nullius rei quisquam.* a fort. L. Murcum. b al. ut Paciæcus

15 *Habes, quæ, dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea Præneste. Ibi Hirtius, & isti omnes: & quidem ludi dies octo. quæ cenę? quæ deliciæ? Res interea fortasse transacta est. O miros homines! At Balbus ædificat. τί γὰρ αὐτῷ μέλει; Verùm, si quæris [c] homi-*

20 *nera, homini, non recta, sed voluptaria quęrenti, nonne βεβίωται; Tu interea dormis. Iam explicandum est πρόβλημα, siquid acturus es. Si quęris quid putem, ego fructum puto. Sed quid multa? iam te videbo, & quidem (ut spero) de uia, rectà ad me.* c vox, homi nem, ab est à plerisque v. c.

25 *Simul enim & diem Tyrannioni constituemus, & siquid aliud.*

Verba Græca, Latinis expressa.

τί γὰρ αὐτῷ μέλει; quid enim illi curæ est? sua nihil interesse putat.

30 βεβίωται, uita traducta est.
πρόβλημα, quæstio.

CICE-

CICERO ATTICO S. 3

a v.c.&, si

VNum te puto minùs blandum esse, quàm me : [a] aut, si uterque nostrum est aliquando aduersus aliquem, inter nos certè numquam sumus. Audi igitur me hoc ἀγοητεύτως dicentem. Ne viuam, mi Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi ceteroqui sum libenter, sed μακάρων νῆσοι tanti sunt, ut sine te sim totos dies. Quare obduretur hoc triduum, ut te quoque ponam in eodem πάθει. quod ita est prosectò. sed velim scire, hodiene statim de auctione, & quo die uenias. ego me interea cum libellis. Ac molestè fero Vennonii me historiam non habere. Sed tamen ne nihil de re, nomen illud, quod à Cæsare, treis habet condiciones : aut emtionem ab hasta (perdere malo : etsi præter ipsam turpitudinem, hoc ipsum puto esse perdere) aut delegationem à mancipe, annua die (quis erit, cui credam? aut quando ipse Metonis annus veniet?) aut Vetteni condicionem, semisse. σκέψαι igitur. Ac vereor, ne iste iam auctionem nullam faciat: [b] sed ludis factis [1] [c] Clypo subsidio currat, ne talis vir ἀλογηθῇ sed μελήσει. Tu Atticam, quæso, cura, & ei salutem & Piliæ, Tulliæ quoque verbis plurimam.

5 10 15 20

b L. & sedulò his factis,
c fort. Crispo

ANNOTATIONES.

1 Crispo subsidio currat, &c.) codex Turnes. habet, Elypo: alij, Calypo: alij, Calypso: unde quidam legi uolunt Crispo. Nonnulli, Didio, malunt. 25

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀγοητεύτως, sincerè, sine fuco.
μακάρων νῆσοι, beatorum insulæ.
πάθει, affectione.
σκέψαι, considera. 30
ἀλογηθῇ, sed μελήσει, negligatur, curæ erit.

CICI.

CICERO ATTICO S. 4

O Gratas tuas mihi, iucundasque litteras. quid
5 *quæris? Restitutus est mihi dies festus. Angebar enim quòd Tiro* ἐνερευθέστερον *te sibi eße uisum dixerat. addam igitur, ut censes, vnum diem. sed de Catone,* πρόβλημα ἀρχιμήδειον *est. non aßequor, ut scribam quod tui conuiuæ non modò libenter, sed etiam*
10 *æquo animo legere poßint. Quinetiam si à sententiis eius dictis, si ab omni uoluntate, consiliisque, quæ de rep. habuit, recedam,* [1] [a] ψιλῶς *quæ velim grauitatem, constantiamque eius laudare: hoc ipsum tamen iis odiosum* ἄκουσμα *sit. Sed uerè laudari ille vir*
15 *non potest, nisi hæc ornata sint: quòd ille ea, quæ nunc sint, & futura viderit, &, ne fierent, contenderit, & facta ne uideret, uitam reliquerit. Horum quid est, quod* [b] *Atedio probare poßimus? sed cura, obsecro, ut ualeas, eamque, quam ad omneis res adhibes, in pri-*
20 *mis ad conualescendum adhibe prudentiam.*

a L. ψιλῶς quæ uelim gr.

b v. c. Aledio

ANNOTATIONES.

1 ψιλῶς quæ velim) ψιλῶς, id est, sine ornatu. Sic autem esse legendum vidit nuper, ut audio, Petr. Victorius, non, ut vulgò, ψευδῶς. Atque hanc lectionem confirmat id, quod sequitur. Sed uerò laudari ille vir non potest, nisi
25 hæc ornata sint. confirmat & codex Turnesia. qui habet, ψιλῶς.

Verba Græca, Latinis expreßa.

ἐνερευθέστερον, rubicundiorem.
πρόβλημα ἀρχιμήδειον, quæstio Archimedæa.
30 ψιλῶς, nude, tenuiter.
ἄκουσμα, auditio.

CICERO ATTICO S. 5

Quinctus pater quartum, uel potiùs millesimum, nihil sapit, qui lętetur Luperco filio, & Statio, ut cernat duplici dedecore cumulatam domum. addo etiam Philotimum tertium. O stultitiam (nisi mea maior esset) singularem. ¹ [a] Quod autem os in hanc rem ἔρανον. ² *fac nō ad* διψῶσαν κρήνην, *sed ad* πειρήνην *eum uenisse,* [b] ἀμπνδμασεμνὸν ἀλφεῖν [c] πειρήνην *(ut scribis) haurire, in tantis suis praesertim angustiis:* ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψῃ; *sed ipse uiderit. Cato me quidem delectat, sed etiam Bassum Lucilium sua. De Cœlio tu quæres, vt scribis. ego nihil noui. noscenda est natura,* [d] *non facultas. Modò de Hortensio & Virginio, tu, si quid dubitabis: etsi, quid magis placeat, ego quantùm aspicio, non facilè inueneris. Cum Mustella, quemadmodum scribis, cùm uenerit Crispus. Ad Aulum scripsi, ut ea, quæ bene* [e] *nossem de auro, Pisoni* [f] *demonstrarem. Tibi enim sanè assentior, & istud nimiùm diu duci, & omnia nunc undique contrahenda. Te quidem nihil agere, nihil cogitare aliud, nisi quod ad me pertineat, facilè perspicio, meisque negotiis impediri cupiditatem tuam ad me ueniendi. sed mecum esse te puto, non solùm quòd meam rem agis, verùm etiam quòd uidere videor, quo modo agas. Neque enim vlla hora tui mihi est operis ignota. Tubulum prætorem video L. Metello, Q. Maximo coss. Nunc uelim P.* [g] *Scæuola, pontifex max. quibus coss. tribunus pleb. Equidem puto Cæpione, & Pompeio. Pręt. enim P. Furio, Sex. Atilio. Dabis igitur tribunatum, &, si poteris, Tubulus quo crimine.*

a L. Quod autem os, in hanc rem ἔρανον à te? Fac
b aut ἀμ πν.
c L. κρήνην
d L. non facultas modò. De Hort.
e L. nosses
f L. demonstraret.
g q. v. c. Scæuola,

mine. Et vide, quæso, L. Libo, ille, qui de Ser. Galba, [a] *Censorino, & Manilio, an T. Quinctio,* [b] *Manlio* coss. *tribunus pl. fuerit.* [c] *conturbor enim epitome Bruti Fanniana. in Bruti epitoma* [d] *Fannianorum scripsi, quod erat in extremo: idque ego secutus, hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Lælii. sed tu me* γεωμετρικῶς *refelleras: te autem nunc Brutus, & Fannius. Ego tamen de bono auctore Hortensio sic acceperam, vt apud Brutum est. Hunc igitur locum expedies. Ego misi Tironem Dolabellæ obuiam. is ad me idibus reuertetur. te exspectabo postridie. De Tullia mea tibi antiquissimum esse video, idque ita vt sit, te vehementer rogo.* [e] *Ergo & in integro omnia (sic enim scribis) mihi. etsi kalendæ vitandæ fuerunt,* [f] [1] *incessionumque* ἀρχέτυπα *fugienda, conficiendæque tabulæ. nihil tamen tanti, vt à te abessem, fuit. Cùm Romæ essem, & te iam, iamque visurum me putarem quotidie: tamen horę, quibus expectabam, longæ videbantur. Scis me minimè esse blandum. Itaque minus aliquanto dico, quàm sentio.*

a L. Censorinone, & Man.
b L.M'. Acilio
c L. Conturbat enim me epitome Bruti Fanianorum scr.
v.c. conturbor enim in Bruti epitome Fannianorum, scr.
d L. Fanniorum scripsi: q.
e fort. hic epistolæ nouæ initium.
f L. Nicasionumque

ANNOTATIONES.

1 Quod autem os, in hãc rem ἔρανον à te?) Cùm me olim offenderet vulgata lectio, à qua non admodum differt antiqua, quod autem osim hanc rem, &c. neq. doctissimi quidam viri mihi probarent huius loci mendosi explicationem: ego Corradi coniecturam, Quid autem, si hanc rem &c. initiò, tanquam probabilem, secutus eram. sed mei me facti postea pęnituit, cum in codice Turnes. scripturæ veteris vestigia contentis oculis inspexissem, attenteq. considerassem: quę talis est: Quod autem osin hanc rem &c. Venit enim mihi

in mentem, osin, esse diuidendum, & ex vna, coniunctaq. voce, duas esse faciendas, vt sit, os, in: atque ita hunc locum legamus. Quod autem os, in hãc rem ἔρανον, à te? id est, Quæ hæc Q. fratris impudentia est, in hanc rem, id est, in Lupercalia, pecuniam abs te petere? Hæc eadem ferè coniectura venit in mentem postea Adr. Turnebo, cùm ei codicem Turnesian. commodatò dedissem. quamuis Petr. Victorius testetur etiam in suo cod. manuscrip. scriptum esse, osin. vnde eandem ille coniecturam facere potuit.

2 fac non ad διψῶσαν, sed ad πειρήνην &c.) secutus sum antiquam & receptam lectionem, quam reperi in codice Turnes. expressam, à Petro Victorio, & Manutio iam antea restitutam. Non dubium est autem, quin Arethusa significetur per ἔμπνευμα ἀλφεοῦ, seu Ortygra, quæ Arethusam continet: vt ex Pindari primo carmine Νεμ. vnde hęc verba sumta sunt, & eius interpretibus intelligere licet, Sed videtur vox, κρήνην, quam reposuit Manutius, pro πειρήνην, quod est in vulgatis libris post ἀλφεοῦ. esse superuacanea: quamuis in codice Turnesiano reperiatur, aut certè τρήνην. pro κρήνην, ea enim detracta, sententia integra, & plana est. quod & Auratus noster existimat. & credibile est natã esse ex glossa, cùm ab aliquo adscriptum esset ad ἄμπνευμα ἀλφεοῦ, κρήνην. Omnino non est in carmine Pindari. Addidi autem disiunctam particulam, aut, ante ἄμπνευμα &c. Aurati sententia approbata. Iam verò per hos duos fonteis, Pirenem, & Arethusam: quorum alter est Syracusis, alter Corinthi, significat M. Tullius diuitias Syracusanas, & Corinthias.

3 Nicasionumq. ἀρχέτυπα fugienda) sic edendum curaui, scripturæ veteris auctoritatem secutus. & ita antea Victorius. Nicasiones autem, argentarios fuisse, aut fęneratores, credibile est.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἔρανον, collationem.
διψῶσαν κρήνην, siticulosum fontem.

πειρη-

περιβλύω, Pirenem.
ἄμπνευμα σεμνὸν ἀλφειοῦ, requiem verendam Alphei.
ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει, quonam hæc vtiq. erumpent.
γεωμετρικῶς, more geometrico.
ἀρχέτυπα, exemplaria.

5 CICERO ATTICO S. 6

DE Cęlio, vide, quęso, [a] ne quę lacuna sit in auro. ego ista non noui, sed certè in [b] colybo est detrimenti satis. huc aurum si accedit. sed quid loquor? 10 tu videbis. Habes Hegesiæ genus, quod Varro laudat. Venio ad Tyrannionem. ain tu? verum hoc fuit? sine me? At ego quoties, cùm essem otiosus, sine te tamen nolui? Quomodo hoc ergo lues? vno scilicet, si mihi librum miseris: quod vt facias, etiam atque 15 etiam rogo. etsi me non magis liber ipse delectabit, quàm tua admiratio delectauit. Amo enim πάντα φιλόδημον, teque istam tam tenuem θεωρίαν tam valde admiratum esse gaudeo. etsi tua quidem sunt eiusmodi omnia. Scire.n. vis, quo vno animus alitur. Sed, quę 20 so, quid ex ista acuta, & graui refertur ad τέλος. Sed longa oratio est: [c] & tu occupatus es in eo fortasse aliquo [d] negotio: & pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem, vnctumq. repetemus. Sed ad prima redeo. Librum, si me amas, mit- 25 te. tuus est enim profectò, quoniam quidem est missus ad te.

a L. nequa
b L. collybo v.c. collubo

c v.c. & tu occupatus es in meo quidem fortasse aliq.
d L. negotio. At pro

Verba Græca, Latinis expressa.

πάντα φιλόδημον. in οἷ, re popularem.
30 θεωρίαν, speculationem.
τέλος, finem.

CICERO ATTICO S. 7

a v.c. Chreme, tantumne &c.

a Tantumne ab re tua est otii tibi, vt etiam Oratorē legas? Macte virtute, mihi quidem gratum, & erit gratius, si non modò in libris tuis, sed etiam in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli. Cæsar autem mihi irridere visus est, QVAESO illud tuum, quod erat ἀστεῖον, & vrbanum. ita porrò te sine cura esse iussit, vt mihi quidem dubitationem omnem tolleret. Atticam doleo tam diu: sed quoniam iam sine horrore est, spero esse, vt volumus.

Verba Græca, Latinis expreßa.

ἀστεῖον, venustum.

CICERO ATTICO S. 8

QVæ desideras, omnia scripsi in codicillis, eosque Eroti dedi: breuiter: sed etiam plura, quàm quæris. in iis de Cicerone: cuius quidem cogitationis initium tu mihi attulisti. locutus sum cum eo liberalissimè: quod ex ipso velim, si modò tibi erit commodum, sciscitere. Sed quid differo? Exposui, a te ex me detulisse, ecquid vellet, ecquid requireret: Velle Hispaniam, requirere liberalitatem. De liberalitate, dixi, quantum Publius, quantum flamen Lentulus filio. De Hispania, duo attuli: primum idem, quod tibi: me vereri vituperationem: non satis esse, si hæc arma reliquissemus? etiam contraria? deinde fore, vt angeretur, cùm à fratre, familiaritate, & omni gratia vinceretur. b Velim magis liberalitate vti mea, quàm sua libertate: sed tamen permisi. tibi enim intellexeram non nimis displicere. Ego etiam atque etiam cogitabo: teque, vt idem facias, rogo. Magna res:

a al. te ad me detulisse &c. ex fort te & me detul.

b L. Velit

res: ſimplex eſt manere: illud anceps. verùm videbimus. De Balbo, & in codicillis ſcripſeram, & ita cogito, ſimul ac redierit. ſin ille tardiùs: [a] *ego tamen triduum: &, quod prẹterii, Dolabella etiam mecum.*

a L. ego hic tamen tr.

5

CICERO ATTICO S. 9

DE Cicerone, multis res placet: comes eſt idoneus. Sed de prima penſione antè uideamus. Adeſt
10 enim dies, & ille currit. Scribe, quẹſo, quid referat Celer egiſſe Cæſarem cum candidatis: utrùm ipſe in fæniculariūm, an in Campum Martium cogitet. Et ſanè ſcire uelim, numquid neceſſe ſit comitiis eſſe Romæ. nam & Piliẹ ſatisfaciēdum eſt, & utriq. Atticẹ.

15

CICERO ATTICO S. 10

ME ego eſſem hic libenter, atque id quotidie magis, ni eſſet ea cauſa, quam tibi ſuperioribus litteris ſcripſi. Nihil hac ſolicitudine iucundius, niſi paullùm interpellaſſet. Amyntæ filius, [a] ὦ ἀπεραντο-
20 λογίαν ἀδῶς. *Cetera noli putare amabiliora* [b] *fieri poſſe vlla litore, proſpectu maris, tum his rebus omnibus. ſed neq. hẹc digna longioribus litteris, nec erat, quod ſcriberem, & ſomnus urgebat.*

a L. ὁ ἀπερ. v.c. ὦ ἀπεραντο λογία ἀδους fort. ὁ ἀπεραντολογίαν ἀδοῦς.
b L. fieri poſſe cùm uilla, litore, proſp.

25 *Verba Græca, Latinis expreſſa.*

ὁ ἀπεραντολογίαν ἀδοὺς, infinitā loquacitatem tribuēs.

CICERO ATTICO S. 11

MAlè mehercule de Athamante. Tuus autē do
30 *lor humanus is quidem, ſed magnopere moderandus. Conſolationum autem multæ uiæ: ſed illa*

 rectiſſi-

rectissima. Impetret ratio, quod dies impetratura est. Alexim verò curemus, imaginem Tironis: quem ægrum Romam remisi: & , si quid habet collis ἐπιδήμιον, ad me cum testamento transferamus. Tota domus superior vacat, vt scis. hoc puto valde ad rem pertinere. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐπιδήμιον, contagiosum pestilens.

CICERO ATTICO S. 12 10

M*Alè de Seio: sed omnia humana, tolerabilia ducenda. Ipsi enim quid sumus? aut quamdiu hæc curaturi sumus? Ea videamus, quæ ad nos magis pertinent, nec tamen multo: quid agamus de senatu. Et, vt nequid prætermittam, Cæsonius ad me litteras misit, Postumiam Sulpicii, domum ad se venisse. De Pōpeii Magni filia, tibi rescripsi, [a] nihil me hoc tempore cogitare: alteram verò illam, quam tu scribis, puto, nosti: nihil enim vidi fœdius. sed adsum cordm igitur.* 15

a v.c. me nihil

Obsignata epistola accepi tuas. Atticæ hilaritatem libenter audio commotiunculis συμπάσχω. 20

Verba Græca, Latinis expressa.

συμπάσχω, vnà afficior.

a v.c. & L. Sed vereor, ne minorem τιμὴν habere uid.

CICERO ATTICO S. 13 25

a v.c. ἐκπέτρωμος est. fort. ἐκπτισμός est fort. ἐξορμαῖς est. al. αἰγόνομας est.

D*E dote tanto magis perpurga. Balbi regia condicio est delegandi. quoquo modo confice. turpe est rem impeditam iacere. Insula Arpinas habere potest germanam* ἀποθέωσιν. [a] *habere videatur.* [b] ἐκγόνιμας*-est igitur animus in hortis, quos tamē inspiciam,* 30

cùm

cùm uenero. De Epicuro, ut uoles. etsi μεθαρμόζομαι in posterum. genus hoc personarum, incredibile est, quàm ea[a] quidem requirant. Antiquos igitur. ἀνεμέσητον γάρ. Nihil habeo, ad te quod perscribam: sed
5 tamen institui quotidie mittere, ut eliciam tuas litteras: non quò aliquid ex his exspectem, sed nescio quomodo tamen exspecto. Quare, siue habes quid, siue nihil habes, scribe tamen aliquid: teq́. cura.

[a] al. quidam

ANNOTATIONES.

10 1 ἐκτόπισμος) sic habet codex Turnes. Vnde uidetur legendum ἐκτοπισμός. uel ἐξορισμός. id est exsilium, locus nimis à celebritate remotus. Turnebus legit αἰγόνομος, id est, à capris depastus locus, asper, sterilis. Sed nimis longè abest hęc coniectura ab antiqua scriptura.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀποθέωσιν, consecrationem.
15 τιμὴν, pretium.
μεθαρμόζομαι, adaptor.
ἀνεμέσητον γάρ, nulla enim inuidia est.

CICERO ATTICO S. 14

20 COmmouet me Attica, etsi assentior Cratero. Bruti litteræ scriptæ & prudenter, & amicè, multas mihi tamen lacrymas attulerunt. Me hæc solitudo minùs stimulat, quàm ista celebritas. te unum desidero.[a] Sed litteris non difficilius utor, quàm si do-
25 mi essem. ardor tamen[b] ille urget, & manet: non mehercule indulgente me, sed tamen non repugnante. Quod scribis de Apuleio, nihil puto opus esse tua contentione, nec Balbo, & Oppio: quibus quidem ille receperat, mihiq́ue etiam iusserat nuntiari. se mo-
30 lestum omnino non futurum. sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos. Lænas hoc receperat.

[a] al. Sed & litt.
[b] v. c. & L. ille idē vrg.

Prende C. Septimium, L. Statilium. deniq. negabit, se iuraturum, [a] *quem rogaris. quod si erit durius: veniam, & ipse perpetuum morbum iurabo. cùm enim mihi carendum sit conuiuiis: malo id lege videri facere, quàm dolore. Cocceium uelim appelles.* 5 *quod enim dixerat, non facit. Ego autem volo aliquod emere* [b] *latibulum, perfugium doloris mei.*

a al. quemquem rog.

b v. c. & L. latibulum, & perfugiũ

CICERO ATTICO S. 15

DE me excusando apud Apuleiũ dederam: ad te 10 *pridie litteras. Nihil esse negotii arbitror. Quẽcumque appellaris, negabit. sed Septimium uide, & Lænatem, & Statilium. tribus enim opus est. sed mihi Lænas totum receperat. Quòd scribis, à Iunio te appellatum: omnino Cornificius locuples est: sed ta-* 15 *men scire velim, quando dicar spopondisse: & pro patre, anne pro filio: neque eo minùs, ut scribis, procuratores Cornificii, & Apuleium prædiatorem uidebis. Quòd me ab hoc mærore recreari uis, facis, ut omnia: sed me mihi non defuisse tu testis es. nihil* 20 *enim de mærore minuendo scriptum ab vllo est, quod ego non domi tuę legerim. sed omnem consolationem uincit dolor. Quinetiam feci, quod profectò ante me nemo, & ipse me per litteras consolarer: quem librum ad te mittam, si descripserint librarii. Affirmo tibi,* 25 *nullam consolationem esse talem. Totos dies scribo, non quò proficiam* [a] *quid: sed tantisper impedior, non equidem satis (uis enim vrget) sed* [b] *relaxor tamen, ad omniaque nitor, non ad animum, sed ad vultum ipsum, si queam, reficiendum: idque faciens, interdum* 30 *mihi peccare videor, interdum peccaturus esse, nisi faciam.*

a al. aliquid: sed

b v. c. & L. relaxor tamen, omniaque nitor,

faciam. Solitudo aliquid adiuuat, sed multo plus proficeret, [a]si tu tamen interesses: quae mihi una causa est hinc discedendi. nam pro malis rectè habebat. quamquam[b] ipsum doleo. non enim iam in me idem esse poteris. perierunt illa, quae amabas. De Bruti ad me litteris scripsi ad te antea. prudenter scriptae: sed nihil, [c]quod me adiuuarent. Quod ad te scripsit, id uellem, ut ipse adesset. certè aliquid, quoniam me tam ualde amat, adiuuaret. Quòd si quid scies, scribas ad me uelim. maximè autem, Pansa quando. De Attica doleo. Credo tamen Cratero. Piliam an[d]uetabat: is solius est merere pro omnibus.

a fort. si tu etiam int.

b fort. idipsum dol.

c fort. quo me adiuuarent. fort. quod me adiuuaret.

d L. veta satis est me mærere p.

ANNOTATIONES.

1 omniaq;.nitor) nihilo magis præpositionem, ad, habent codices Memmiani, & Turnesianus, quàm Italici. itaque nos eam delendam curauimus.

2 Piliam angi ueta. satis est, &c. sic restitui ex codice Turnes. Atque ita iam olim Corradus.

CICERO ATTICO S. 16

APud Apuleium (quoniam in perpetuum nõ placet) in dies ut excuser, videbis. In hac solitudine careo omnium colloquio: cumque manè me in siluam abstrusi densam, & asperam, non exeo inde ante vesperum. Secundum te nihil est mihi amicius solitudine. In hac mihi omnis sermo est cum litteris. eum tamen interpellat fletus: cui repugno, quoad possum, sed adhuc pares non sumus. Bruto, vt suades, rescribam. eas litteras cras habebis. cùm erit cui des, dabis.

CICERO ATTICO S. 17

TE tuis negotiis relictis nolo ad me uenire. Ego enim potiùs accedam, si diutiùs impediere. etsi ne

ne decessissem quidem [a] *è conspectu tuo, nisi me planè nihil vlla res adiuuaret. Quòd si esset aliquod leuamen, id esset in te vno: & cùm primùm ab aliquo poterit esse, à te erit. Nunc tamen ipsum sine te esse non possum. sed nec tuæ* [b] *domi*[c]*probatur, nec meæ poteram: nec, si propiùs essem vspiam, tecum tamen essem. Idem enim te impediret, qua minùs mecum esses, quod nunc etiam impedit. Mihi adhuc nihil aptius fuit hac solitudine: quam vereor, ne Philippus tollat. heri enim uesperi uenerat. Me scriptio, & litteræ non leniunt, sed obturbant.*

a al. à cõsp.
b al. domui
c v.c.& L. probabatur,

CICERO ATTICO S. 18

M*Arcianus ad me scripsit, me excusatum esse apud Apuleium à Laterensi, Nasone, Lænate, Torquato, Strabone. His velim meo nomine addendas litteras cures, gratum mihi eos fecisse. Quòd pro Cornificio me abhinc amplius annis* XXV. *spoponDisse dicit Flauius, etsi reus locuples est, & Apuleius prædiator liberalis: tamen velim des operam, vt inuestiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. mihi enim ante ædilitatem meam nihil erat cum Cornificio. Potest tamen*[d] *videri. sed scire certum velim, & appelles procuratores; si tibi uidetur. Quamquam quid ad me? Verumtamen. Pansæ profectionem scribes cùm scies. Atticam saluere iube, & eam cura, obsecro, diligenter. Piliæ salutem.*

d v.c.& L. fieri.

CICERO ATTICO S. 19

D*Vm recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.*

Quod

Quod velim mihi ignoscas,[a] cuiusmodi est. etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui dicãt fieri id oportere, quod sæpe tecum egi, & quod à te approbari volo. de fano illo dico, de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. Equidem neque de genere dubito. placet enim mihi Cluatii: neque de re statutum est enim. de loco nonnumquam. Velim igitur cogites. Ego, quantùm his temporibus tam eruditis fieri poterit, profectò illam consecrabo omni genere monumentorum ab omnium ingeniis[b] scriptorum & Græcorum, & Latinorum. Quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. sed iam quasi voto quodam, & promisso me teneri puto: longumque illud tempus, cùm non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimiùm longum videtur. Habeo enim nihil (tentatis rebus omnibus) in quo acquiescam. nam, dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fouebam dolores meos. nunc omnia respuo, nec quidquam habeo tolerabilius, quàm solitudinem: [c] quam (quod eram ueritus) non obturbauit Philippus. nam, ut heri me salutauit, statim Romam profectus est. Epistolam, quam ad Brutum, vt tibi placuerat, scripsi, misi ad te. curabis cum tua perferendã. eius tamẽ misi ad te exemplum, vt, si minùs placeret, ne mitteres. Domestica quòd ais ordine administrari, scribes, quæ sint ea. quædam enim exspecto. Cocceius vide ne frustretur. Nam Libo quod pollicetur, vt Eros scribit, non incertum puto. De sorte mea, Sulpicio confido, & Egnatio scilicet. De Apuleio quid est, quòd labores, cùm sit excusatio facilis? Tibi ad me venire, vt ostendis, vide, ne non sit facile. Est enim longum

[a] v.c. & L. cuicuimodi sit.

[b] q.v.c. sumptorum &c.

[c] v.c. nam, quòd

longum iter, discedentemque te (quod celeriter tibi erit fortasse faciendum) non sine magno dolore dimittam. Sed omnia, ut uoles. ego enim, quidquid feceris, id cùm rectè, tum etiam mea causa factum putabo. Heri, cùm ex aliorum litteris cognouissem de Antonii aduentu, admiratus sum nihil esse in tuis sed erãt pridie fortasse scriptę, quàm datæ. neque ista quidem curo: sed tamen opinor propter prædes suos [a] *accurrisse. Quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti* [b] *loqui: primùm tibi persuade, me istbæc non curare: neque esse quidquam aut paruę curæ, aut nouæ loci: sed tamen quid simile? Illa eos non adhibuit, quos existimauit quæsituros nisi scißent,* [c] *quid esset. Num id etiam mihi periculi fuit? Sed tamen faciat illa, quod ego. dabo meum testamentum legendum cui voluerit. Intelliget non potuisse honorificentius à me fieri de nepote, quàm fecerim. nam quòd non aduocaui ad obsignandum: primùm mihi non uenit in mentem: deinde ea re non venit, quia nihil attinuit. tute scis (si modò meministi) me tibi tum dixisse, ut de tuis aliquos adduceres. Quid enim opus erat multis? Equidem domesticos iußeram. Tum tibi placuit, vt mitterem ad Silium. inde est natum, vt ad Publium. Sed neceße neutrum fuit. Hoc tu tractabis, vt tibi videbitur.*

[a] al. accurrisse.

[b] fort. queri:

[c] v.c. quis esset.

CICERO ATTICO S. 20

Est hic quidem locus amœnus, & in mari ipso, qui & Antio, & Circæis adspici poßit: sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri poßunt

in

in infinita posteritate (si modò hæc stabunt) illud quasi consecratum remanere possit. Equidem iam nihil egeo vectigalibus, & paruo contentus esse possum. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maximè. nihil enim video, quod tam celebre esse possit. sed quos, coràm videbimus. Ita tamen, vt hac æstate fanum absolutum sit. Tu tamē cum Apella Chio confice de columnis. De Cocceio, & Libone [a] *quæ scribis, approbo: maximè,* [b] *quòd de iudicatu meo responsum sit. Si quid perspexeris,* [c] *& tamen quid procuratores Cornificii dicant, velim scire, ita, vt in ea re te, cùm tam occupatus sis, non multum operæ velim ponere. De Antonio quoque, Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbarer. Illis egi gratias. Te tamen, vt iam antè ad te scripsi, scire volo, me neque isto nuntio esse perturbatum, nec iam ullo perturbatum iri. Pansa, si hodie, vt putabas, profectus est, posthac iam incipito scribere ad me, de Bruti aduentu quid expectes, id est, quos ad dies. Id, si scies vbi iam sit, facilè coniectura assequere. Quòd ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipe totum negotium. vides & officium agi meum quoddam, cui tu es conscius, &, vt nonnulli putant, Ciceronis rem. Me quidem id multo magis mouet, quod mihi est & sanctius, et antiquius, præsertim cùm hoc alterum neq. sincerum, neque firmum putem fore.*

[a] L. quæ scribis, approbo. Maximè quæ de iudicatu meo responsa sint, si qd perspexeris: & tamen, quid procur.

[b] v. c. quæ de iudicatu meo desponsus, siquid &c. non plac.

[c] al. sed tamen

CICERO ATTICO S. 21

NOndum uideris perspicere, quàm me nec Antonius commouerit, nec quidquam iam eiusmodi possit

possit commouere. De Terentia autem scripsi ad te iis litteris, quas dederam pridie. Quòd me hortaris, idque à ceteris desiderari scribis, vt dissimulem me tam grauiter dolere, possúmne magis, [a] *quòd totos dies consumo in litteris? Quod etsi non dissimulationis, sed potius leniendi, & sanandi animi causa facio, tamen, si mihi minus proficio, simulationi certè facio satis. Minùs multa ad te scripsi, quòd expectabam tuas litteras ad eas, quas ad te pridie dederam. Exspectabam autem maximè de fano: nonnihil etiam de Terentia. velim me facias certiorem proximis litteris, Cn. Cæpio, Seruiliæ Claudii pater: viuone patre suo naufragio perierit, an mortuo. Itē Rutilia viuone C. Cotta, filio suo, mortua sit, an mortuo.* [b] *pertinet ad eum librum, quem de luctu minuendo scripsimus.* 15

a fort. qui t.

b al. pertinent

CICERO ATTICO S. 22

Legi Bruti epistolam, eamque tibi remisi, sanè nō prudenter rescriptam ad ea, quæ requisieras. sed ipse viderit: quamquam illud turpiter ignorat. 20 *Catonem primum sententiam putat de animaduersione dixisse: quam omnes antè dixerant, præter Cæsarem: &, cum ipsius Cæsaris tam seuera fuerit, qui tum prętorio loco dixerit, consularium putat leniores fuisse, Catuli, Seruilii, Lucullorum, Curionis,* 25 *Torquati, Lepidi, Gellii, Volcatii, Figuli, Cottæ, L. Cæsaris, C. Pisonis, etiam* [a] *M. Atilii Glabrionis, Silani, Murenæ, desig. coss. Cur ergo in sententiam Catonis? quia verbis luculentioribus, & pluribus rem eandem comprehenderat. Me autem hic laudat, quòd* 30 *retulerim, nō quòd patefecerim, quòd cohortatus sim: quòd*

a v. c. & L. Manij Glabrionis, al. M' Acilij Glabrionis,

quòd denique antè, quàm consulerem, ipse iudicauerim. Quę omnia, quia Cato laudibus extulerat in cælum, perscribendaque censuerat: idcirco in eius sententiam est facta discessio. Hic autem se etiam tribuere multum mihi putat, quòd scripserit, OPTIMVM COS. *Quis enim ieiunius dixit inimicus? Ad cetera verò, tibi quemadmodum rescripsit? tantum rogat* [a] *de S.C. vt corrigas.* [1] *hoc quidem fecisset,* [b] *etiam si Ranio admonitus esset. Sed hæc iterum ipse viderit. De hortis, quoniam probas, effice aliquid. Rationes meas nostri. Si verò etiam* [c] *à Faberio recedit, nihil negotii est. Sed etiam sine eo posse videor contendere. Venales certè sunt Drusi, fortasse, & Lamiani, & Cassiani. Sed coràm. De Terentia non possum commodius scribere, quàm tu scribis. Officium sit nobis antiquissimum. si quid nos fefellerit, illius malo me quàm mei pœnitere. Quię C. Lolii curanda sunt* HS. *C. negat Eros posse sine me: credo, quòd accipienda aliqua sit, & danda æstimatio. Vellem tibi dixisset. si enim res est, vt mihi scribit, parata, nec in eo ipso mentitur, per te conficias velim. Quòd me in forum vocas, eò vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam.* [d] *Quid enim mihi cum foro, sine iudiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis, quos æquo animo videre non possum? Quòd autem homines à me postulare scribis, vt Romæ sim, neque mihi, vt absim, concedere,* [e] *aut quatenus eos mihi concedere: iam pridem scito esse, cùm vnum te pluris, quàm omneis illos putem: ne me quidem contemno, meoq. iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum. Neque tamen progredior longius, quàm mihi doctissimi*

a L. de senati consf.
b L. etiam Tyrannio, si admonitus est.
c L. à Faberio aliquid procedit, n.
d v. c. Quid enim mihi foro sine iudicijs sine curia,
e fort. aut quadam tenus al. aut aliquatenus

ſimi homines concedunt: quorum ſcripta omnia, quæcumque ſunt in eam ſententiam, non legi ſolum, quod ipſum erat fortis ægroti, accipere medicinam : ſed in mea etiam ſcripta tranſtuli: quod certè afflicti, & fracti animi non fuit. Ab his me remediis noli in iſtam turbam vocare, ne recidam. 5

ANNOTATIONES.

1 hoc quidem feciſſet etiam Tyrannio, ſi, adm.) ſic legendum cenſeo, Tyrannio, inquam, ſeu Tyrannio, non, Ranio, neque, ærario, vt vult Turnebus. Erat autem Tyrannio, ſcriptor librarius: quem ſæpe commemorat M. Tullius in his libris: & maximè libro quarto. 10

CICERO ATTICO S. 24

DE Terentia, quòd mihi omne onus imponis, nõ cognoſco tuam in me indulgentiam. iſta enim ſunt ipſa vulnera, quę non poſſum tractare ſine maximo gemitu. Moderare igitur quæſo, vt potes. neque enim à te plus, quàm potes, poſtulo. Potes autem, quid veri ſit, perſpicere tu vnus. De Rutilia, quoniam videris dubitare, ſcribes ad me, cùm ſcies: ſed quàm primùm, [a] num Clodia D. Bruto conſulari, filio ſuo, mortuo, vixerit. Id de Marcello, aut certè de Poſtumia ſciri poteſt: illud autẽ, de M. Cotta, aut de Syro, aut de Satyro. De hortis etiã atque etiã rogo, omnib. meis, eorumque, quos ſcio mihi non defuturos, facultatibus, (ſed potero meis,) enitendum mihi eſt. Sunt etiam, quæ vendere facilè poſſim: ſed, vt non vendam, eique vſuram pendam, à quo emero, non plus annum poſſum aſſequi, quod volo. Si tu me adiuuas paratiſſimi ſunt Druſi. cupit enim vendere, proximos puto Lamiæ: ſed abeſt. Tu tamen, ſi quid potes, odorare. 15 20 25 30

a al. & num Clod.

ne Silius quidem quidquam utitur: & iis usuris facillimè sustentabitur. Habe tuum negotium: nec, quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, [a] *sed quid uelim, existima.*

a L. sed quid uelim, & cur velim, existima. & ita v. c.

5 CICERO ATTICO S. 24

P*Vtaram te aliquid noui, quod eiusmodi fuerat initium* [a] *litterarum, quamuis non curarem, quid in Hispania fieret. tamen te scripturum: sed uidelicet meis litteris respondisti,* [b] *ut de foro, & de curia. Sed domus est, ut ais, forum. Quid ipsa domo mihi opus est, carenti foro? Occidimus, occidimus, Attice, iampridem, nos quidem: sed nunc fatemur, posteaquam unum, quo tenebamur, amisimus. Itaque* [c] *solitudinem sequor.* [1] *& tamen, si qua me res istò* [d] *abduxerit, enitar, si quo modo potero, (potero autem:) vt, præter me, nemo dolorem meum sentiat: si ullo modo poterit, ne tu quidem. Atque etiam illa causa est non ueniendi. Meministi, quid ex te* [e] *Atedius quæsierit: quinetiam nunc molesti sunt. Quid existimas, si uenero? De Terentia ita cura, ut scribis, meq. hac ad maximas ægritudines accessione non maxima libera. Et, ut scias me ita dolere, ut non* [f] *iaceam, quibus* COSS. *Carneades, & ea legatio Romam uenerit, scriptũ est in tuo annali. Hęc nunc quæro, quæ causa fuerit. de Oropo, opinor: sed certum nescio: &, si ita est, quæ controuersiæ: præterea, qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui præfuerit hortis: qui etiam Athenis* πολιτικοὶ *fuerint illustres.* [g] *quę etiam ex Apollodori puto posse inueniri. De Attica, molestum: sed quoniam leuiter, rectè esse confido.* [h] *De Magala dubium mihi non erat. unde*

a al. litterarum tuarũ, q.

b L. & de foro, & de curia.

c v.c. solitudines

d v.c. adduxerit,

e al. Aledius

f v. c. taceã,

g v. c. & L. quæ te etiam ex Appollodori puto posse inuenire.

h v.c. De Gamala d.

(Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30)

enim tam felix Ligus pater? nam quid de me dicam, cui vt omnia contingant, quæ volo, leuari non poßum? De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, & , vt opinor, heri ad te scripseram. [a] sed quanti, quanti bene emitur, quod necesse est. Mihi, quoquo modo tu existimas, (scio enim ego ipse, quid de me existimem) leuatio quædam est, si minùs doloris, at officii debiti. Ad Siccam scripsi, quòd utitur L. Cotta. Si nihil conficeretur de Transtiberinis, habet in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, sed pusillum loci. Ad hanc rem tamen plus etiam satis. id uelim cogites. Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. nec mihi iam argento, nec veste opus est, [b] nec quibusdam amœnis locis: hoc opus est. Video etiam, à quibus adiuuari possim: sed loquere cum Silio. nihil enim est melius. Mandaui etiam Siccæ. rescripsit, constitutum se cum eo habere. [c] Scribat igitur ad me, quid egerit, & tu videbis. [d] Bene fecit A. Silius, qui transegerit. neque enim ei deeße uolebam: et, quid possem, timebam. De Ouia, confice, ut scribis. De Cicerone, tempus esse iam uidetur. sed quæro, quod illi opus erit Athenis, permutarine possit, an ipsi ferendum sit: de totaq. re, quemadmodū, & quando placeat, velim consideres. Publius iturusne sit in Africam, & quando, [e] ex Atedio scire poteris. quæras, & ad me scribas, uelim. Et, ut ad meas ineptias redeam, uelim me certiorem facias, P. Craßus [f] Viniliæ F. uiuone P. Craßo consulari, patre suo mortuus sit, ut ego meminisse uideor; an pòst. Item quæro de Regillo, Lepidi F. rectène meminerim patre viuo mortuum. [g] Cuspiana explicabis, itemq. Pretiana. De

5 10 15 20 25 30

a L. sed quā ti quanti, bene em.

b fort. nec quibusquam

c L. Scribet

d al. initium nouæ epistolæ.

e al. ex Aledio

f al. Vinileiæ

g L. Cispiana

De Attica optimè, & ei salutem dices, & Piliæ.

ANNOTATIONES.

1 & tamen siqua me res istò abduxerit) etiam Memmiani codices habent, addùxerit. ego tamen nihil muto.

5 CICERO ATTICO S. 25

SCripsit ad me diligenter Sicca de Silio, seque ad te rem detulisse: quod tu idem scribis. mihi & res, & condicio placet: sed ita, vt numerato malim, quàm æstimatione. Voluptarias enim possessiones nolet Si-
10 *lius. Vectigalib. autem ut his possum esse contentus, quæ habeo, sic uix minoribus. Vnde ergo numerato? HS. D. C. exprimes ab Hermogene, cùm præsertim necesse erit: & domi uideo esse HS. D. C. reliquæ pecuniæ, uel usuram Silio pendemus, dum à Faberio, uel*
15 *ab aliquo, qui Faberio debet, repræsentabimus. Erit etiam aliquid alicunde. sed totam rem tu gubernabis. [a] Drusianis verò hortis [b] multo antepono: neque sunt vmquam comparati, mihi crede. Vna me causa mouet, in qua scio me τετυφῶσθαι. sed, vt facis, obseque-*
20 *re huic errori meo, Nam quod scribis ἐγγράμμα, actum iam de isto est. alia magis quæro. [c] Sicca, ut scribit, etiam si nihil confecerit [d] cum A. Silio, tamen se scribit X. Kal. esse uenturum. [e] cuius occupationibus ignosco, eęque mihi sunt notæ. De volunta-*
25 *te tua, ut simul simus, uel studio potiùs, & cupiditate, non dubito. De Nicia quod scribis, si ita me haberem, vt eius humanitate frui possem, in primis uellem illum mecum habere: sed mihi solitudo, & recessus, prouincia est. Quod quia facilè ferebat Sic-*
30 *ca, eo magis illum desidero. Prӕterea nosti Nicię nostri imbecillitatem, mollitiem, consuetudinem vi-*

[a] al. Drusinis
[b] fort. multo hos antep.
[c] al. Initiũ nouę epist.
[d] v.c. Agidio,
[e] L.& v.c. Tuis occupationib.

a al molestus esse uelim, b al. scripsit, de &c. non pl.

ctus. Cur ego illi [a] molestus uelim, cùm mihi ille iucundus esse non possit? Voluntas tamen eius mihi grata est. Unam rem ad me [b] scripsisti, de qua decreui nihil tibi rescribere. Spero enim me à te impetrasse, vt priuares me ista molestia. Piliæ, & Atticæ salutem. Vale. 5

ANNOTATIONES.

1 in qua scio me τετυφῶσθαι) sic legendum est potiùs, quàm τετυφλῶσθαι. τετυφῶσθαι autem significat insanisse: alii legunt τετυφλῶσθαι, id est, cæcum fuisse.

2 Tuis occupationibus) sic habet codex Turnes. & rectè. nam, 10 cuius, quod reposuit Victorius, mendosum est. Loquitur de occupationibus Attici, non Silii, ut declarant, quæ deinceps sequuntur.

Verba Græca, Latinis expressa.

τετυφῶσθαι, tumefactum esse, inflatum.

ἐγγήρασμα, senectutis requies. 15

CICERO ATTICO S. 26

a v.c. & L. Cottę ꝙ negas te nosse, ultra Sil. b v.c. ad ullã rẽ loci s. c al. Atedio

DE Siliano negotio, etsi mihi non est ignota condicio, tamen hodie me ex Sicca arbitror omnia cogniturum. [a] Cottę quidem negas te esse: sed ultra 20 *Silianam villam est (quam puto tibi notam esse) uillula sordida, & valde pusilla. nihil agri [b] ad aliam rem loci satis: nihil ad eam, quam quæro. sequor celebritatem. Sed, si perficitur de hortis Silii, hoc est, si perficis (est enim totum positum in te) nihil est scilicet, quod* 25 *de Cotta cogitemus. De Cicerone, ut scribis, ita faciã. ipsi permutatam de tempore. nummorum quãtum opus erit, vt permutetur, tu videbis. Ex [c] Aledio quod scribis, si quid inueneris, scribes. Et ego ex tuis animaduerto litteris, & profectò tu ex meis, nihil habere* 30 *nos, quod scribamus. eadem quotidie, quæ iam, iamq.*

ipsa

ipsa contrita sunt, tamen facere non possum, quin quotidie ad te mittã, vt tuas accipiam. De Bruto tamẽ, si quid habebis. scire enim iam puto, ubi Pansam exspectet. si, ut consuetudo est, in prima prouincia, circiter
5 *Kal. affuturus videtur. vellem tardius, valde enim vrbem fugio multas ob causas Itaque idipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem: quod quidem video facile esse. sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliæ, & Atticæ salutem. Vale.*

10 CICERO ATTICO S. 27

DE Silio[a] nihilo plura cognoui ex præsente Sicca,[b] quàm ex litteris tuis. Scripseras enim diligenter. Si igitur tu illum conueneris,[c] scribes ad me, si
15 *quid videbitur, de quo putas ad me missum esse, sit missum, necne, scio dictum quidem mihi. Certè nihil est. Tu igitur, vt cœpisti. Et, si quid ita conficies,[d] (quod equidem non arbitror fieri posse) vt illi probetur: Ciceronem, si tibi placebit, adhibebis: eius aliquid*
20 *interest videri illius causa voluisse: mea quidem nihil, nisi id, quod tu scis:[f] quod ego æstimo. Quòd me ad consuetudinem reuocas: fuit meum quidem iampridem [1] remp.[g] regere, quod faciebam: [2][h] sed interea erat, vbi acquiescerem: nunc planè[i] nec ego victum,*
25 *nec uitam illam colere possum: nec in ea re, quid aliis videatur, mihi puto curandum. Mea mihi conscientia pluris est, quàm omnium sermo. Quòd me ipse per litteras consolatus sum, non pœnitet me quantum profecerim. mœrorem minui: dolorem nec potui,*
30 *nec, si possem, vellem. De Triario, bene interpretaris voluntatem meam: tu uerò nihil, nisi ut illi uolent. ego*

a v. c. nilo
b v. c. & L. quàm ex litteris eius. Scripserat enim d.
c L. scribes ad me, si quid videbitur. De quo putas ad me missum esse, sit missũ, necne, nescio. Dictum quidem mihi certè nihil est.
d al. quod quidem
e v. c. & L. quod ego magni æstimo.
f v. c. lugere,
g v. c. sed intus erat, al. sed inuitus erat. n. vbi ac.
i v. c. non ego

Amo illum mortuum: tutor sum liberis: totam domum diligo. De Castriciano negotio, si Castricius pro [a]mancipiis pecuniam accipere volet, [b] eamque ei solui, vt nunc soluitur: certè nihil est commodius. sin autem ita actum est, vt ipsa mancipia abduceret: non mihi videtur esse æquum. Rogas enim me, vt tibi scribam, quid mihi videatur. Nolo enim negotii Qu. fratrem quidquam habere. quod videor mihi intellexisse, tibi videri idem. Publius, si æquinoctium expectat, vt scribis [c] Atedium dicere, nauigaturus videtur: mihi autem dixerat per Siciliam. vtrum, & quando, velim scire. Et velim aliquando cùm erit tuum commodum, Lentulum puerũ visas: eique de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. [d]Piliæ, Atticæ salutem.

a v. c. mancipijs
b L. eamq. sibi solui, v. c. eamq. eis solui, fort. eamq. pro eis solui, vt n.
c al. Alcdium
d al. Piliæ, & Atticæ s.

ANNOTATIONES.

1 remp. regere) cod. Turnesianus habet remp. lugere.
2 sed intus erat.) id est, sed domi erat, &c. Fallitur autem Victorius, qui reponit, inuitus.

CICERO ATTICO S. 28

Silius, vt scribis, hodie. [a]cras igitur, vel potius cùm poteris, scribes, si quid erit, cùm videris. Nec ego Brutum vito, nec tamen ab eo leuationem ullã exspecto: sed erant causæ, cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum, &, vt nunc est, mansuræ videntur. De hortis, quæso, explica. Caput illud est, quod scis. Sequitur, vt etiam mihi ipsi quiddam opus sit, nec enim esse in turba possum, nec à vobis abesse. Huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius. Et de hac re quid tui consilii sit, mihi persuasum est: & eò magis, [b] quòd [c] idem intellexi tibi videri, me ab Oppio, & Balbo valde diligi.

a v. e. cras igitur eum, vel p. non pl.
b v. e. quòd idem tibi intell.
c fort. item

[a] *Cum iis communices*, [b] *quantopere, & quare velim hortos: sed id ita* [c] *posse, si expediatur illud Faberianum.* [d] *sint igitur auctores futuri. si qua etiam iactura facienda sit in repræsentando:* [e] *quod possum, adducito.* [f] *tum enim illud desperatum denique intelliges; & quid inclinent ad hoc meum consilium adiuuandū. Si quid erit: magnum est adiumentum. sin minus: quacunque ratione contendamus. Vetus illud ἐγγήραμα, quemadmodum scripsisti, vel ἐντάφιον putato.* [g] *De illo Ostiensi nihil est cogitandum. Si hoc non assequimur: (à Lamia non puto posse) Damasippi experiendum est. Quæro quid ad te scribam: sed nihil est. eadem quotidie. Quòd lentulum inuisis, valde gratum. Pueros attribue ei, quot, & quos videbitur.*

a v.c. si cum iis cōm. non plac.
b v.c. quanto opere.
c al. potest,
d v.c. & L. Sintne igitur auctores futuri. fort. si sunt igitur auctores futuri: si qua etiam &c.
e L. quo ad possum,
f fort. tum an sit illud desperatum denique intelliges, & ecquid incl.
g al. De illo Ost. n. est cogitandū, s

ANNOTATIONES.

1 quoad possum, adducito) quoad possum peruenire, id est, ad eam summam, quam possum repræsentare, adducito. Turnebus, quod possunt. minus rectè.

Verba Græca, Latinis expreßa.

ἐγγήραμα, senectutis solatium.
ἐντάφιον, sepulcrum.

CICERO ATTICO S. 29

De Silii [a] *voluntate vendendi, & de eo quanti, tu vereri videris, primùm ne nolit, deinde ne tanti. Sicca aliter: sed tibi assentior. Quare, vt ei placuit, scripsi ad Egnatium. Quòd Silius te cum Clodio loqui vult, potes id mea* [b] *voluntate facere: commodiusque id est, quàm, quod ille à me petit, meipsum scribere ad Clodium. De mancipiis Castricianis, commodissimum esse credo, transigere Egnatium.* [c] *Quòd scribis te ita futurum putare, cùm Ouia, quæso, quidē vt conficiatur. Quoniam, vt scribis, nox erat, in hodierna epistola plura expecto.*

a v.c. voluptate vend. non pl.
b v.c. voluptate f. non pl.
c v.c. Quòd scribis te ita futurum putare, cum Ouia quæso, vide vt co nficiatur.

a al. è cõsp. ne decessissem quidem [a] è conspectu tuo, nisi me planè nihil vlla res adiuuaret. Quòd si esset aliquod leuamen, id esset in te vno: & cùm primùm ab aliquo poterit esse, à te erit. Nunc tamen ipsum sine te esse non possum. sed nec tuæ [b] domi [c] probatur, nec meæ poteram: nec, si propiùs essem vspiam, tecum tamen essem. Idem enim te impediret, qua minùs mecum esses, quod nunc etiam impedit. Mihi adhuc nihil aptius fuit hac solitudine: quam vereor, ne Philippus tollat. heri enim uesperi uenerat. Me scriptio, & litteræ non leniunt, sed obturbant.

b al. domui

c v.c.& L. probabatur,

CICERO ATTICO S. 18

MArcianus ad me scripsit, me excusatum esse apud Apuleium à Laterensi, Nasone, Lænate, Torquato, Strabone. His velim meo nomine addendas litteras cures, gratum mihi eos fecisse. Quòd pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV. spopondisse dicit Flauius, etsi reus locuples est, & Apuleius prædiator liberalis: tamen velim des operam, vt inuestiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. mihi enim ante ædilitatem meam nihil erat cum Cornificio. Potest tamen [d] videri. sed scire certum velim, & appelles procuratores; si tibi uidetur. Quamquam quid ad me? Verumtamen. Pansæ profectionem scribes cùm scies. Atticam saluere iube, & eam cura, obsecro, diligenter. Piliæ salutem.

d v.c.& L. fieri.

CICERO ATTICO S. 19

DVm recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo. Quod

Quod velim mihi ignoscas,[a] *cuiusmodi est. etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui dicãt fieri id oportere, quod sæpe tecum egi, & quod à te approbari volo. de fano illo dico, de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. Equidem neque de genere dubito. placet enim mihi Cluatii: neque de re statutum est enim. de loco nonnumquam. Velim igitur cogites. Ego, quantùm his temporibus tam eruditis fieri poterit, profectò illam consecrabo omni genere monumentorum ab omnium ingeniis*[b] *scriptorum & Græcorum, & Latinorum. Quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. sed iam quasi voto quodam, & promisso me teneri puto: longumque illud tempus, cùm non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimiùm longum videtur. Habeo enim nihil (tentatis rebus omnibus) in quo acquiescam. nam, dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fouebam dolores meos. nunc omnia respuo, nec quidquam habeo tolerabilius, quàm solitudinem:*[c] *quam (quod eram ueritus) non obturbauit Philippus. nam, ut heri me salutauit, statim Romam profectus est. Epistolam, quam ad Brutum, vt tibi placuerat, scripsi, misi ad te. curabis cum tua perferendã. eius tamẽ misi ad te exemplum, vt, si minùs placeret, ne mitteres. Domestica quòd ais ordine administrari, scribes, quæ sint ea. quædam enim exspecto. Cocceius vide ne frustretur. Nam Libo quod pollicetur, vt Eros scribit, non incertum puto. De sorte mea, Sulpicio confido, & Egnatio scilicet. De Apuleio quid est, quòd labores, cùm sit excusatio facilis? Tibi ad me venire, vt ostendis, vide, ne non sit facile. Est enim longum*

[a] v.c. & L. cuicuimodi est.

[b] q.v.c. sum ptorum &c.

[c] v.c. nam, quòd

longum iter, discedentemque te (quod celeriter tibi erit fortasse faciendum) non sine magno dolore dimittam. Sed omnia, ut uoles. ego enim, quidquid feceris, id cùm rectè, tum etiam mea causa factum putabo. Heri, cùm ex aliorum litteris cognouissem de Antonii aduentu, admiratus sum nihil esse in tuis sed erãt pridie fortasse scriptę, quàm datæ. neque ista quidem curo: sed tamen opinor propter prædes suos [a] *accurrisse. Quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti* [b] *loqui: primùm tibi persuade, me isthæc non curare: neque esse quidquam aut paruę curæ, aut nouæ loci: sed tamen quid simile? Illa eos non adhibuit, quos existimauit quæsituros nisi scissent,* [c] *quid esset. Num id etiam mihi periculi fuit? Sed tamen faciat illa, quod ego. dabo meum testamentum legendum cui voluerit. Intelliget non potuisse honorificentius à me fieri de nepote, quàm fecerim. nam quòd non aduocaui ad obsignandum: primùm mihi non uenit in mentem: deinde ea re non venit, quia nihil attinuit. tute scis (si modò meministi) me tibi tum dixisse, ut de tuis aliquos adduceres. Quid enim opus erat multis? Equidem domesticos iusseram. Tum tibi placuit, vt mitterem ad Silium. inde est natum, vt ad Publium. Sed necesse neutrum fuit. Hoc tu tractabis, vt tibi videbitur.*

a al. accurrisse.

b fort. queri:

c v. c. quis esset.

CICERO ATTICO S. 20

E*St hic quidem locus amœnus, & in mari ipso, qui & Antio, & Circæis adspici possit: sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt*

in

in infinita posteritate (si modò hæc stabunt) illud quasi consecratum remanere possit. Equidem iam nihil egeo vectigalibus, & paruo contentus esse possum. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maximè. nihil enim video, quod tam celebre esse possit. sed quos, coràm videbimus. Ita tamen, vt hac æstate fanum absolutum sit. Tu tamē cum Apella Chio confice de columnis. De Corceio, & Libone [a] quæ scribis, approbo: maximè, [b] quòd de iudicatu meo responsum sit. Si quid perspexeris, [c] & tamen quid procuratores Cornificii dicant, velim scire, ita, vt in ea re te, cùm tam occupatus sis, non multum operæ velim ponere. De Antonio quoque, Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbarer. Illis egi gratias. Te tamen, vt iam antè ad te scripsi, scire volo, me neque isto nuntio esse perturbatum, nec iam ullo perturbatum iri. Pansa, si hodie, vt putabas, profectus est, posthac iam incipito scribere ad me, de Bruti aduentu quid expectes, id est, quos ad dies. Id, si scies vbi iam sit, facilè coniectura assequere. Quòd ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipe totum negotium. vides & officium agi meum quoddam, cui tu es conscius, &, vt nonnulli putant, Ciceronis rem. Me quidem id multo magis mouet, quod mihi est & sanctius, et antiquius, præsertim cùm hoc alterum neq. sincerum, neque firmum putem fore.

a L. quæ scribis, approbo. Maximè quæ de iudicatu meo responsa sint, si qd perspexeris: & tamen, quid procur.

b v. c. quæ de iudicatu meo desponsus, siquid &c. non plac.

c al. sed tamen

CICERO ATTICO S. 21

NOndum uideris perspicere, quàm me nec Antonius commouerit, nec quidquam iam eiusmodi possit

possit commouere. De Terentia autem scripsi ad te iis litteris, quas dederam pridie. Quòd me hortaris, idque à ceteris desiderari scribis, vt dissimulem me tam grauiter dolere, possumne magis, [a] quòd totos dies consumo in litteris? Quod etsi non dissimulationis, sed potius leniendi, & sanandi animi causa facio, tamen, si mihi minus proficio, simulationi certè facio satis. Minùs multa ad te scripsi, quòd expectabam tuas litteras ad eas, quas ad te pridie dederam. Exspectabam autem maximè de fano: nonnihil etiam de Terentia. velim me facias certiorem proximis litteris, Cn. Cæpio, Seruiliæ Claudii pater: viuone patre suo naufragio perierit, an mortuo. Itē Rutilia viuone C. Cotta, filio suo, mortua sit, an mortuo. [b] pertinet ad eum librum, quem de luctu minuendo scripsimus.

a fort. qui t.

b al. pertinent

CICERO ATTICO S. 22

LEgi Bruti epistolam, eamque tibi remisi, sanè nō prudenter rescriptam ad ea, quæ requisieras. sed ipse viderit: quamquam illud turpiter ignorat. Catonem primum sententiam putat de animaduersione dixisse: quam omnes antè dixerant, præter Cæsarem: &, cum ipsius Cæsaris tam seuera fuerit, qui tum prętorio loco dixerit, consularium putat leniores fuisse, Catuli, Seruilii, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellii, Volcatii, Figuli, Cottæ, L. Cæsaris, C. Pisonis, etiam[a] M. Atilii Glabrionis, Silani, Murenæ, desig. coss. Cur ergo in sententiam Catonis? quia verbis luculentioribus, & pluribus rem eandem comprehenderat. Me autem hic laudat, quòd retulerim, nō quòd patefecerim, quòd cohortatus sim: quòd

a v. c. & L. Manij Glabrionis, al. M' Acilij Glabrionis,

quòd denique antè, quàm consulerem, ipse iudicauerim. Quę omnia, quia Cato laudibus extulerat in cælum, perscribendaque censuerat: idcirco in eius sententiam est facta discessio. Hic autem se etiam tribuere multum mihi putat, quòd scripserit, OPTIMVM COS. *Quis enim ieiunius dixit inimicus? Ad cetera verò, tibi quemadmodum rescripsit? tantum rogat* [a] *de S.C. vt corrigas.* [1] *hoc quidem fecisset,* [b] *etiam si Ranio admonitus esset. Sed hæc iterum ipse viderit. De hortis, quoniam probas, effice aliquid. Rationes meas nostri. Si verò etiam* [c] *à Faberio recedit, nihil negotii est. Sed etiam sine eo posse videor contendere. Venales certè sunt Drusi, fortasse, & Lamiani, & Cassiani. Sed corâm. De Terentia non possum commodius scribere, quàm tu scribis. Officium sit nobis antiquissimum. si quid nos fefellerit, illius malo me quàm mei pœnitere. Quię C. Lolii curanda sunt HS. C. negat Eros posse sine me: credo, quòd accipienda aliqua sit, & danda æstimatio. Vellem tibi dixisset. si enim res est, vt mihi scribit, parata, nec in eo ipso mentitur, per te conficias velim. Quòd me in forum vocas, eò vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam.* [d] *Quid enim mihi cum foro, sine iudiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis, quos æquo animo videre non possum? Quòd autem homines à me postulare scribis, vt Romæ sim, neque mihi, vt absim, concedere,* [e] *aut quatenus eos mihi concedere: iam pridem scito esse, cùm vnum te pluris, quàm omneis illos putem: ne me quidem contemno, meoq́. iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum. Neque tamen progredior longius, quàm mihi doctissimi*

Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30.

a L. de senati consf.

b L. etiam Tyrannio, si admonitus est.

c L. à Faberio aliquid procedit, n.

d v.c. Quid enim mihi foro sine iudicijs sine curia,

e fort. aut quadam tenus al. aut aliquatenus

ſimi homines concedunt: quorum ſcripta omnia, quæcumque ſunt in eam ſententiam, non legi ſolum, quod ipſum erat fortis ægroti, accipere medicinam: ſed in mea etiam ſcripta tranſtuli: quod certè afflicti, & fracti animi non fuit. Ab his me remediis noli in iſtam turbam vocare, ne recidam. 5

ANNOTATIONES.

1 hoc quidem feciſſet etiam Tyrannio, ſi adm.) ſic legendum cenſeo, Tyrannio, inquam, ſeu Tyrannio, non, Ranio, neque, ærario, vt vult Turnebus. Erat autem Tyrannio, ſcriptor librarius: quem ſæpe commemorat M. Tullius in his libris: & maximè libro quarto. 10

CICERO ATTICO S. 24

DE Terentia, quòd mihi omne onus imponis, nõ cognoſco tuam in me indulgentiam. iſta enim 15 *ſunt ipſa vulnera, quę non poſſum tractare ſine maximo gemitu. Moderare igitur quæſo, vt potes. neque enim à te plus, quàm potes, poſtulo. Potes autem, quid veri ſit, perſpicere tu vnus. De Rutilia, quoniam videris dubitare, ſcribes ad me, cùm ſcies: ſed quàm-* 20 *primùm, [a] num Clodia D. Bruto conſulari, filio ſuo, mortuo, vixerit. Id de Marcello, aut certè de Poſtumia ſciri poteſt: illud autẽ, de M. Cotta, aut de Syro, aut de Satyro. De hortis etiã atque etiã rogo, omnib. meis, eorumque, quos ſcio mihi non defuturos, facul-* 25 *tatibus, (ſed potero meis,) enitendum mihi eſt. Sunt etiam, quæ vendere facilè poſſim: ſed, vt non vendam, eique vſuram pendam, à quo emero, non plus annum poſſum aſſequi, quod volo. Si tu me adiuuas paratiſſimi ſunt Druſi. cupit enim vendere, proximos puto* 30 *Lamiæ: ſed abeſt. Tu tamen, ſi quid potes, odorare.*

[a] al. & num Clod.

ne Silius quidem quidquam utitur : & iis usuris facillimè sustentabitur. Habe tuum negotium: nec, quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, [a] sed quid uelim, existima.

a L. sed quid uelim, & cur uelim, existima. & ita v. c.

5 CICERO ATTICO S. 24

P*Vtaram te aliquid noui, quod eiusmodi fuerat initium [a] litterarum, quamuis non curarem, quid in Hispania fieret. tamen te scripturum : sed uidelicet meis litteris respondisti, [b] ut de foro, & de curia. Sed domus est, ut ais, forum. Quid ipsa domo mihi opus est, carenti foro? Occidimus, occidimus, Attice, iampridem, nos quidem: sed nunc fatemur, posteaquam unum, quo tenebamur, amisimus. Itaque [c] solitudinem sequor. [1] & tamen, si qua me res istò [d] abduxerit, enitar, si quo modo potero, (potero autem:) vt, præter me, nemo dolorem meum sentiat: si ullo modo poterit, ne tu quidem. Atque etiam illa causa est non ueniendi. Meministi, quid ex te [e] Atedius quæsierit: quinetiam nunc molesti sunt. Quid existimas, si uenero? De Terentia ita cura, ut scribis, meq́. hac ad maximas ægritudines accessione non maxima libera. Et, ut scias me ita dolere, ut non [f] iaceam, quibus* COSS. *Carneades, & ea legatio Romam uenerit, scriptũ est in tuo annali. Hęc nunc quæro, quæ causa fuerit. de Oropo, opinor. sed certum nescio: & , si ita est, quæ controuersiæ: præterea, qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui præfuerit hortis: qui etiam Athenis* πολιτικοὶ *fuerint illustres.* [g] *quę etiam ex Apollodori puto posse inueniri. De Attica, molestum: sed quoniam leuiter, rectè esse confido.* [h] *De Magala dubium mihi non erat. unde*

(Line numbers in margin: 10, 15, 20, 25, 30)

a al. litterarum tuarũ, q.

b L. & de foro, & de curia.

c v.c. solitudines

d v.c. adduxerit,

e al. Aledius

f v. c. taceã,

g v. c. & L. quæ te etiam ex Appollodori puto posse inuenire.

h v.c. De Gamala d.

enim tam felix Ligus pater? nam quid de me dicam, cui vt omnia contingant, quæ volo, leuari non poßum? De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, & , vt opinor, heri ad te scripseram. [a] sed quanti, quanti bene emitur, quod necesse est. 5
Mihi, quoquo modo tu existimas, (scio enim ego ipse, quid de me existimem) leuatio quædam est, si minùs doloris, at officii debiti. Ad Siccam scripsi, quòd utitur L. Cotta. Si nihil conficeretur de Transtiberinis, habet in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, 10
sed pusillum loci. Ad hanc rem tamen plus etiam satis. id uelim cogites. Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. nec mihi iam argento, nec veste opus est, [b] nec quibusdam amœnis locis: hoc opus est. Video etiam, à quibus adiuuari possim: sed loquere cum 15
Silio. nihil enim est melius. Mandaui etiam Siccæ. rescripsit, constitutum se cum eo habere. [c] Scribat igitur ad me, quid egerit, & tu videbis. [d] Bene fecit A. Silius, qui transegerit. neque enim ei deeße uolebam: et, quid possem, timebam. De Ouia, confice, ut scribis. 20
De Cicerone, tempus esse iam uidetur. sed quæro, quod illi opus erit Athenis, permutarine possit, an ipsi ferendum sit: de totaq. re, quemadmodũ, & quando placeat, velim consideres. Publius iturusne sit in Africam, & quando, [e] ex Atedio scire poteris. quæras, 25
& ad me scribas, uelim. Et, ut ad meas ineptias redeam, uelim me certiorem facias, P. Crassus [f] Vinuliæ F. uiuone P. Craßo consulari, patre suo mortuus sit, ut ego meminisse uideor, an pòst. Item quæro de Regillo, Lepidi F. recténe meminerim patre vi- 30
uo mortuum. [g] Cuspiana explicabis, itemq. Pretiana.

De

[a] L. sed quã ti quanti, bene em.
[b] fort. nec quibusquam
[c] L. Scribet
[d] al. initium nouæ epistolæ.
[e] al. ex Aledio
[f] al. Vinileiæ
[g] L. Cispiana

De Attica optimè, & ei salutem dices, & Piliæ.

ANNOTATIONES.

1 & tamen siqua me res istò abduxerit) etiam Memmiani codices habent, addùxerit. ego tamen nihil muto.

5 CICERO ATTICO S. 25

SCripsit ad me diligenter Sicca de Silio, seque ad te rem detulisse: quod tu idem scribis. mihi & res, & condicio placet: sed ita, vt numerato malim, quàm æstimatione. Voluptarias enim possessiones nolet Si-
10 *lius. Vectigalib. autem ut his possum esse contentus, quæ habeo, sic uix minoribus. Vnde ergo numerato? HS. D. C. exprimes ab Hermogene, cùm præsertim necesse erit: & domi uideo esse HS. D. C. reliquæ pecuniæ, uel usuram Silio pendemus, dum à Faberio, uel*
15 *ab aliquo, qui Faberio debet, repræsentabimus. Erit etiam aliquid alicunde. sed totam rem tu gubernabis.* [a] *Drusianis verò hortis* [b] *multo antepono: neque sunt vmquam comparati, mihi crede. Vna me causa mouet, in qua scio me* τετυφῶσθαι. *sed, vt facis, obsequere*
20 *huic errori meo, Nam quod scribis* ἐγγράφομαι, *actum iam de isto est. alia magis quæro.* [c] *Sicca, ut scribit, etiam si nihil confecerit* [d] *cum A. Silio, tamen se scribit X. Kal. esse uenturum.* [e] *cuius occupationibus ignosco, eęque mihi sunt notæ. De volunta-*
25 *te tua, ut simul simus, uel studio potiùs, & cupiditate, non dubito. De Nicia quod scribis, si ita me haberem, vt eius humanitate frui possem, in primis uellem illum mecum habere: sed mihi solitudo, & recessus, prouincia est. Quod quia facilè ferebat Sic-*
30 *ca, eo magis illum desidero. Præterea nosti Nicię nostri imbecillitatem, mollitiem, consuetudinem vi-*

[a] al. Drusinis
[b] fort. multo hos antep.
[c] al. Initiũ nouę epist.
[d] v.c. Agidio,
[e] L. & v.c. Tuis occupationib.

a al molestus esse uelim, b al. scripsit, de &c. non pl.

ctus. Cur ego illi [a] *molestus uelim, cùm mihi ille iucundus esse non possit? Voluntas tamen eius mihi grata est. Unam rem ad me* [b] *scripsisti, de qua decreui nihil tibi rescribere. Spero enim me à te impetrasse, vt priuares me ista molestia. Piliæ, & Atticæ salutem. Vale.* 5

ANNOTATIONES.

1 in qua scio me τετυφῶσται) sic legendum est potiùs, quàm τετυφλῶσται. τετυφῶσται autem significat insani fie: alii legunt τετυφλῶσται, id est, cæcum fuisse.

2 Tuis occupationibus) sic habet codex Turnes. & rectè. nam, 10 cuius, quod reposuit Victorius, mendosum est. Loquitur de occupationibus Attici, non Silii, ut declarant, quæ deinceps sequuntur.

Verba Græca, Latinis expressa.

τετυφῶσθαι, tumefactum esse, inflatum.
ἐγγήρμα, senectutis requies. 15

CICERO ATTICO S. 26

DE Siliano negotio, etsi mihi non est ignota condicio, tamen hodie me ex Sicca arbitror omnia cognitorum. [a] *Cottę quidem negas te esse: sed ultra* 20 *Silianam villam est (quam puto tibi notam esse) uilla la sordida, & valde pusilla. nihil agri* [b] *ad aliam rem loci satis: nihil ad eam, quam quæro. sequor celebritatem. Sed, si perficitur de hortis Silii, hoc est, si perficis (est enim totum positum in te) nihil est scilicet, quod* 25 *de Cotta cogitemus. De Cicerone, ut scribis, ita faciã. ipsi permittam de tempore. nummorum quãtum opus erit, vt permutetur, tu videbis. Ex* [c] *Aledio quod scribis, si quid inueneris, scribes. Et ego ex tuis animaduerto literis, & profectò tu ex meis, nihil habere* 30 *nos, quod scribamus. eadem quotidie, quæ iam, iamq.*

a v.c. & L. Cottę φ negas te nosse, ultra Sil. b v.c. ad ullã rẽ loci s. c al. Atedio

ipsa

ipsa contrita sunt, tamen facere non possum, quin quotidie ad te mittã, vt tuas accipiam. De Bruto tamẽ, si quid habebis. scire enim iam puto, ubi Pansam exspectet. si, ut consuetudo est, in prima prouincia, circiter
5 Kal. affuturus videtur. vellem tardius, valde enim vrbem fugio multas ob causas Itaque idipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem: quod quidem video facile esse. sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliç, & Atticæ salutem. Vale.

10 CICERO ATTICO S. 27

DE Silio [a] nihilo plura cognoui ex præsente Sicca, [b] quàm ex litteris tuis. Scripseras enim diligenter. Si igitur tu illum conueneris, [c] scribes ad me, si
15 quid videbitur, de quo putas ad me missum esse, sit missum, necne, scio dictum quidem mihi. Certè nihil est. Tu igitur, vt cœpisti. Et, si quid ita conficies, [d] (quod equidem non arbitror fieri posse) vt illi probetur: Ciceronem, si tibi placebit, adhibebis: eius aliquid
20 interest videri illius causa voluisse: mea quidem nihil, nisi id, quod tu scis: [f] quod ego æstimo. Quòd me ad consuetudinem reuocas: fuit meum quidem iampridem [1] remp. [g] regere, quod faciebam: [2] [h] sed interea erat, vbi acquiescerem: nunc planè [i] nec ego victum,
25 nec uitam illam colere possum: nec in ea re, quid aliis videatur, mihi puto curandum. Mea mihi conscientia pluris est, quàm omnium sermo. Quòd me ipse per litteras consolatus sum, non pœnitet me quantum profecerim. mœrorem minui: dolorem nec potui,
30 nec, si possem, vellem. De Triario, bene interpretaris voluntatem meam: tu uerò nihil, nisi ut illi uolent. ego

a v. c. nilo
b v. c. & L. quàm ex litteris eius. Scripserat enim d.
c L. scribes ad me, si quid videbitur. De quo putas ad me missum esse, sit missũ, necne, nescio. Dictum quidem mihi certè nihil est.
d al. quod quidem
e v. c. & L. quod ego magni æstimo.
f v. c. lugere,
g v. c. sed intus erat, al. sed inuitus erat. n. vbi ac.
i v. c. non

[a] *Cum iis communices,* [b]*quantopere, & quare velim hortos: sed id ita* [c] *posse, si expediatur illud Faberianum.* [d] *sint igitur auctores futuri. si qua etiam iactura facienda sit in repraesentando:* [e]*quod possum, adducito.* [f] *tum enim illud desperatum denique intelliges; & quid inclinent ad hoc meum consilium adiuuandū. Si quid erit: magnum est adiumentum. sin minus: quacunque ratione contendamus. Vetus illud ἐγγήραμα, quemadmodum scripsisti, vel ἐντάφιον putato.* [g]*De illo Ostiensi nihil est cogitandum. Si hoc non assequimur: (à Lamia non puto posse) Damasippi experiendum est. Quaero quid ad te scribam: sed nihil est. eadem quotidie. Quòd lentulum inuisis, valde gratum. Pueros attribue ei, quot, & quos videbitur.*

a v.c. si cum iis cōm. non plac.
b v.c. quanto opere.
c al. potest,
d v.c. & L. Sintne igitur auctores futuri.
fort. si sunt igitur auctores futuri: si qua etiam &c.
e L. quo ad possum,
f fort. tum an sit illud desperatum denique intelliges, & ecquid incl.
g al. De illo Ost. n. est cogitandū, s

ANNOTATIONES.

15 1 quoad possum, adducito) quoad possum peruenire, id est, ad eam summam, quam possum repraesentare, adducito. Turnebus, quod possunt. minus rectè.

Verba Graeca, Latinis expressa.

ἐγγήραμα, senectutis solatium.
ἐντάφιον, sepulcrum.

CICERO ATTICO S. 29

D*E Silii* [a] *voluntate vendendi, & de eo quanti, tu vereri videris, primùm ne nolit, deinde ne tanti. Sicca aliter: sed tibi assentior. Quare, vt ei placuit, scripsi ad Egnatium. Quòd Silius te cum Clodio loqui vult, potes id mea* [b] *voluntate facere: commodiusque id est, quàm, quod ille à me petit, meipsum scribere ad Clodium. De mancipiis Castricianis, commodissimum esse credo, transigere Egnatium.* [c] *Quòd scribis te ita futurum putare, cùm Ouia, quaeso, quidē vt conficiatur. Quoniam, vt scribis, nox erat, in hodierna epistola plura expecto.*

a v.c. voluptate vend. non pl.
b v.c. voluptate f. non pl.
c v.c. Quòd scribis te ita futurum putare, cum Ouia quaeso, vide vt co nficiatur.

ANNOTATIONES

1 Quod scribis te ita futurum putare, cum Ouia,&c.) hunc locum ex auctoritate veteris codicis,quem religiosè secutus sum, feliciter emendaui. tantum ex,qui de,feci,vide.

CICERO ATTICO S. 30

SIlium mutasse sententiam Sicca mirabatur. Equidem magis miror, quòd, cùm in filium causam cõferret, quæ mihi non iniusta videtur (habet enim, qualem vult) ais te putare, [1] *si addiderimus aliud, à quo refugiat, cùm ab ipso id* [a] *fuerit destinatum, venditurum. Quæris à me, quod summum pretium constituam, & quantum anteire istos hortos Drusi: accessi numquam. Coponianam villam & veterem, & non magnam, noui: siluam nobilem: fructum autem neutrius. quod tamen puto nos scire oportere. sed mihi* [b] *vtrius istorum, tempore magis meo, quàm ratione æstimandi sunt. Possim autem assequi, necne, tu velim cogites. Si enim Faberianum venderem, explicare vel repræsentatione non dubitarem. De Silianis,* [2] [c] *si modò adduceretur, vt venderet: si* [d] *venaleis non haberet, transirem ad Drusum vel tanti, quanti Egnatius illum velle tibi dixit. Magno etiam adiumento nobis Hermogenes potest esse in repræsentando.* [e] *At concede mihi, quæso, vt eo animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat: & tamen seruio ita cupiditati, & dolori meo, ut à te regi velim.* [f] *Egnatius mihi scripsit. is si quid tecum locutus erit (commodissimè enim per eum agi potest) ad me scribes: & id agendum puto. Nam cum Silio non video confici posse. Piliæ, & Atticæ salutem. Hæc ad te mea manu. Vide, quæso, quid agendum sit.*

a v. c. fieret

b L. vtriuis ist. & ita v.c.

c L. si non add.

d v.c. venalis

e al. At tu cõc. v.c aut con.

f L. Egnatius mihi scripsit. tu, si quid t. l.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 si addiderimus aliud,&c.) consentiunt hic libri veteres cum vulgatis. Verumtamen docti quidam sic legendum putant: si adie rimus aliud, à quo ref. c. ab. i. id, f. æstimatum, &c. ego nihil muto: & Manutio assentior.

5 2 si non adduceretur, vt venderet: si venaleis) sic esse legendum sententia ipsa peruincit, nō, vt habent omnes libri, si modò. quàm sæpe autem scriptores librarij peccarint in scribendo, non pro, modo: &, modo, pro, non, sciunt qui libros manuscrip. assiduè tractant.

CICERO ATTICO S. 31

10 [a] PVblilia ad me scripsit, [1] matrem suam [b] cum Publilio loqui, eam ad me cum illo venturam, & se unà, si ego paterer. Orat multis, & supplicibus verbis, vt liceat, & vt sibi rescribam. Res quàm molesta sit, vides. Rescripsi, me etiam grauius esse affe-
15 ctum, quàm tum, cùm illi dixissem, me solum esse velle: quare nolle me hoc tempore eam ad me uenire. Putabam, si nihil rescripsissem, illam cum matre uenturam: nunc non puto. apparebat enim, illas litteras [c] non illius esse. Illud autem, quod fore video, ipsum uolo
20 vitare, ne illæ ad me veniant. & una est uitatio, [d] ut ego nollem: [e] sed necesse est (te hoc nunc rogo) ut explores, ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimar. Ages, ut scribis, temperatè. Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen, si tibi non iniquum videbi-
25 tur, ut sumtus, huius peregrinationis, quibus, si Romæ esset, domumq. conduceret, quod facere cogitabat, facilè contentus futurus erat, accommodet ad mercedes Argileti, & Auentini: &, cum ei proposueris, ipse uelim reliqua moderere, quemadmodum ex his mercedibus suppeditemus ei, quod opus sit.
30 præstabo, nec Bibulū, nec [f] Acidinum, nec Messallā, quos

a al. Popillia

b fort. cum Publilio loqui solere, se ad me cū illo &c. v. c. cum Publilio loqueretur ad me

c v. c & L. non esse ipsius. Ill.

d sic. v. c. al. & ego nollem.

e sed necesse est. Te hoc nunc rogo, vt expl.

f al. Accidinum

quos Athenis futuros audio, maiores sumptus factu-ros, quàm quod ex eis mercedibus [a] *recipietur. Ita-que velim videas, primum conductores qui sint, & quanti: deinde vt sit, qui ad diem soluat,* [b] *& quid viatici, quid instrumenti satis sit. Iumento certè A-thenis nihil opus est: quibus autem in via vtatur, do-mi sunt plura, quàm opus erat: quod etiam tu ani-maduertis.* 5

a L. reficietur. al. efficietur. al. redigetur.
b fort. ecquid viatici, ecquid inst.

ANNOTATIONES.

1 matrem suam cum Publilio l.) codex Turnes. habet, matrem suam cum Publilio loqueretur, ad me, &c. quam scripturam explicare aliter non possum, nisi hoc modo, matrem suam cum Publilio loqui solere, se ad me cum illo, &c. 10

CICERO ATTICO S. 32

EGo, vt heri ad te scripsi, si & Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damasippum velim aggrediare. Is, opinor, ita [a] *par-teis fecit in ripa nescio quotenorum iugerum, vt certa pretia constitueret, quæ mihi nota non sunt. Scribes ad me igitur, quicquid egeris. Vehementer me solli-citat Atticæ nostræ* [b] *valetudo, vt uerear etiam, ne-qua culpa sit, sed & pædagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat. Cura igitur. plura enim non possum.* 15 20

a v. c. patris
b v. c valitudo,

CICERO ATTICO S. 33 25

EGo hic uel sine Sicca (Tironi enim melius est) fa-cillimè possem esse, vt in malis. Sed, cũ scribas, videndum mihi esse, ne opprimar, ex quo intelligam, [a] *te certum illius profectionis diem non habere: puta-ui esse commodius me istuc venire: quod idem video tibi placere. Cras igitur in Siccæ suburbano: inde, quem-* 30

a v. c. certũ diem illius profectionis non hab.

quemadmodum suades, puto me in Ficulensi fore. Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus. Tuam quidem & in agendis nostris rebus, & in consiliis ineundis, mihique dandis,
5 *in ipsis litteris, quas mittis,* [a] *beneuolentiam, diligentiam, prudentiam mirificè diligo. Tu tamen, si quid cum Silio, vel illo ipso die, quo ad Siccā veturus ero, certiorem me velim facias, & maximè, cuius loci detractionem fieri velit. Quod enim scribis,* EXTRE-
10 MI, *vide, ne is ipse locus sit, cuius causa de tota re, vt scis, est à nobis cogitatum.*

a v. c. beniuolentiam,

CICERO ATTICO S. 34

15 *Hirtii epistolam tibi misi, & recentem, & beneuolè scriptam.* [a] *Antè, quàm proximè discessi, numquam mihi venit in mentem, quo plus infinitum in monumentum esset, quàm nescio quid, quod lege cōceditur, tantumdem populo dandum esse. quod non*
20 *magnopere moueret, nisi nescio quomodo (ἀλόγως fortasse) nollem illud vllo nomine, nisi Fani, appellari: quod si volumus, vereor, ne assequi non possimus, nisi mutato loco. Hoc quale sit, quæso, considera. Nam etsi minus vrgeor, meque ipse propemodum collegi,*
25 *tamen indigeo tui consilii. Itaque te vehementer etiā, atq. etiam rogo, magis quàm à me vis, aut pateris te rogari, vt hanc cogitationem toto pectore amplectare.*

a v. c. & L. Antè, quā à te prox.

Verba Græca, Latinis expressa.

30 ἀλόγως, sine ratione.

CICERO ATTICO S. 35

FAnum fieri volo, [a] neq hoc mihi erui potest. sepulcri similitudinem effugere, non tam propter pœnam legis studeo, quàm vt maximè assequar ἀποθέωσιν: quod poteram, si in ipsa villa facerem. Sed, 5 vt sæpe locuti sumus, commutationes dominorum reformido. In agro vbicumq. fecero, mihi videor assequi posse, vt posteritas habeat religionem. Hæ meæ tibi ineptiæ [b] (fatebor enim) ferendæ sunt. [c] nam habeo, ne me quidem ipsum, quicum tam audacter commu- 10 nicem, quàm te. Si tibi res, si locus, si institutum placet: lege, quæso, legem, mihiq́. eam mitte. Siquid in mentem veniet, quomodo eam effugere possimus, vtemur. Ad Brutum siquid scribes, nisi alienum putabis, obiurgato eum, quòd in Cumano esse noluerit 15 propter eam causam, quam tibi [d] dixi. Cogitanti enim mihi, nihil tam videtur potuisse facere rusticè. Et si tibi placebit sic agere de fano, vt cœpimus, velim cohortere, & exacuas Cluatium. nam, etiamsi alio loco placebit, illius nobis opera, consi- 20 lioq́ue vtendum puto.

a v.c. neq. hoc mihi suaderi pot. fort. neque hoc mihi dissuaderi p. al. neque hoc mihi exui p.
b L. (fateor enim)
c al. non habeo,
d L. dixi,

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀποθέωσιν, consecrationem.

CICERO ATTICO S. 36

TV ad illam fortasse cras. [1] A te heri duas episto- 25 las [a] recepi, alteram pridie datam Hilaro: alteram eodem die à tabellario: accepiq́ue [b] ab Aegypta litteras eodem die, Piliam, & Atticam planè bellè se habere. [2] [c] Tuæ litteræ mihi redditæ sunt tertio decimo die. Quòd mihi Bruti litteras, gratum. ad 30 me quoq. misit. Eam ipsam ad te epistolam misi, & ad

a L. accepi.
b L. ab Aegypta lib. cod.
c L. hæ litteræ

ad eam exemplum mearum litterarum. De fano, si nihil mihi hortorum inuenis (qui quidem tibi inueniendi sunt, si me tanti facis, quanti certè facis) valde probo rationem[a] tuam. De Tusculano, quamuis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen, nisi magnæ curæ tibi esset, ut ego consequerer id, quod magnopere vellem, numquam ea res tibi tam bellè in mentem uenire potuisset. sed nescio quo pacto celebritatem requiro. itaq. hortos mihi conficias, necesse est. Maxima est in Scapula celebritas, propinquitas: præterea, ubi sis, ne totum diem in uilla. Quare antè quàm discedis, Othonem, si Romæ est, conuenias peruelim. Si nihil erit, etsi tu meam stultitiam consuesti ferre, eò tamen progrediar, [b] ut mihi stomachere. Drusus. n. certè vendere vult. Si ergo aliud erit, non mea erit culpa, nisi emero? qua in re ne labar, quæso, prouide. Prouidendi autem vna ratio est. siquid de Scapulanis possumus. Et velim me certiorem facias, quamdiu in suburbano sis futurus. Apud Terentiam[c] gratia opus est nobis, tuaq. auctoritate: sed facies, ut uidebitur. Scio enim, si quid mea intersit, tibi maiori curæ solere esse, quàm mihi Hirtius ad me scripsit, Sex. Pompeium Corduba exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem. Cn. fugisse nescio quò. neq. enim curo. Nihil preterea noui. Litteras Narbone dedit XIIII. *kalend. Maias. Tu mihi de Caninii naufragio[d] quasi dubia re misisti. Scribas igitur, si quid erit certius. Quòd me à mæstitia auocas, multum [e] leuaris, si locum fano dederis. Multa mihi εἰς ἀποθέωσιν in mentem ueniunt: sed loco valde opus est. quare etiam Othonem vide.*

a al tuā de Tusculano. Quāuis &c.

b v.c.& L. uti stomachere.

c L. gratia tua

d v.c dubia misisti.

e al. proficies,

ANNOTATIONES.

1 A te heri duas epiſtolas accepi) lene eſt, quod mihi venit in mentem: ſed tamen. quidquid ſit, lectorem non celabo hoc, accepi, puto eſſe ſubdititium, & alienum: atque ita à Cicerone ſcriptum, A te heri duas epiſtolas, alterum, &c. ut ſumatur, accepi, infernè ἀπὸ κοινοῦ,deinde, accepique,&c.quod genus loquendi veteribus eſt uſitatum, ut uos alibi admonuimus: quamquam hanc ſuſpicionem refellit codex Turneſ. in quo ſic legitur, accepique ab Aegypta L. eodem die, &c. L. autem ualet liberto &, accepi, poſitum pro cognoui. uel ſubintellige, litteras, quibus ſignificas, &c. 5

2 hæ litteræ, &c.) legendnm, ut habet codex Turneſ. he litteræ, &c. non tuæ litteræ. Quamuis autem, recepi, ſuprà ſit in omnibus libris vulgatis, accepi, tamen repoſui,ut habent codices Memm. & Turneſianus. 10

Verba Græca, Latinis expreſſa.

εἰς ἀποθέωσιν, in conſecrationem.

CICERO ATTICO S. 37 15

NOn dubito, quin occupatiſſimus fueris, qui ad me nihil litterarum: ſed homo nequam, qui tuum commodum[a] non exſpectarit, cùm ob eam vnam cauſam miſſus eſſet. nunc quidem, niſi quid te tenuit, [b] ſuſpicor eſſe in ſuburbano. At ego hic ſcribendo dies totos, nihil equidem leuor: ſed tamen aberro. Aſinius Pollio ad me ſcripſit de impuro noſtro cognato. quod Balbus minor nuper ſatis planè, Dolabella obſcurè: hic apertiſſimè. Ferrem grauiter, ſi nouę ægrimoniæ locus eſſet. Sed tamen [c] quid impurius? O hominem cauendum! quamquam mihi quidem. ſed tenendus dolor eſt. Tu, [d] quoniam neceſſe nihil eſt, ſic ſcribes aliquid, ſi vacabis. Quod putas oportere[e] prouideri iam animi mei firmitatē: grauiusq. quoſdam ſcribis de me loqui, quàm aut te ſcribere, aut Brutū: ſi, qui me fractum eſſe animo, & debilitatum putant, ſciant, 20 25 30

a v.c. non exſpectaret
b v.c. & L. ſuſpicor te eſſe
c v. c. ecquid
d al. nihil neceſſe eſt,
e v.c. & L. peruideri

quid

quid litterarum, & cuius generis conficiam: credo (si modò homines sint) existiment me, siue ita leuatus sim, vt animum uacuum ad res difficileis scribendas afferam, reprehendendũ non esse:[1] siue hanc aberratio
5 nem à dolore [a] delegerim, quæ maximè liberalissima, doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere. Sed, cùm ego faciam omnia, quæ facere possim ad me adiuuandum, tu efficere id, quod video te non minùs, quàm me, laborare. Hoc mihi debere uideor, ne-
10 que leuari posse, nisi soluero, aut uidero me posse soluere, id est, locum, qualem uolo, inuenero. Heredes Scapulæ, si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixisse, partibus quottuor factis, liceri cogitant: nihil est scilicet emtori loci. sin uenibunt: quid fieri possit,
15 uidebimus. nam ille locus [b] publicanus, qui est Trebonii, & Cusinii, erat ad me allatus, sed scis aream esse. nullo pacto probo. Clodiæ sanè placent, sed non puto esse uenaleis. De Drusi hortis, quamuis ab his abhorreas, ut scribis, tamen eò confugiam, nisi quid in-
20 ueneris: Aedificatio me non mouet. nihil enim aliud ædificabo, nisi id, quod, etiam si illos non habuero. [c] Κύριος mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis, quàm eruditi.

a L. delegerim maximè, quælib.

b v.c. Publicianus,

c v.c. Κύρας al. Κύρος.

ANNOTATIONES.

25 1 siue hãc aberrationem à dolore delegerim maximè, quæ, &c.) sic edendum curaui, libris omnibus inuitis, in quib. ita legitur, siue hanc aberr. a dol. delegerim, quæ maximè liberalis.

CICERO ATTICO S. 38

30 TAbellarius cùm ad me sine litteris tuis uenisset, existimaui tibi eã causam nõ scribendi fuisse, quòd

quòd pridie scripsisses ea ipsa, ad quę rescripsi hac epistola. Exspectaram tamen aliquid de litteris Asinii Pollionis. [a] *Sed nimium ex meo otio tuum specto. quamquam tibi remitto, nisi quid necesse erit, necesse ne habeas scribere, nisi eris ualde otiosus. De tabellariis, facerem quod suades, si essent ullæ necessariæ litteræ, ut erant olim, cùm breuioribus diebus, tamen quotidie respondebant tempori tabellarii: & erat aliquid, Silius, Drusus, alia quædam: nunc, nisi Otho exstitisset,* [b] *quid scriberemus, non erat. Idipsum dilatum est. tamen alleuor, cùm loquor tecũ absens: multo etiam magis, cùm tuas litteras lego. Sed quoniam & abes (sic enim arbitror) & scribendi necessitas nulla est, conquiescent litterę, nisi quod noui exstiterit.*

a L, Sed nimirum

b L. quod

CICERO ATTICO S. 39

QValis futura sit Cęsaris uituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit: in quo colligit uitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis. Itaque misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret. Volo enim eum diuulgari: [a] *quod quo faciliùs fiat, imperabis tuis. συμβουλευτικὸν sępe conor. nihil reperio: & quidem mecum habeo & Ἀριστοτέλους, & Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον. Sed quid simile? Illi, quæ & ipsis honesta essent, scribebant, & grata Alexandro. ecquid tu eiusmodi reperis? Mihi quidem nihil in mentem uenit. Quòd scribis te uereri, ne & gratia, & auctoritas nostra hoc meo mærore minuatur: ego quid homines aut reprehendant, aut postulent, nescio. Ne doleam? qui* [b] *potest? Ne iaceam? quis vmquam minùs? dum tua me*

a v. c. quoque

b L. potest?

me domus leuabat, quis à me exclusus? quis venit, [a] *qui offenderetur?*

Asturam sum à te profectus. Legere isti læti, qui me reprehendunt, tam multa non poßunt, quàm ego scripsi: quàm bene, nihil ad rem. sed genus scribendi id fuit, quod nemo abiecto animo facere poßet. XXX. *dies* [b] *in hortis fui. Quis aut congressum meum, aut facilitatem sermonis desiderauit?* [c] *Nunc ipsum, ea lego, ea scribo, vt ii, qui mecum sunt, difficilius otium ferant, quàm ego laborem. Siquis requirit, cur Romæ non sim: quia discessus est. cur non sim in his meis prędiolis, quæ sunt huius temporis: quia frequentiam illam non facilè ferrem. Ibi sum igitur, vbi is, qui optimas Baias habebat, quotannis hoc tempus consumere solebat. Cùm Romam uenero, nec uultu, nec oratione reprehendar. Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. Constantia, & firmitas nec animi, nec orationis requiretur. De hortis Scapulanis, hoc videtur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, vt præconi* [d] *subiiciantur. Id nisi fit, excludemur. sin ad tabulam venimus: vincemus facultates Othonis nostra cupiditate. Nam, quod ad me de Lentulo scribis, non est in eo. Faberiana modò res certa sit: tuque enitare, quod facis: quod volumus, consequemur. Quòd queris, quamdiu hic: paucos dies. sed certum non habeo. simulac constituero, ad te scribam: & tu ad me, quamdiu in suburbano sis futurus. Quo die ego ad te hæc misi, de Pilia, & Attica mihi quoque eadem, quæ scribis, & scribuntur, & nuntiantur.*

[a] v. c. qui offenderet?

[b] v.c. in horto

[c] al. Nunc, vbi sum,

[d] v. c. subiciantur.

Verba Græca, Latinis expressa.

συμβουλευτικὸν, librum suasionum.

CICERO ATTICO S. 9

a L. aut afuturus es: b v. c facies igitur &c. & ita L.

NIhil erat, quod scriberem. si ire tamen uolebam, ubi esses: si abes, [a] aut absuturus es: quando rediturus esses. [b] facias igitur me certiorem. Et, quod tu scire uolebas, ego quando ex hoc loco: postridie Id. Ianuarii constitui manere, inde postridie in Tusculano, aut Romę. utrum sim facturus: eo ipso die scies. Scis, quàm sit φιλαίτιον συμφορὰ *minimè in te quidem* 10 *sed tamen auidè sum effectus de fano. quod nisi, non dico effectum, sed fieri uidero: audebo hoc dicere (& tu, ut soles, accipies) incursabit in te dolor meus: non iure ille quidem, sed tamen feres hoc ipsum, quod scribo, ut omnia mea fers, ac tulisti. omneis tuas conso-* 15 *lationes, unam hanc in rem uelim conferas. Si quęris quid optem: primùm Scapulę, deinde Clodiæ: postea, si Silius nolet: Drusus aget iniustè: Cusinii & Trebonii.[1] puto Terentium esse dominum, [c] Rebiliũ*

c L, Rebilũ fuisse certè scio.

fuisse certò scio. Sin autem tibi Tusculanum placet, 20 *ut significasti quibusdam litteris, tibi assentiar. hoc quidem utique perficies, si me lauari uis; quem iam etiam grauius accusas, quàm patitur tua consuetudo: sed facis summo amore, & uictus fortasse uitio meo: sed tamen, si me leuari uis, hęc est summa leua-* 25 *tio: uel (si uerum scire uis) una. Hirtii epistolam si legeris, quæ mihi quasi* πρόπλασμα *uidetur eius uituperationis, quam Cæsar scripsit, de Catone: facies me, quid tibi uisum sit, (si tibi erit commodum) certiorem. Redeo ad fanũ. nisi hac ęstate absolutũ erit, quam ui-* 30 *des integram restare: scelere me liberatũ non putabo.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 puto Terentium esse dominum) codex Turnesianus habet puto tertium esse dominum: mendosè, opinor.

Verba Græca, Latinus expreßa.

φιλαίτιον συμφορά, querula calamitas.

5 πρόπλασμα, præfigmenta.

CICERO ATTICO S. 41

NVllum à te desideraui diem litterarum. uidebam enim, quæ scribis: & tamen suspicabar, uel potius intelligebam, nihil fuisse, quod scriberes. [a] *Ad*

10 *VI. Id. uerò & abesse te putabam, & planè uidebam nihil te habere. Ego tamen ad te ferè quotidie mittam. Malo enim frustra, quàm te non habere, cui des, siquid fortè sit, quod putes me scire oportere. Itaque accepi VI. Id. litteras tuas inaneis. Quid enim ha-*

15 *bebas, quod scriberes?* [b] *Mihi tamen illud, quidquid erat, non molestum fuit,* [c] *nihil aliud scire me, noui te nihil habere:* [d] *scripsit tamen nescio quid de Clodia. Vbi ergo ea est? aut quando uentura? Placet mihi res sic, ut, secundum Othonem, nihil magis. sed neque*

20 *hanc uendituram puto: delectatur enim, & copiosa est: &, illud alterum quàm sit difficile, te non fugit. Sed obsecro, enitamur, ut aliquid ad id, quod cupio, excogitemus.*

Ego me hinc [e] *postridie exiturum puto: sed aut in*

25 *Tusculanum, aut domum: inde fortasse Arpinum. cũ certum sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem monere te, ut idipsum, quod facis, faceres. Putabam enim commodius te idem istud domi agere posse, interpellatione sublata. Ego postridie Id. ut scri-*

30 *psi ad te antè, Lanuuii manere constitui: inde aut Romæ, aut in Tusculano. Scies antè utrumque.*

a L. A. d. VI. idus

b v. c. Mit.

c sic v. c. al. nihil aliud scire me, quã noui te nihil habere.

d al. scripsi sti t.

e fort. postridie id.

CICERO ATTICO S. 42

a L. Quòd scribis, certè mihi illā rem fore leuamento: cùm benè facis, itum ad est, mihi crede, perinde, vt existimare tu non potes.
b v. c. quanto opere
c v. c. Sed si ista minus &c.

1 a QVod scies rectè illam rem fore leuamento: bene facis, cùm id esset (mihi crede) perinde, vt existimare tu non posses. Res indicat b quantopere id cupiam, cùm tibi audeam confiteri: quem id non ita 5 valde probare arbitrer. Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus? immò verò etiam adiuuandus. De Othone diffido, fortaße quia cupio: sed tamen maior etiam res est, quàm facultates nostræ, præsertim ad 10 uersario & cupido, & locuplete, & herede. Proximum est, vt velim Clodiæ. c Si ista minus confici possunt, efficere quiduis. Ego me maiore religione, quàm quisquam fuit vllius voti, obstrictum puto. videbis etiam Treboniaos: etsi absunt domini. Sed, vt ad te heri scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne æstas 15 affluat: quod certè non est committendum.

ANNOTATIONES.

1 Quòd scribis. certè mihi illam rem leuamento fore, &c) secutus olim magna ex parte fueram Manutij coniecturam, vt ingeniosam, & probabilem, quæ talis est. Quòd scribis, reri te, mi- 20 hi illam rem fore leuamento, &c. Nunc mihi alia mens, alia sententia. nam illud, rei te, quod vir ille pereruditus fecit ex, rectè, mihi longiusculè petitum videtur. cetera prætereo. Ego autem ex, rectè, feci, certè. Animaduerti enim scriptores illos librarios in hoc sæpe peccare solitos vt scriberent, rectus, & rectè, pro, certus, & certè, & contra. Cetera, nostra sunt ex antiqua scriptura, quam in codice Turnesiano reperi efficta, atque expressa. Nec hoc quidem celabo, mihi post, rectè, reperiri planè, & integrè scri- 25 ptum in codice Turnes. pro quo Victorius esse in suo admonet, in: nihil præterea.

CICERO ATTICO S. 26

ET Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse facilè patior (fecit.n. humanè) & te eius 30 epistolam ad me non misiße, multo facilius. tu enim

etiam

etiam humanius. Illius librum, quem ad me misit de Catone, propterea uelo diuulgari ab tuis, ut ex istorum uituperatione sit illius maior laudatio. Quòd per Mustellam agis, hominem ualde idoneum, meique sanè studiosum iam inde à Pontiano. Perfice igitur aliquid. Quid autem aliud, nisi ut aditus sit emtori: quod per quemuis heredem potest effici. Sed Mustellam id perfecturum, si rogaris, puto. Mihi uerò & locum, quem opto, ad id, quod uolumus, dederis, & praeterea ἐγγύραμμα.[a] nam illa Silii, & Drusi, non satis οἰκοδεσποτικὰ mihi uidetur. Quid enim sedere totos dies in uilla ista? igitur malim primùm Othonis, deinde Clodiæ. Si nihil fiet: aut Druso ludus est suggerendus, aut vtendum Tusculano. Quòd domi te inclusisti, ratione fecisti. sed, quæso, confice, & te uacuum redde nobis. Ego hinc, ut scripsi antea, postridie Id. [b] Lanuuium: deinde postridie, in Tusculano. Contudi n. animum, & fortasse uici, si modò permansero. Scies igitur fortasse cras, summum perendie. Sed quid est, quæso?[1] Philotimus nec [c] Cartini Pompeium teneri: qua de re litterarum ad Clodium Patauinum missarum exemplum mihi Oppius & Balbus miserant, se id factum arbitrari: bellumque narrat reliquum satis magnum. Solet omnino esse [d] Fuluiaster. Sed tamen, si quid habes. Volo etiam scire de naufragio Caniniano, quid sit.

[a] v.c. non habet, nam

[b] L. Lanuuii: deinde p.

[c] L. Carteiæ

[d] v.c. Fuluiaster.

ANNOTATIONES.

1 Philotimus nec Carteię Pompeium teneri:) Secutus sum Manutij coniecturam: quam complures uiri docti probant, & historiæ testimonium confirmat. Verumtamen codex Turnes. planè habet, ut uulgati, nec Cartani Pompeium teneri: ex qua scriptura Turneb. existimat, legendum potiùs, Philotimus negat Cn. Pompeium teneri. Siquid sit præterea mutandum, ego sic scribi uelim, Philotimus negat Carteiæ Cn. Pompeium teneri.

Verba Græca, Latinis expressa.

συμπαθῶς, cum significatione animi.
ἐγγήραμα, senectutis requies.
οἰκοδεσποτικά, domini commodis apta.

CICERO ATTICO S. 44 5

EGo hic duo magna συντάγματα absolui. Nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possum. Tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas (quod fore ita uideo) tamen idipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes, dummodò ne his uerbis. De Attica, optimè. ἀκηδία tua me mouet: etsi scribis nihil esse. In Tusculano eò commodiùs ero, quòd & crebriùs tuas litteras accipiam, & teipsum nonnunquam videbo. Nam ceteroqui ἀνεκτότερα erant Asturæ: nec hæc, quæ refricant, hic me magis angunt. etsi tamen, ubicumque sum, illa sunt mecum. De Cæsare vicino scripseram ad te, quia [a] cognoram ex tuis litteris: eum σύνναον [b] Quirini malo, quàm Salutis. Tu uerò peruulga Hirtium. id enim ipsum putaram, quod scribis: ut, cùm ingenium amici nostri probaretur, ὑπόθεσις vituperandi Catonis irrideretur.

a v.c. cognoueram
b v.c. Quirino, quàm Saluti.

Verba Græca, Latinis expressa.

συντάγματα, opera.
ἀκηδία, mæror, tristitia.
ἀνεκτότερα, tolerabiliora.
σύνναον, contubernalem.
ὑπόθεσις, argumentum.

CICERO ATTICO S. 45

VIncam, opinor, animum: [a] Lamuuio pergā in Tusculanum. aut enim mihi in perpetuum fundo illo

a v.c. & Lanuuio perg. & ita l.

illo carendum est (nam dolor idem manebit,[1] [a]tantùm mediocrius) aut nescio, quid intersit, vtrùm illuc nunc veniam, an ad decem annos. Neque enim ista maior admonitio, quàm quibus assiduè conficior, & dies & nocteis. Quid ergo? inquies. nihil litteræ? In hac quidem re uereor, ne etiam contrà. nam essem fortasse durior. Exculto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.

a v.c. tãtum modestius)

ANNOTATIONES.

1 tantùm mediocrius) etiam codex Turnesianus, ut & ij, quib. Petr. Victorius usus est, habent, tantum modò ocius. unde Corradus legendum existimat, tantum modò socius. Ego, tantùm mediocrius. quisquis huius emendationis auctor sit, rectum puto. subintelligo autem, uel manebit, uel, vrgebit, uel aliquid tale.

CICERO ATTICO S. 46

TV igitur, ut scripsisti, nec id incommodo tuo. vel hinc enim poterunt litteræ. occurram etiam, si necesse erit. Ergo id quidem, ut poteris. De Mustella, vt scribis: etsi magnum opus est. eo magis delabor ad Clodiam. quamquam in utroque Faberianum nomen explorandum est. de quo nihil nocuerit si aliquid cum Balbo eris locutus: & quidem, ut res est, emere nos velle: nec posse sine isto nomine, nec audere [a] incerto. Sed, quando Clodia Romę futura est, & quia tanti rem æstimas, eò prorsus [b]exspecto: non quin illud malim: sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum herede. etsi de cupiditate nemini concedam. ceteris rebus [c] inferiores sumus. Sed hæc coràm. Hirtii librum, vt facis, diuulgato. De Philotimo idem & ego arbitrabar. Domum tuam pluris video futuram, uicino Cæsare. Tabellarium meum hodie exspectamus. nos de Pilia, & Attica certiores facient.

a v.c. re incerta.

b v.c. spe- cto:

c al. infra- miores

CICERO ATTICO S. 47

Domi te libenter esse facilè credo: sed uelim scire, quid tibi restet, aut iamne confeceris. Ego te in Tusculano exspecto, eoque magis, quòd Tironi statim te venturum scripsisti, & addidisti, te putare opus esse. Sentiebam omnino, quantum mihi præsens prodesses, sed multo magis post discessum tuum sentio, quamobrem, ut antè ad te scripsi, aut ego ad te totus, aut tu ad me.[a] quod licebit.

a L. quotus licebit.

CICERO ATTICO S. 48

Heri non multo pòst, quàm tu à me discessisti, puto quidam urbani, vt videbantur, ad me mandata, & litteras attulerunt à [a] C. Mario C. F. eum multis uerbis agere mecum per cognationem, quæ mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Crassi, aui sui, ut se defenderem: causamq. suam mihi perscripsit. Rescripsi, patrono illi nihil opus esse, quoniam Cæsaris, propinqui eius, omnis potestas esset, uiri optimi, & hominis liberalissimi: me tamen ei fauturum. O tempora! fore cùm dubitet Curtius consulatum petere! sed hæc hactenus. De Tirone, mihi curæ est. sed iam sciam, quid agat. Heri enim misi qui uideret: cui etiam ad te litteras dedi. Epistolam ad Cæsarem tibi misi. Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas.

a v. c. C. Mario, C. F. C. N. multis v.

CICERO ATTICO S. 49

Vt me leuarat tuus aduentus: sic discessus afflixit. Quare cùm poteris, id est, cùm [a] Sestii auctioni operam dederis, reuises nos. uel unus dies mihi erit

a L. Sextij auct.

erit utilis: quid dicam gratus? Ipse Romam ueni-rem, ut vnà essemus, si satis[a] consilium quadam de re haberem.

a fort. consilij

CICERO ATTICO S. 50

5 *Tironem habeo citiùs, quàm uerebar. venit etiam Nicias: & Valerium hodie audiebam esse venturum. quamuis multi sint, magis tamen ero solus, quàm si unus esses. Sed exspecto te à Peduceo vtique.*
10 *tu autem significas aliquid etiam antè. uerùm id quidem vt poteris. De Virgilio, ut scribis. hoc tamen uelim scire, quando auctio. Epistolam ad Cęsarem mitti, uideo tibi placere. Quid quæris? [a] Mihi quoque idem maximè placuit, & eo magis, quòd nihil*
15 *est in ea, nisi optimi ciuis: sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes πολιτικοὶ præcipiunt. [b] sed sic nobis esse uisum, vt isti antè legerunt. Tu igitur id curabis: sed, nisi planè iis intelliges placere, mittenda non est. Id autem vtrùm illi sentiant, an uerò simulent,*
20 *[c] tu intelliges. sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit, τοῦτο δὲ [d] γνώσῃ. De [e] Cerellia, quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit: [f] debere, non esse dignitatis meæ: perscriptionem tibi placere. hoc metuere, alterum in metu non ponere. Sed & hæc, & multa alia*
25 *coràm. Sustinenda tamen (si tibi uidebitur) solutio est nominis [g] Cerelliani, dum & de Metone & de Faberio sciamus.*

a v. c. Mihi quoq. hodie max. pl.
b L. sed scis ita nob.
c v. c & L. tu intelliges. mihi sim.
d al γνώσῃ.
e v. c. Carellia,
f fort. ei debeo.
g al. Carelliani

Verba Græca, Latinis expressa.

30 τοῦτο δὲ γνώσῃ, hoc autem cognosces.

CICERO ATTICO S. 51

L. *Tullium Montanum nosti, qui cum Cicerone profectus est. ab eius sororis uiro litteras accepi, Montanum Planco debere, quòd praes pro Flaminio sit HS. xx. de ea re nescio quid te à Montano rogatum. Sanè uelim, siue Plancus est rogandus, siue quare potes illum iuuare, iuues. pertinet ad nostrum officium. si res tibi fortè notior est, quàm mihi: aut si Plancum rogandum putas, scribas ad me uelim, vt, quid rei sit, & quid rogandum, sciam. De epistola ad Cęsarem, quid egeris, exspecto. De Silio non ita sanè laboro. tu mihi aut Scapulos, aut Clodianos efficias necesse est. Sed nescio quid uideris dubitare de Clodia, utrùm* [a] *quando veniat, an, sint ne uenales? Sed quid est, quod audio, Spintherem fecisse diuortium? De lingua Latina securi es animi, dices, qui talia conscribis. ἀπόγραφα sunt. minore labore fiunt. uerba tantùm affero: quibus abundo.*

[a] sic v. c. al. quando ueneant,

Verba Graeca, Latinis expressa.

ἀπόγραφα, descripta.

CICERO ATTICO S. 52

E*Go etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui uideor. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius. Hodie tuas litteras exspectabamus matutinas. erunt fortaße alterae* [a] *pomeridianae, nisi te* [b] *Epiroticae litterae impedient, quas ego non interpello. Misi ad te epistolas, ad Marcianum. & ad Montanum, eas in eundem fasciculum uelim addas, nisi fortè iam dedisti.*

[a] v. c. post meridianę, [b] v. c. Epeiroticae

M. T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

LIBER XIII.

CICERO ATTICO S. I

10 AD Ciceronem ita scripsisti, ut neq. seueriùs, neque [a] temperatiùs scribi potuerit, [b] nec magis quàm quemadmodum ego maximè vellem. Prudentissi-
15 mè etiam ad Tullios. Quare aut ista proficient, aut aliud agamus. De pecunia uerò, video à te omnem diligentiam adhiberi, vel potiùs iam adhibitam. [c] Et si efficis, à te hortos habebo. Nec verùm ullum genus possessionis est, quod malim, maximè scilicet ob eam
20 causam, quæ suscepta est: cuius festinationem mihi tollis, quoniam de æstate polliceris, vel potiùs recipis: deinde etiam ad κατάστασιν mæstitiamque minuendam, nihil mihi reperiri potest [d] acrius: cuius rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari ve-
25 lim. Sed me ipse reuoco. non enim dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu meipsum cupiditate vincas. Itaque istuc iam pro facto habeo. Exspecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem. Nicias te (ut debet) amat, vehementerque tua sui memoria
30 delectatur. Ego verò Peducæum nostrum uehementer diligo. nam & quanti patrem feci, totum in hunc: ipsum

[a] ita v. c. al. temperantiùs
[b] L. nec magis quemadmodum &c.
[c] v. c. & L. quòd si eff.
[d] L. aptius:

[a] *ipsum per se æquè amo, atque illum amaui: te verò plurimum, qui hoc ab vtroque nostrum fieri uelis. Si hortos inspexeris, & , si de epistola certiorem me feceris, dederis mihi quod ad te scribam. si minùs: scribam tamen aliquid. numquam enim deerit.* 5

a L & ipsum p.

Verba Græca, Latinis expressa.

καταβίωσιν, hilarem uitam.

CICERO ATTICO S. 2

10

GRatior mihi celeritas tua, quàm ipsa res. quid enim indignius? Sed iam ad ista obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. Tuas litteras hodie exspectabam, nihil equidem vt ex his noui. quod enim? veruntamen. Oppio, & Balbo epistolas deferri iubebis, & tamen Pisonem sicubi de auro. Faberius si venerit, videbis[a] vt tantum attribuatur, si modò attribuetur, quantum debetur. accipies ab Erote. Artarathes, [b] *Ariobarzanis filius, Romam uenit. vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæsare. Nam, quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet. omnino eum* [c] *Sestius noster parochiis publicis occupauit: quod quidē facilè patior. Verumtamen quòd mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, inuito eum per litteras, ut apud me* [d] *diuersetur. Ad eam rem cùm mitterem Alexandrū, has ei dedi litteras. Cras igitur auctio Peducæi. cùm poteris ergo, etsi impediet fortasse Faberius. sed tamen cùm licebit. Dionysius noster grauiter queritur, & tamen iure,* [e] *à discipulis abesse tandiu. multis uerbis scripsit ad me, credo item ad te. mihi quidem uide-* 15 20 25 30

a fort. ut ei tant.

b L. Ariobarzani fil.

c L. Sextius noster, parochus publicus, occ. & ita v. c.

d L. deuersetur. & ita v. c.

e L. se à disc.

tur

tur etiam diutius[a] absuturus,[b] ac nollem. valde enim hominem desidero.

a v. c. & L. afuturus, ac
b sic v. c. non plac. L. ac vellem

ANNOTATIONES.

5 1 Omnino eum Sextius noster, parochus publicus, &c.) cod. Turnes. consentit, & congruit cum libris Malaspinæ. Quapropter censeo hic esse reponendum, parochus publicus, reiecta vulgata lectione, parochiis publicis.

CICERO ATTICO S. 3

10 *A Te litteras expectabam. nondum scilicet. nam has mane rescribebam. Ego verò ista nomina sic probo, ut nihil aliud me moveat, nisi quod tu videris dubitare. Illud enim non accipio in bonam partem,[a] quòd ad me refers.* [1] *Quid? ipse negotium meum ge-*

15 *rerem, nisi consilio tuo? sed tamen intelligo, magis te id facere diligentia, qua semper uteris, quàm*[b] *quòd dubites de nominibus istis. Etenim Cælium non probas. plura non vis. utrumque laudo. His igitur utendum est.* [2] *præs aliquando factus esset, in his quidem*

20 *tabulis. A me igitur omnia.* [3] *quòd dies longiores: teneamus modò quod volumus. puto fore istam etiam à præcone diem: certè ab heredibus. De Crispo, & Mustella videbis: & velim scire, quæ sit pars duorũ. De Bruti aduentu eram factus certior. attulerat enim*

25 *ab eo Aegypta libertus litteras. Misi ad te epistolam, quia commodè scripta erat.*

a v. c. & L. ꝙ ad me refers: qui si ipse neg. m. gererem, nihil gererem, nisi consilio tuo.
b v. c. quo

ANNOTATIONES.

1 qui si ipse negotium meum gererem, nihil gererem, nisi cons.) Hæc & antiqua, & planè recta scriptura, à me in codice Turnes. reperta, & restituta: de qua neque Petr. Victorius, neque Paul-

30 lus Manutius, neque Malaspina verbum ullum fecerunt. Manutius & Corradus commemorant illam quidem, sed nondum inte-

gram, neque sinceram. legunt enim, Quid si, pro, qui si: quo facto perit omnis huius scripturæ venustas.

2 præs aliquando factus es.) sic est legendum, & ita habet codex Turnesian. nec secus Victoriani, vt ipse testatur. hanc scripturam tamen non est secutus, sed receptam: quod miror. eius autem sententiam Corradus explicat, siquis fortè eam minus videbit. Ego alio propero.

3 Quòd dies longior est, &c.) sic esse legendum coniecit Manutius, huius lectionis rationem, accuratè, & eruditè, vt solet, explica[illegible]. sed nihil nunc opus est coniectura. sic enim planè scriptum in optimo codice Turnes. 5

CICERO ATTICO S. 5

HAbeo munus à te elaboratum decem legatorũ, & quidem puto. nam filius anno post quæstor fuit, quàm consul Mummius. Sed quoniam sæpius de nominibus quæris, quid placeat: ego quoque tibi sæpius respondeo, placere. Siquid poteris cum Pisone, conficies.[a] Aulus enim videtur in officio futurus. velim antè possis. si minus: vtrique simul simus, cùm Brutus veniet in Tusculanum. Magni interest mea, vnà nos esse. scies autem, qui dies is futurus sit, si puero negotium dederis, vt quærat. Spurium Mummium putaram in decem legatis fuisse:[b] & videlicet: etenim ἄλογον fratri fuisse fuit enim ad Corinthum. 10 15 20

a v. c. Auius enim

b v. c. sed videlicet.

CICERO ATTICO S. 5

MIsi tibi Torquatum. Colloquere tu quidem cum Silio, vt scribis:[a] et vrge. Illam diem negabat esse mense Maio. istam non negabat. Sed tu, vt omnia, istuc quoque ages diligenter. De Crispo & Mustella, scilicet cùm quid egeris. quoniam ad Bruti aduentum fore te nobiscum polliceris, satis est, præsertim cùm hi tibi dies in magno nostro negotio consumantur. 25 30

a L. sed vrga. & ita v. c.

CICERO ATTICO S. 6

De aquaeducta, probè fecisti. columnarium vide ne nullum debeamus: quamquam mihi videor audisse à Camillo commutatam esse legem. Pisoni, quid est, quod honestius respondere possimus, quàm solitudinem Catonis? [a] nec coheredibus solum Herennianis, sed etiam, [b] vt scis (tu enim mecum egisti) de puero Lucullo: quã pecuniam tutor (nam hoc quoque ad rem pertinet) in Achaia sumserat. Sed agit liberaliter, quoniam negat se quidquam facturum contra nostram voluntatem. coràm igitur, vt scribis, constituemus, quemadmodum rem explicemus. Quòd reliquos coheredes conuenisti, [c] planè bene. Quòd epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum: sed tamen saluum est: & ait Tiro, [d] te habere oportere: &, vt recordor, vnà cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripserat, misi. Iudiciali molestia vt caream, videbis. Tuditanum istum proauum Hortensii planè non noram, & filium, qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Mummium fuisse ad Corinthum pro certo habeo. Saepe enim hic Spurius, [e] qui nuper est * epistolas mihi pronuntiabat versiculis [f] facetis, ad familiareis missas à Corintho. sed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque hoc etiam accepi, non solitos maiores nostros legare in decem, qui essent imperatorum necessarii, vt nos ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes potius, M. Lucullum, & L. Murenam, [g] et ceteros ad L. Lucullum misimus. Illudque εὐλογώτατον, illum fratri in primis eius legatis fuisse. Operam tuam multam! qui

[a] v. c. nec cum heredibus

[b] fort. vt scis tu, mecum egit de puero Lucullo:

[c] v. c. fecisti planè benè.

[d] L. te habere: &, vt rec. fort. & ait Tiro, apud te esse: &, vt r.

[e] fort. qui nuper est mortuus, ep.

[f] v. c. facias, al. factas,

[g] v. c. & ceteros coniunctissimos ad L.

qui & hæc cures, & mea expedias, & sis in tuis multo minùs diligens, quàm in meis.

ANNOTATIONES.

1 ne nullum debeamus) sic habet cod. Turnes. cuius apud me magna est auctoritas. huius autem scripturæ hæc sententia est si diligenter cogitabis, reperies, nos nullum debere columnarium. Manutius tamen, & Corradus, & Malaspina malunt legi, ne vllum.

2 nec coheredibus solum, &c.) quidam sic legi volunt, nec cum coheredib. solum Herennianis, sed etiam, vt scis tu, mecum egit de puero Lucullo, &c. cod. Turnes. quidem habet, nec cum heredibus, &c. omnino locus est obscurus, & fortasse corruptus

3 & ait Tiro te habere: & vt rec.) codices Memmiani, Huraltinus, Turnesianus, vulgati omnes, habent, te habere oportere: quod puto mendosum. nam si quis dicat, hanc esse sententiam, te habere necesse esse, vel necessario te habere, vel non posse fieri, quin sit apud te: dico verbi, oportere, longè aliam vim esse, quàm, τοῦ necesse esse: vt sciunt, qui Latinè sciunt. Quid igitur dicendum? verbum, oportere, puto esse ab aliquo indocto inculcatum, & ideò delendum. Fortasse etiam dicere licet, oportere, esse corruptum, & hoc totum sic esse legendum: & ait Tiro, te habere, & apud te esse. Postremò licet dicere, sic esse à Cicerone scriptum, & ait Tiro, apud te esse &c has duas voces autem te habere, esse alienas, & ex glossa natas, vel cum ex, apud te esse, factum esset, oportere, fuisse additas. apud te esse autem, facilè commutari potuisse in, oportere, continuo intelliget, qui versatus est in libris manuscrip. apud, apot, hinc, opot: deinde ex, opot, esse factum à semidocto aliquo, oportere.

4 qui nuper est,) vel est ἀποσιώπησις, vitandi mali nominis causa, vel vox, mortuus, vt à librarijs omissa, restituenda est. quam Manutius affirmat in vno codice antiquo reperiri. codex Turnes. quidem non habet, neque Memmiani.

Verba Græca, Latinis expressa.

ὑλοσώματον, maximè consentaneum.

CICERO ATTICO S. 7

a al. Sextius

b v. c. eam

[a]SEstius apud me fuit. & Theopompus pridie. ne nisse à Cæsare narrabat litteras: hoc scribere, sibi certum esse Romę manere, causamq́. [b]eum adscribere, quæ erat in epistola nostra, ne, se absente, leges suæ negligerētur, sicut esset neglecta sumtuaria. Est ἄλογον, *idq́.*

idque eram suspicatus. sed istis mos gerendus est, nisi placet hanc ipsam sententiam nos persequi. & Lentulum cum Metella certè fecisse diuortium. Hæc omnia tu meliùs. Rescribes igitur, quidquid uoles, [a] dummodò quid. iam enim non reperio, quid te rescripturum putem: nisi forte de Mustella, aut si Silium uideris. Brutus heri uenit in Tusculanum post [b] horam [c] decimam. hodie igitur me uidebit: ac uellem, cùm tu adesses.[1] [d] misi equidem ei nuntiari, te, quoad potuisses, exspectasse eius aduentum, uenturumque, si audisses: meque, ut facio, continuò te certiorem esse facturum.

[a] v. c. dúmodòne quid. L. dúmodò aliquid

[b] q. v. c. H. X.

[c] v. c. decumam.

[d] L. iussi eq. & ita v. c.

ANNOTATIONES.

1 iussi equidem ei nuntiari,) legendum, ut in cod. Turnes. & aliis ferè omnibus antiquis, iussi equidem, &c. atque ita iusseram olim excudi, non, ut uulgò, nisi equidem, &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

εὔλογον, consentaneum.

CICERO ATTICO S. 8

PLanè nihil erat, quod ad te scriberem. modò enim discesseras, & paullo pòst [a] tripliceis remiseras. Velim cures fasciculum ad Vestorium deferendum, & alicui des negotium, qui quærat, Q. Faberii fundus numquis in Pompeiano Nolano uenalis sit. Epitomen Bruti Cœlianorum uelim mihi mittas, & à Philoxeno Παναιτίου περὶ προνοίας. *Te idibus uidebo cum tuis.*

[a] v. c. triplicis

Verba Grçca, Latinis expressa.

Παναιτίου περὶ προνοίας, Panætij de prouidentia.

CICERO ATTICO S. 9

Commodùm discesseras heri, cùm Trebatius venit, paullo pòst Curtius. hic salutandi causa: sed mansit, inuitatus. Trebatium nobiscum habemus. Hodie manè Dolabella. multus sermo ad multū diē. nihil possum dicere ἐκτενέστερον, *nihil* φιλοστοργότερον. *Ventum est tamen ad Q. Multa* ἄφατα, ἀδιήγητα: *sed vnum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. sed hactenus.* εὐκαίρως *ad me uenit, cùm haberem Dolabellam, Torquatus: humanissimeque Dolabella, quibus uerbis secum egissem, exposuit. commodùm enim egeram diligentissimè. quę diligentia grata est usa Torquato. A te exspecto, si quid de Bruto. quamquā Nicias confectum putabat: sed diuortium non probari. quo etiam magis laboro* [a] *idem quo tu. Si quid est enim offensionis, hæc res mederi potest. Mihi Arpinum eundum est. nam & opus est constitui à nobis illa prædiola: & uereor, ne exeundi potestas non sit. cùm Cæsar uenerit: de cuius aduentu eam opinionem Dolabella habet,* [b] *quam tu coniecturam faciebas ex litteris Messallæ. Cùm illuc venero, intellexeroque, quid negotii sit, tum, ad quos dies rediturus sim, scribam ad te.*

[a] Lidem, quod tu.

[b] fort. quam tu, cùm coniecturam f.

Verba, Greca Latinis expressa.

ἐκτενέστερον, contentius in honore.
φιλοστοργότερον, amantius.
ἄφατα, ἀδιήγητα, non dicenda, non narranda.
εὐκαίρως, opportune.

CICE-

CICERO ATTICO S. 10

MInimè miror te & grauiter ferre de Marcello, &,plura vereri periculi genera. Quis enim hoc timeret, quod neq. acciderat antea,nec videbatur
5 natura ferre,vt accidere posset? Omnia igitur metuenda. Sed illud παρὰ τὴν ἱστορίαν,tu presertim, ME RELIQVVM CONSVLAREM. Quid? tibi Seruius quid uidetur? quamquam hoc nullam ad partem valet scilicet, mihi præsertim, qui non minùs benè actum
10 cum illis putem. Quid enim sumus? aut quid esse possumus? domine, an foris? Quòd nisi hoc mihi venisset in mentem scribere ista nescio quæ, quò verterem me, non haberem. Ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, τοιούτερα quædam, & πολιτικώτερα. faciendum
15 dum certè aliquid est. ualde enim desiderat. [1] [a] Brutus si quid, curabis, ut sciam: cui quidem quamprimùm agendum puto, præsertim si statuit. Sermunculum enim omnem aut restinxerit, aut sedarit. Sunt enim qui loquantur etiam mecum. sed hæc ipse opti-
20 mè, præsertim si etiam tecum loquetur. Mihi est in animo proficisci XI. K. lend. Hic enim nihil habeo, quod agam: ne hercule illic quidem, nec vsquam: [b] sed tamen illic hodie Spintherem exspecto. Misit enim Brutus [c] ad me per litteras, purgat Cæsarem de inte-
25 ritu Marcelli: in quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet vlla suspicio. Nunc verò, cùm de Magio constet, nonne furor eius omnem causam sustinet? Planè quid sit: non intelligo. explanabis igitur. quamquam nihil habeo, quod dubitē, nisi ipsi Ma-
30 gio quæ fuerit causa amentiæ: pro quo quidem etiam [d] sponsor factus est. nimirum id fuit. soluendo enim nō

a v.c. Brutus si quid egerit, curab.

b v.c. & L. sed tamen aliquid illic

c L. ad me per litteras purgat Cæs.

d v.c. & L. sponsorum factus. & nimirum id r.

 erat.

a v.c. petisse b L. οὐ ταῦτ' ὄνειδος.

erat. credo eum[a] petiisse à Marcello aliquid: & illum, vt erat, constantiùs respondisse. [2] [b] οὐ γὰρ ὄνειδος.

ANNOTATIONES.

1 Brutus si quid,) In codice Turnesiano scriptũ est, Brutus si quid egerit. P. Victorius autem negat se uerbum, egerit, in ullis suis libris antiq. reperisse. hoc ei credo. idem deinceps scribit, hanc uocem supernaca-neam esse, hoc ei non credo. quamuis non negem subintelligi posse. 5

2 οὐ ταῦτ' ὄνειδος) codex Turnes. habet, οὐ τάτ' ὄνειδος, vnde facile fieri poteſt, οὐ γὰρ ὄνειδος, ut impressum est in nonnullis libris uulg. quod malo, quàm, ut habẽt alij quidam uulg. οὐ γὰρ ὀνειδείως. Sed cùm hic locus sit ex Ione Euripidis petitus, cumq́ue versus integer, cuius principium duntaxat à Cicerone, ut fieri solet, positum est, ita apud Euripidem legatur, οὐ ταῦτ' ὄνειδος φαίνεται, τῶν πραγμάτων (sequitur deinceps alter, qui sententiam absoluit, Πρόσωθεν ὄντων, ἐγγύθεν θ' ὁρωμένων.) collata codicis Turnes. scriptura cum versibus Euripidis, existimo nunc legendum hic esse, una littera addita, οὐ ταῦτ' ὄνειδος. Primùm enim addito υ, faciliùs fiet ταῦτ', τάτ', quod in codice Turnes. quàm duab. litteris mutatis, γάρ. Deinde cùm M. Tullius hoc loco principium uersus Eurip. ponere voluerit, ut diximus, iq. apud Euripidẽ ita legatur, non, οὐ γὰρ ὄνειδος. nulla causa afferri poteſt, quare lectio οὐ ταῦτ' ὄνειδος, alteri non sit omnib. modis anteponẽda. Cùm hæc quę modò scripsi, non longo post primã editionem tẽpore, animaduertissem, & sensissem: peruenerunt ad nos posteriores P. Victorij Variarum lectionum libri: in quorum librorum, hoc est librorum omnium XXVI. cap. VI. hoc idem ab eo obseruatum esse cognoui. Quare reddo Victorio suũ, vt pote ab eo occupatum, & priùs editũ. 10 15 20 25

Verba Græca, Latinis expressa.

παρὰ τὴν ἱστορίαν, præter historiam.
κοινότερα, communiora.
πολιτικώτερα, ciuiliora. 30
οὐ ταῦτ' ὄνειδος, non eadem opprobrium.

CICE-

CICERO ATTICO S. 11

Credebam esse facile. totũ est aliud, posteaquàm sum à te [a] disiunctior: sed fuit faciendum, vt & constituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum
5 onus obseruantiæ Bruto nostro imponerem. Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano. Hoc autem tempore cum ille me quotidie videre uellet, ego ad illum ire non poßem, priuabatur omni delectatione Tusculani. Tu igitur, si Seruilia
10 venerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit, quando obuiam: quidquid denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Pisonem, si poteris, [b] conuenias. vides quàm maturum sit: sed tamen quod commodo tuo fiat.

[a] v.c. dijunctior.

[b] L. conuenies.

15 CICERO ATTICO S. 12

Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra: eædem tamen sanauerunt. Quòd enim te ipse consolabare eisdem litteris, id mihi erat satis firmum ad leniendam ægritudinem. Ligarianam præ-
20 clarè vendidisti. posthac, quidquid scripsero, tibi præconium deferam. Quod ad me de Varrone scribis, scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere: vt Varronem nusquam poßem intexere. Postea autem quàm hæc cæpi φιλολογώτερα: iam
25 Varro mihi denuntiauerat magnam sanè, & grauem προσφώνησιν. Biennium præterit, cùm ille καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum proceßerit. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misißet, vt αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον, si modo potuissem. nam hoc etiam
30 Hesiodus adscribit, αἴκε δύνηαι. Nũc illam περὶ τελῶν σύνταξιν sanè mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit,

despondimus: [a] idque eum non nolle mihi scripsisti. Ergo illam [b] ἀκαδημαικὴν, in quam homines nobiles illi quidem, sed nullo modò philologi, nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. etenim sunt [c] ἀντιόχεια: quæ iste valde probat. Catulo, & Lucullo alibi reponemus: ita tamen, si tu hoc probas: deq. eo mihi rescribas velim. De Brinniana auctione accepi à Vestorio litteras. ait sine ulla controuersia, rem ad me esse collatam (Romæ videlicet, aut in Tusculano me fore putauerunt) [d] ad VIII. kalendas Quinct. Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni, coheredi meo, vel Labeoni nostro, paullum proferant auctionem: me circiter Non. in Tusculano fore. cum Pisone, Erotem habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. dies adest.

a v. c. & L. idq. tu eum
b v. c. ἀκαδημικὴν,
c v. c. Antiochia.
d fort. a. d. VIII. Kal.

Verba Græca, Latinis expressa.

φιλολογώτερα, eruditiora.
προσφώνησιν, nuncupationem.
καλλιπίδης, Callipides.
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λῷον, eadem mensura, & melius.
εἴκε δύναιο, si possis.
περὶ τελῶν σύνταξιν, de finibus opus.
ἀκαδημικὴν, academicam.
ἀντιόχεια, Antiochiæ.

CICERO ATTICO S. 13

COmmotus tuis litteris, quòd ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominib. nobilissimis abstuli, transtuliq. ad nostrum sodalem, & [a] è duobus libris contuli in quattuor. grandiores sunt omnino, quàm erant illi: sed tamen multa detracta. tu autem mihi peruelim scribas, qui intellexeris illum

a fort. & duos libros cont. in quatt.

lum velle. Illud vtique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι: *nisi forte Brutum.* [a] *id hercle restabat. sed tamen scire peruelim. libri quidem ita exierunt, (nisi forte me communis* φιλαυτία *de-*
5 *cipit) vt in tali genere, ne apud Graecos quidem simile quidquam. Tu illam iacturam feres aequo animo, quod illa, quae habes de Academicis, frustra descripta sunt. multo tamen haec erant splendidiora, breuiora, meliora. Nunc autem* ἀπορῶ, *quo me ver-*
10 *tam. Volo Dolabellae valde desideranti. non reperio quid: & simul* αἰδέομαι Τρῶας. *neque, si* [b] *aliquid, potero* μέμψιν *effugere. Aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum. Sed quid haec leuia curamus? Attica mea, obsecro te, quid agit? quae me valde an-*
15 *git. Sed crebro regusto tuas litteras. in his acquiesco. tamen expecto* [c] *nouas.*

a v.c. id ercle restabat.
b v.c. aliud, qui p.
c sic v.c. al. nonas.

Verba Graeca, Latinis expressa.

ζηλοτυπεῖσθαι, inuideri
φιλαυτία, amor sui ipsius.
ἀπορῶ dubito.
20 αἰδέομαι Τρῶας, vereor Troianos.
μέμψιν, accusationem.

CICERO ATTICO S. 14

B*Rinnii libertus, coheres noster, scripsit ad me vel-*
25 *le, si mihi* [a] *placet, coheredes, & Sabinum Albium ad me venire. Id ego plane nolo. hereditas tanti non est, & tamen obire auctionis diem facile poterunt (est enim III. idus) si me in Tusculano postridie Non. mane conuenerint. Quod si laxius uolent pro-*
30 *ferre diem, poterunt* [b] *vel biduum, vel triduum, vel vt videbitur. nihil. n. interest. Quare, nisi iam profecti*

a v.c. placeret,
b v.c. vel biduum, vel vt videbitur n.

despondimus: [a] *idque eum non nolle mihi scripsisti. Ergo illam* [b] *ἀκαδημαικὴν, in quam homines nobiles il li quidem, sed nullo modò philologi, nimis acutè lo-quuntur, ad Varronem transferamus. etenim sunt* [c] *ἀντιόχεια: quæ iste valde probat. Catulo, & Lu-* 5 *cullo alibi reponemus: ita tamen, si tu hoc probas: deq. eo mihi rescribas velim. De Brinniana auctione accepi à vestorio litteras. ait sine ulla controuersia, rem ad me esse collatam (Romæ videlicet, aut in Tu-sculano me fore putauerunt)* [d] *ad* VIII. *kalendas* 10 *Quinct. Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni, co-heredi meo, vel Labeoni nostro, paullum proferant auctionem: me circiter Non. in Tusculano fore. cum Pisone, Erotem habes. De Scapulanis hortis toto pe ctore cogitemus. dies adest.* 15

a v. c. & L. idq. tu eum

b v. c. ἀκαδημικὴν,

c v. c. Antiochia.

d fort. a. d. VIII. Kal.

Verba Græca, Latinis expressa.

φιλολογώτερα, eruditiora.
προσφώνησιν, nuncupationem.
καλλιπίδης, Callipides.
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον, eadem mensura, & melius. 20
εἴκε δύναιο, si possis.
περὶ τελῶν σύνταξιν, de finibus opus.
ἀκαδημικὴν, academicam.
ἀντιόχεια, Antiochiæ.

CICERO ATTICO S. 13

25

COmmotus tuis litteris, quòd ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominib. no bilissimis abstuli, transtuliq. ad nostrum sodalem, & [a] *è duobus libris contuli in quattuor. grandiores sunt omnino, quàm erant illi: sed tamen multa detracta.* 30 *tu autem mihi peruelim scribas, qui intellexeris il-*

a fort. & duos libros cont. in quatt.

lum

lum velle. Illud vtique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι: *nisi fortè Brutum.* [a] *id hercle restabat. sed tamen scire peruelim. libri quidem ita exierunt, (nisi fortè me communis* φιλαυτία *decipit) vt in tali genere, ne apud Græcos quidem simile quidquam. Tu illam iacturam feres æquo animo, quòd illa, quæ habes de Academicis, frustra descripta sunt. multo tamen hæc erant splendidiora, breuiora, meliora. Nunc autem* ἀπορῶ, *quò me vertam. Volo Dolabellæ valde desideranti. non reperio quid: & simul* αἰδέομαι Τρῶας. *neque, si* [b] *aliquid, potero* μέμψιν *effugere. Aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum. Sed quid hæc leuia curamus? Attica mea, obsecro te, quid agit? quæ me valde angit. Sed crebrò regusto tuas litteras. in his acquiesco. tamen expecto* [c] *nonas.*

a v.c. id ercle restabat.

b v.c. aliud, qui p.

c sic v.c. al. nonas.

Verba Græca, Latinis expressa.

ζηλοτυπεῖσθαι, inuideri.
φιλαυτία, amor sui ipsius.
ἀπορῶ dubito.
αἰδέομαι Τρῶας, vereor Troianos.
μέμψιν, accusationem.

CICERO ATTICO S. 14

B*Rinnii libertus, coheres noster, scripsit ad me velle, si mihi* [a] *placet, coheredes, & Sabinum Albium ad me venire. Id ego planè nolo. hereditas tanti non est, & tamen obire auctionis diem facilè poterunt (est enim* III. *idus) si me in Tusculano postridie Non. manè conuenerint. Quòd si laxius uolent proferre diem, poterunt* [b] *vel biduum, vel triduum, vel vt videbitur. nihil. n. interest. Quare, nisi iam profecti*

a v.c. placeret,

b v.c. vel biduum, vel, vt videbitur n.

sunt, retinebis homines. De Bruto, si quid erit: [a] de Cæsare, si quid scies preterea, scribes. Illud etiam atque etiam consideres velim, placeatne tibi mitti ad Varronem quod scripsimus. etsi etiam ad te aliquid pertinet. nam scito, te ei dialogo adiunctum esse tertium. opinor igitur consideremus. etsi nomina iam facta sunt: sed vel induci, vel mutari possunt. 5

a v. c. De Cæsare, si quid scies, si quid erit præterea scribes.

CICERO ATTICO S. 15

QVid agit, obsecro te, Attica nostra? nam triduo abs te [a] nullas acceperam, nec mirum: nemo enim veneras, nec fortaße causa fuerat. Itaque ipse quid scriberem, non habebam. Quo autem die has Valerio dabam, expectabam aliquem meorũ: qui si venißet, & à te [b] quid attulißet, videbam non defuturum quid scriberem. 10 15

a fort. nullas litteras accep.

b al. aliquid

CICERO ATTICO S. 16

NOs cum flumina, & [a] solitudinem sequeremur, quo facilius sustentare nos possemus, pedem è villa adhuc egressi non sumus. ita magnos, & assiduos imbreis habebamus. Illam [b] Academicen σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. [c] modò fuit Catuli, Luculli, Hortensii. deinde quia παρὰ τὸ πρέπον videbatur, quòd erat [d] hominibus non ignota, non illa quidem ἀπαιδευσία, sed his in rebus ἄτριψία, simulac veni ad villam, eosdem illos sermones ad Catonem, Brutumque transtuli. 20 25

Ecce tuæ litteræ de Varrone. Nemini visa est aptior ἀντιοχεία ratio. sed tamen velim scribas ad me, primùm placeatne tibi aliquid ad illum: deinde, si placebit 30

a L. solitudines s. & ita v. c.

b al. Academicam al. Ακαδημικὴν

c v. c. & L. primò fuit C.

d L. & v. c. hominibus nota,

cebit, hocne potiſſimum. [a] *Quid Seruilia, iamne venit? Brutus ecquid agit? ecquando? de Cæſare quid auditur?* [b] *Ego ad nonas, quemadmodum dixi. tu cum Piſone, ſi quid poteris.*

a Quid? Seruilia iamne venit? b al. Ego in Tuſculano ad nonas,

5 *Verba Græca, Latinis expreſſa.*

σωύταξιν, ordinem.
παρὰ τὸ πρέπον, præter decorum.
ἀπαιδευσία, ignorantia.
ἀτριψία, inexercitatione.

CICERO ATTICO S. 17

10 [1] [a] *D*E VI. [2] *expectabam* [b] *Roma aliquid, Non imperaßem igitur aliquid tuis. nũc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut ſi aliquid egit,* [c] *& quid de Cæſare. Sed quid iſta, quæ minus curo? Attica no-* 15 *ſtra quid agat, ſcire cupio: etſi tuę litteræ (ſed iam nimis veteres ſunt) rectè ſperare iubent, tamen exſpecto recens aliquid.*

a al. Die VI. Kal. exſp. L. v. Kal. exſp. & ita v. c. b v. c. Roma aliquid: non quo imperaſſem igitur aliquid tuis. fort. Roma aliquid: non quo imperaſſem tuis. Igitur nunc eadem illa, c L. ecquid

ANNOTATIONES.

1 Die VI. kal. expectabam) ſic olim edendum curaui, cum ex, De, quod eſt in multis libris, feciſſem, die: quod videtur re- 20 ctum: niſi quis malit legi, a.d.VI. ideſt, ante diem ſextum, quod idem valet, vt alibi diximus. Nunc autem codicis Turneſiani ſcriptura repetita, & retracta, quę talis eſt, v. Kal exſpectabã &c. nullum iam coniecturæ, aut dubitationi locum relictum video: ſicq. emendandum eſſe cenſeo.

2 exſpectabam Roma aliquid, &c.) putant quidam legendum, noui, pro, non: vt ita legatur deinceps: exſpectabam Roma ali- 25 quid noui.; deinde, imperaſſe igitur aliquid tuis: id eſt, debueras tuis imperare, vt aliquid ad me noui Roma ſcriberent. ſed ego ſcripturam antiquam repræſentare malui. Ego, ſi quid ſit mutandum, ſic mutarim. Exſpect. R. aliquid, non quo imperaſſem tuis. Igitur nunc eadem illa.

CICERO ATTICO S. 18

30 *V*Ides, propinquitas [a] *quid habeat nos verò conficiamus hortos. colloqui videbamur in Tuſculano*

a v. c. quid habet.

lano cùm eßem : tanta erat crebritas litterarum : sed id quidem iam erit. Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem: sed tamen exspecto, quid ad ea, quæ scripsi ad te: primùm qui intellexeris, eum desiderare à me, cùm ipse, homo πολυγραφώτατος, *numquam me lacessißet: deinde quem* ζηλοτυπεῖν. [a] *multo Hortensium minus, aut eos, qui de rep. loquuntur. Planè hoc mihi explices, velim: in primis, maneasne in sententia, vt mittem ad eum quæ scripsi: an nihil necesse putes. sed hæc coram.* 5 10

a L. Brutū non multo Hort.

Verba Græca, Latinis expreßa.

πολυγραφώτατος, qui multa scripsit.
ζηλοτυπεῖν, inuidere.

CICERO ATTICO S. 19 15

COmmodum discesserat Hiralus, librarius, [a] IIII. *Kal. cui dederam litteras ad te, cum venit tabellarius cum tuis litteris pridie datis : in quibus illud mihi gratissimum fuit, quòd Attica nostra rogat te ; ne tristis sis, quodque tu* ἀκίνδυνα *esse scribis. Ligarianam, vt video, præclarè auctoritas tua commendauit. Scripsit enim ad me* [b] *Balbus, ac Oppius, mirificè se probare, ob eamque causam ad Cæsarem eam se oratiunculam misisse. Hæc igitur idem tu mihi antea scripseras. in Varrone ista causa me non moueret, ne viderer* φιλένδοξος. *sic enim constituebam, neminem includere in dialogos, eorum, qui viuerent. sed quia scribis & desiderari à Varrone, & magni illum æstimare, eos confeci & absolui, nescio quàm bene : sed ita accuratè, vt nihil posset supra.* [1] *Academicam omnem quæstionem libris* 20 25 30

a v.c. VIII. Kalend.

b v. c. Balbus, & Oppius, al. Balbus mirificè &c.

quat-

quattuor. In eis quæ erant cõtra ἀκαταληψίαν præclarè collecta ab Antiocho, Varroni dedi. ad ea ipse respondeo. tu es tertius in sermone nostro. Sic Cottam, & Varronem fecissem inter se disputanteis, vt à te
5 proximis litteris admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset. hoc in antiquis personis suauiter fit, vt & Heraclides in multis, & nos sex de rep. libris fecimus. Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati. in eis quoque eæ personæ sunt, vt mihi ta-
10 cendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Iulius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. Puero me hic sermo inducitur, vt nullę esse possẽt partes meæ. Quæ autẽ his temporib. scripsi, ἀριστοτέλειον morem habent: in quo sermo ita inducitur ceterorum,
15 vt penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros, περὶ τελῶν, vt Epicurea Lucio Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni daremus. ἄζηλότυπον id fore ptaram, quòd omnes illi decesserant. [a] Hæc Academica, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hor-
20 tensio contulerã, sanè in personas non cadebant. Erant enim λογικώτερα, quàm vt illi de iis somniasse vnquã viderentur. Itaque, vt legi tuas de Varrone, tanquam ἕρμαιον arripui, aptius esse nihil potuit ad id philosophiæ genus, quo ille maximè mihi delectari videtur,
25 [b] measq. parteis, vt non sim consecutus, vt superior mea causa videatur. Sunt enim vehementer πιθανὰ Antiochia. quę diligenter à me expressa acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum, si modò is est aliquis in nobis. Sed tu, dandosne putes hos li-
30 bros Varroni, etiam atque etiam videbis. Mihi quędam occurrunt: sed ea coram.

[a] L. Hæc Academica, quæ vt scis, in Catulum, Lucullum, Hortensium contuleram.

[b] L. easque parteis sum si, vt non sim consec.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Academicam omnem quæstionem libris quatt.) nihil subintelligendum, nihil ue à librarijs omissum, vt Manutio videtur: neque hoc totum, Acad. omn. q. lib. qu. delendum, vt alienum, & ex annotatione natum. nam verbum, absolui, quod antecedit, ad hęc eadem pertinet. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀκίνδυνα, periculo carentia.
φιλένδοξος, ambitiosus.
ἀκαταληψίαν, opinionem eorum, qui nihil comprehēdi posse dicunt. 10
κωφὸν πρόσωπον, muta persona.
ἀριστοτέλειον, Aristotelicum.
περὶ τελῶν, de finibus.
περιπατετικὰ, peripatetica.
ἀζηλότυπον, sine inuidia.
λογικώτερα, eruditiora. 15
ἑρμαῖον, subitum lucrum.
πιθανὰ, apta ad persuadendum, probabilia.

CICERO ATTICO S. 20

A Cęsare litteras accepi consolatorias, datas prid. kal. Maias, Hispali. De vrbe augenda quid sit promulgatum, non intellexi. [a] *id sanè scire velim. Torquato nostra officia grata eße facilè patior, eaque augere* [b] *non desinam. De vxore Tuberonis et priuigna, neque possum iam abdere (est enim res peruulgata) neque Tuberonem volo defendere. Mirificè est enim* φιλαίτιος. *Theatrum quidē sanè bellum habuisti. Ego etsi hoc loco facillimè sustentor, tamen ne videre cupio. itaque, ut constitui, adero. Fratrem credo à te esse conuentum. scire igitur studeo, qui egeris. De fama nihil sanè laboro: etsi scripseram ad te tunc stultè, nihil melius.* 1 *curandum enim* [c] *nobis est. atque hoc in omni*

a L. id scire sanè velim. & ita v. c.
b v. c. & L. non desinā. Ad Ligarianam de vxore Tuberonis & priuigna, neque possum iam addere: (est enim peruulgata) neque Tub. c L. nobis non est. atque hoc melius, in omni vita, à s. q. r. c.

ni uita, sua quemque à recta conscientia[a] transuersum unguem non oportere discedere. Viden', quam φιλοσόφως; an tu nos frustra existimas hæc in manibus habere? δεδῆχθαι te nollem: quod nihil erat. redeo enim rursus eodem. quicquamne me putas curare [b] in toto, nisi ut ei ne desim? Id ago scilicet, [c] ut iudicia uidear tenere. μὴ γὰρ αὐτοῖς. Vellē tam domestica ferre possem, quàm ista [d] contemnere. Putas autem me uoluisse aliquid, [e] quod perfectum non sit? Non licet scilicet sententiam suam. sed tamen quę tum acta sunt, non possum non probare: & tamen non curare pulchrè possum, sicuti facio. sed nimium multa de nugis.

a v.c. trauersum
b L. in uita,
c L. ut hominum iudicia uidear tenere
d v.c. contempnere. non plac.
e L. quod rectum non sit?

ANNOTATIONES

1 curandum enim nobis non est, &c.) hunc locum, restituta una voce, quæ prætermissa à librarijs fuerat, emendaui, partim codices antiquos, partim Ciceronis sensum secutus. Veruntamen quidam sic legi malunt. nonnihil enim curandum nobis est, nihilque melius, atque hoc, in omni uita, &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

φιλαίτιος, contentionis cupidus.
φιλοσόφως, philosophicè.
δεδῆχθαι, morsum esse.
μὴ γὰρ αὐτοῖς, ne enim ipsis.

CICERO ATTICO S. 21

AD Hirtium dederam epistolam, sanè grandem, quam scripseram proximè in Tusculano. Huic, quam tu mihi misisti, rescribam alias: nūc [a] aliis malo. Quid possum de Torquato, nisi aliquid à Dolabella? Quod simulac, continuò [b] scietis. Exspectabam hodie, aut summum cras ab eo tabellarios: qui simulac uenerint, mittentur ad te. A Quincto exspecto. proficiscens enim è Tusculano VIII. kal. ut scis, misi ad eum

a v.c. alia
b fort. scies

cum tabellarios. Nunc ad rem ut redeam: INHIBERE *illud tuum: quod ualde mihi arriserat, uehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum: quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cùm* [a] *inhiberi essent remiges iussi. id non esse eiusmodi, didici heri, cùm ad villam nostram nauis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant.* [b] *Id ab* ἐποχῆς *remotissimum est.* [1] *Quare facies, ut ita sit in libro, quemadmodum fuit.* [c] *Dices idem Varroni,* [d] *si fortè mutauit. Nec est melius quidquam, quam ut* [e] *Lucullus,* [f] *sustineat currum, ut bonus sæpe agitator, equosque: semperque Carneades* προβολὴν *pugilis, & retentionem aurigæ, similem facit* ἐποχῇ. *Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem, remigationis nauem conuertentis ad puppim. Vides, quanto hoc diligentiùs curem, quàm aut de rumore,* [g] *aut de Pollione. De Pansa etiam, si quid certius. credo enim palàm factum esse. De Critonio, si quid esset. certene de Metello, & Balbino? Dic mihi placet ne tibi primùm edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is, qui Platonis libros solitus est diuulgare: ex quo* λόγοισιν Ἑρμόδωρος. *Quid illud? rectumne existimas cuiquam quidquam antè quàm Bruto? cui, te auctore.* προσφωνῶ. *Scripsit enim Balbus ad me, se à te quintum de Finib. librũ descripsisse: in quo non sanè multa mutaui: sed tamen quædam. Tu autem commodè feceris, si reliquos continueris, ne &* ἀδιόρθωτα *habeat Balbus, &* ἕωλα *Brutus. Sed hæc hactenus, ne uidear* περὶ μικρὰ σπουδάζειν. *etsi nunc quidẽ maxima mihi sunt hæc. Quid est enim aliud? Varroni quidem*

qua

[a] L. inhibere

[b] v. c. & L. Id ab epoche remot.

[c] Dices hoc idem Varr. & ita v. c.

[d] al. nisi forte mut. & ita v. c.

[e] sic v. c. L. Lucilius,

[f] v. c. & L. Sustineas

[g] L. aut de Pollione?

quæ ſcripſi, te auctore, ita propero mittere, vt iam Romam miſerim deſcribenda. ea ſi uoles, ſtatim habebis. Scripſi enim ad librarios, vt fieret tuis, ſi tu uelles, deſcribendi poteſtas. Ea verò continebis, quoad
5 *ipſe te videam. quod diligentiſſimè facere ſoles, cùm à me tibi [a] dictum eſt.* [1] [b] *Quomodo autem fugit me tibi dicere? mirificè* [c] *Cerelia, ſtudio videlicet philoſophiæ flagrans, deſcribit à tuis. Iſtos ipſo de Finibus habet. Ego autem tibi confirmo(* [3] [d] *poſſum falli, ut*
10 *humanus) à me non habere. numquam enim ab oculis meis abfuerunt.* [e] *Tantum porrò aberat, ut binos* [f] *ſcriberent: uix ſingulos confecerunt. tuorum tamen eo nullum delictum arbitror. Idemque te uolo exiſtimare: à me enim prætermiſſum eſt, ut dicerem, eos exi*
15 *re nondum uelle.*

Hui, quamdiu de nugis? De re enim nihil habeo, quod loquar. De Dolabella tibi aſſentior. coheredes, ut ſcribis, in Tuſculano. De Cæſaris aduentu, ſcripſit ad me Balbus, non ante kal. Sext. De Attica opti-
20 *mè,* [g] *quod leuius, ac lentius, & quòd fert ἀνκόλως. Quòd autem de illa noſtra cogitatione ſcribis, in qua nihil tibi cedo: ea, quæ noui, ualde probo, hominem, domum, facultates. quod caput eſt, ipſum non noui: ſed audio laudabilia de Scrofa. etiam proximè* [h] *accedit,*
25 *ſi quid hoc ad rem ἀγενέστερος eſt etiã, quàm pater. corràm igitur, et quidem propenſo animo ad probandum. Accedit enim quòd patrem (ut ſcire te puto) plus etiam, quàm non modò tu, ſed quàm ipſe ſcit, amo: idque & meritò, & iamdiu.*

30

ANNO-

[a] E. c. dictũ ſit.
[b] L. Quoniam autem fugit me tibi dicere mirif.
[c] v.c. Cærellia,
[d] v.c. (poſſem falli, ut homo, à meis eam nõ habere. L. à meis eam non hab.
[e] L abfuerunt.
[f] v.c. ego null. & ita L.
[g] L. quòd leuius, & quòd fert
[h] ſic v. c. fort. habitat.

1 Quare facies, ut ita sit in lib.) nempe, ut primo libro de Orat. ad Q. fratr. ubi sic M. Tullius initio scripserat, ut concitato naui gio cùm remiges sustinuerunt, retinet tamen, &c. Postea autem Attici sententiam secutus, inhibuerunt, reposuerat, quod nunc Ciceroni non probatur: iubetque, ut ita sit in libro, quemadmodum fuit, nempe, sustinuerunt. Aut dicendum in uno aliquo ex libris Academ. quæst. qui non exstet: aut, vt Manutio videtur, in 2. Acad ibi, equos sustinebo: ut declarant ea, quæ sequuntur. Nihilo minùs tamen primo libro de oratore legendum sustinuerunt, quemadmodum edendum curaui: maneoque in sententia, ut putem significari primum librum de oratore. Nam libri Academici, nondum erant editi, nondumque ad Varronem, neque ad quemquam peruenerant, ut intelligere licet ex iis, quæ infra scripta sunt.

2 quoniam autem fugit me) sic legendum, non, quomodo, ut habent omnes librì uulgati: neque, quum, aut, cùm, manuscr. Nam, quom, quod est in libris manuscrip. ualet, quoniam. Ita enim sæpè scribebant librarij, quom.

3 (possum falli, ut homo) à meis eam non hab) Quanto bonitate, & fide ceteris codicibus manuscrip. præstet Turnesianus, cùm ex alijs locis innumerabilib. qui in eo sunt integri, in alijs contaminati, & corrupti, tum ex hoc quoque apparet. Nam cùm Malaspina admoneat, in codicib ijs, quibus usus est, legi, possum falli, ut homo, ans eam non habere. hic habet planè, (possum falli, ut homo) à mis eam non hab. à mis autem, sæpe scriptum animaduerti pro, à meis. Idem paucissimis uerbis. pòst habet, afuerunt, pro. abfuerunt & ita semper qua de re neque Victorius neque Malaspina uerbum ullum fecerunt.

4 quòd leuiùs, & quòd fert εὐκόλως) aduerbium, leniùs, cum copula, ac, quæ sunt in libris uulg. post, leuiùs, deleri iussi, ut foris illata, aliena, & ex declaratione Græci aduerbij, εὐκόλως nata: uel ab errante librario bis scripta. Nam in codice quidem Turnes. ita planè scriptum est, quòd lenius, ac leuius & quod &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐποχῆς, retentione.
προβολὴν, proiectionem.
ἐποχῇ, retentioni.
λόγοισιν Ἑρμόδωρος, scriptis Hermodorus.
προσφωνῶ, nuncupo mitto.
ἀδιόρθωτα, inchoata, incorrecta.
ἕωλα, obsoleta.
περὶ μικρὰ σπουδάζειν, in paruis reb. plurimum studij (ponere
εὐκόλως, facile.
εὐγενέστερος, generosior.

CICI-

CICERO ATTICO S. 22

DE Varrone, non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. Occurrunt mihi quædam, sed ea coram. Te autem ἀσμενέστατα [a] intexui, faciamque id crebrius. Proximis enim tuis litteris primùm te id non nolle cognoui. De Marcello scripserat ad me Cassius anteà: τὰ κατὰ μέρος Seruius. [b] rem acerbam. Ad prima redeo. Scripta nostra nusquam malo esse, quàm apud te: sed ea tum foras dari, tùm utrique nostrum videbitur. Ego & librarios tuos culpa libero, neque te accuso, et tamen aliud quiddam ad te scripseram, Cærelliam quædam habere, quæ nisi à te, non potuerit. Balbo quidem intelligebam [c] satisfaciendum fuiße. tantum nolebant aut obsoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Varroni, simulac te videro (si tibi videbitur) mittam. Quid autem dubitarim, cùm videro te, scies. attributos quòd appellas, valdè probè. Te de prędio auiæ exerceri, molestè fero. De Bruto nostro perodiosum: sed vita fert. Mulieres autem vix satis [d] humanè: [e] quæ inimico animo ferant, cùm vtraque officio pareat. Tullium scribam, nihil fuit quòd appellares. nam tibi mandaßem, si fuisset. Nihl enim est apud eum positum [f] nomine voti: sed est quiddam apud illum, meum. Id ego in hanc rem statui conferre. Itaque & ego rectè tibi dixi, vbi esset, & tibi ille rectè negauit. Sed hoc quoque ipsum continuò adoriamur. [g] Locum hominibus nō sanè probo, quòd est desertior. [i] sed habet εὐλογίαν. verum hoc quoque vt censueris: quippe qui omnia. Ego, vt constitui, adero: atque vtinam tu quoque edem die. sin quid (multa enim) vtique postridie. etenim cohere-

[a] v. c. intexo,
[b] v. c. O rē aceruam L. O rem acerbam.
[c] v. c. satfaciendū fuisse.
[d] v. c. humanæ.
[e] fort. inique animo
[f] sic v. c. fort. voti nomine:
[g] fort. Locum fano non sanè probo, quod est hominibus desertior. fort. locum, hominibus probo: fano, non sanè probo, quòd est desertior.

a v. c. à quis
b mihi, abest à q. v. c.

dies,[a] *à queis, sine te, opprimi, malitia est. Alteris iam litteris nihil à me de Attica: sed id quidem*[b] *mihi in optima spe pono. Illud accuso, non te, sed illam, ne salutem quidem. at tu & illi, & Piliæ plurimam.nec me tamen irasci iudicaris. Epistolam Cæsaris misi, si minùs legisses.* 5

ANNOTATIONES.

1 sed habet ἐυλογίαν) quidam legunt, ἐυγηρίαν, id est tranquillam & prosperam senectutem: alii ἐυκολίαν. ego ἐυλογίαν probo.
2 sine te opprimi malitia est) codex Turnesian. habet, militia est: quæ scriptura quid sibi velit, diuinàre non possum. 10

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀσμενέςατα, libentissimè.
τὰ κατὰ μέρος, particularia.
ἐυλογίαν, honestam rationem.

CICERO ATTICO S. 23

a v. c. & L. respondeo
b v. c. & L. in quo m.
c sic v. c. fort descripti, fort. detexti,
d v. c. omnis
e v. c & L. quare
f L. & v. c. ἐυλαβῶς.

ANtemeridianis tuis litteris heri statim rescripsi. nunc[a] *respondebo vespertinis. Brutus mallem me arcesseret. nam & æquius erat, cùm illi iter instaret & subitum, & longum: & mehercule nunc, cùm ita simus affecti, vt non possimus planè simùl uiuere (intelligis enim profectò*[b] *quo maximè posita sit* 15 20 *συμβίωσις) facilè patiebar nos potius Romæ vna esse, quàm in Tusculano. Libri ad Varronem non morabantur.*[1] *sunt enim*[c] *defecti, vt vidisti: tantùm librariorum menda tolluntur. de quibus libris scis me dubitasse. sed tu videris. Item quos Bruto mittimus, in manibus habent librarii. Mea mandata (vt scribis) explica, quamquam ista retentione*[d] *omneis ait vti Trebatius. quid tu istos putas? Nosti domum:*[e] *quam confice*[f] *ἀπλόςως. Incredibile est, quàm ego ista non curem. Omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse, quàm delecta-* 25 30

lectationi, possessiunculas meas. Magis enim doleo, me non habere, cui tradam,[a] quàm habere, qui vtar. At que illud Trebatius se tibi dixisse narrabat. Tu autem veritus es fortasse, ne ego inuitus audirem. Fuit id quidem humanitatis: sed mihi crede, iam ista non curo. Quare da te in sermonē, & perseca, & confice: [b]excita, compella, loquere, vt te cum illo Scæuola loqui putes. Ne existimes, eos, qui non debita confectari soleant, quod debeatur, remissuros. De die tantum videto, & idipsum bono modo.

a L. quàm habere qui vtar, lætor, Atque

b v.c. & ita cum Polla loquere, vt te cum illo Scæua loqui putes.

ANNOTATIONES.

1 sunt enim detexti,) sic emendauimus, scripturæ ueteris vestigia secuti. detexti autem, ualet idem, quod absoluti, & confecti: tralatio sumta est à tela.

2 quam conficè ἐυλαβῶς.) sic est planè scriptum in codice Turnes. Victorius vulgatam lectionem retinet, quod à suis codicib. destitutus sit.

Verba Græca, Latinis expressa.

συμβίωσις, conuictus.
ἐυλαβῶς, piè.

CICERO ATTICO S. 24

QVid est, quod[a] Hermogenes mihi Clodius, Andromenem sibi dixiße, se [b] Ciceronem vidiße [c] Corcyræ? Ego enim audita tibi putaram. nihil igitur ne ei quidem litterarum? an nō vidit? Facies ergo, vt sciam. Quid tibi ego de Varrone rescribam? Quattuor[d] διφθέραι sunt in tua potestate: quod egeris, id probabo. nec tamen αἰδέομαι Τρῶας. Quid enim? sed, ipsi quàm res illa probaretur, magis verebar. Sed quoniam tu suscipis, in alteram aurem.

a sic v. c.

b al. Currionem

c sic v. c.

d v. c. διφθερίαι non pl.

ANNOTATIONES.

1 Quattuor διφθέραι, sunt in tua pot.) codex Turnes. habet διφθερίαι, ego tamen, διφθέραι, probo.

Verba Græca, Latinis expressa.

Διφθερίαν, pellibus inducti.

CICERO ATTICO S. 25

a v. c. & L. accuratè scriptas litteras.
b L. & v. c. aut retrectatione.

DE retentione rescripsi ad tuas [a] accuratè litteras scriptas. Conficies igitur, & quidem sine vlla dubitatione. [b] aut retractatione, Hoc fieri & oportet, & opus est. De Andromene vt scribis, ita putaram. Si issés enim, mihique dixißes. Tu tamen ita mihi de Bruto scribis, vt de te nihil. quando autem illum putas? [1] Nam ego Romam pridie idus. [c] Ita volui Bruto scribere: sed quoniam tu te legisse scribis, (fui fortasse ἀσαφέστερος) me ex tuis litteris intellexiße, nolle eum, me, quasi prosequendi sui causa, Romam nunc venire. Sed quoniam iam adest meus aduētus, fac, quæso, ne quid eum idus impediant, quo minus suo cōmodo in Tusculano sit. Nec enim ad tabulam eum desideraturus eram. In tali enim negotio cur tu vnus non satis es? sed ad testamentum videbam: quod iam malo alio die, ne ob eam causam Romam venisse videar. Scripsi igitur ad Brutum, iam illud, quod putaßem, idibus nihil opus esse. Velim ergo totum hoc ita gubernes, vt ne minima quidem re vlla Bruti commodum impediamus. Sed quid est tandem, quòd perhorrescas, quia tuo periculo iubeam libros dari Varroni? etiam nunc si dubitas, fac vt sciamus. Nihil est enim illis elegantius. Volo Varronem, præsertim cū ille desideret: sed est, vt scis, δεινὸς ἀνήρ. τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο. ita mihi sæpe occurrit vultus eius querentis fortasse vel hoc meas [d] parteis in iis libris copiosius defensas esse, quàm suas: quòd [e] meher-

c v. c. & L. Bruto ita volui scribere, (quoniam secus te intellexisse scribis, & fui fortaßè ἀσαφέστερος) me ex t. l.

d v. c. partis
e v. c. mercule

mehercule intelliges non esse, si quando in Epirum ue neris. nam nunc Alexionis epistolis cedimus. Sed ta men ego non despero, probatum iri Varroni: & id, quoniam impensam fecimus in macrocola, facilè pa-
5 *tior teneri. sed etiam atque etiam dico: tuo periculo fiet. Quare si addubitas, ad Brutum transeamus. Est enim is quoque Antiochius. O Academiam uolati cam, & sui similem, modò huc, modò illuc. Sed, quæ so, epistola mea ad Varronem, ualdene tibi placuit?*
10 *Male mihi sit, si umquam quidquam tam[a] enitar. At ego, ne Tironi quidem dictaui, qui totas περιοχὰς per sequi solet: sed[b] Spinthero syllabatim.*

a v. c. enitar ego. At ego ne
b v. c Spinthe Spi

ANNOTATIONES.

1 Nam ego Romam pridie idus. Bruto ita uolui scribere, quo niam secus te intellexisse scribis, & sui fortasse ἀσαφέστερος me
15 ex t.) hunc locum præclarè, præfiscinè dixerim, restitui, partim coniectura ductus, partim codicis Turnes. auctoritatem secutus.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀσαφέστερος, obscurior.
δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο, vir acer, & qui fortè uel insontem accuset.
20 περιοχὰς, comprehensiones.

CICERO ATTICO S. 26

DE Virgilii parte ualde probo. Sic ages igitur: & quidem id erit primum: proximum, Clodiæ.
25 *Quòd si neutrum: metuo ne turbem, & irruam in Drusum. Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. Itaque reuoluor identidem in Tusculanum. Quiduis enim potiùs, quàm ut non hac æstate absoluatur. Ego (ut tempus est nostrum) locum habeo*
30 *nullum, ubi faciliùs esse possim, quàm Asturę. Sed quia qui mecum sunt (credo quòd mæstitiam meam*

non ferunt) domum properant: etsi poteram remanere, tamen, vt scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus videar.[a] *Quò autem Lanuuio? conor equidem in Tusculanum: sed faciam te statim certiorem. Tu litteras conficies. Equidem, credibile non est, quantum scribam*[b] *die: quin etiam noctibus. nihil est enim somni. Heri etiã effeci epistolam ad Cęsarem: tibi enim placebat: quam non fuit malum scribi, si fortè opus esse putares. vt quidem nunc est, nihil sanè est necesse mittere. sed id quidem, vt tibi videbitur. mittam tamen ad te exemplum fortasse Lanuuio, nisi fortè Romam. sed cras scies.*

[a] L. Quò autē? Lanuuium.con.

[b] die, abest à q. v. c.

ANNOTATIONES.

1 De Virgilij parte) Non dubium est, quin hæc epist. in libro superiore collocari debeat, quod vidit Manutius.

CICERO ATTICO S. 27

[a] *EPistolam ad Cęsarem, nobis verò semper rectissimè placuit, vt isti antè legerent. Aliter. n. fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, pæne periculosi. isti autem ingenuè: mihique gratum, quod, quid sentirent, non reticuerunt. Illud verò vel optimè, quòd ita multa mutari volunt, vt mihi de integro scribendi causa non sit: quãquam de Parthico bello quid spectare debui, nisi quod illum velle arbitrabar? Quod enim aliud argumentum epistolæ nostræ, nisi* κολακία *fuit? An si ea, quę optima putaram, suadere voluisse, oratio mihi defuisset? Totis igitur litteris nihil opus est. Vbi enim* ἐπίτευγμα *magnum nullum fieri possit,* ἀπότευγμα *vel non magnum, molestum futurum sit: quid opus est* παρακινδυνεύειν, *præsertim cùm illud occurrat, illum, cùm antea*

[a] v. c. & L. De epistola ad Cæsarem.

antea nihil ſcripſerim, exiſtimaturum, me, niſi toto bello confecto, nihil ſcripturum fuiße? Atque etiam vereor, ne putet me hoc quaſi Catonis μείλιγμα eſſe voluiſſe. Quid quæris? Valde me [a] *pœnitebat:* [b] *nec,*
5 *in hac quidem re, quidquam magis ut vellem, accidere potuit, quàm quòd σπουδὴ noſtra non eſt probata. Incidiſſemus etiam in illos: in eis, in cognatum tuum. Sed redeo ad hortos. Planè illuc te ire, niſi tuo magno commodo, nolo. Nihil enim vrget. quidquid erit, operam*
10 [c] *Faberio ponamus. De die tamen auctionis, ſi quid ſcies, eum, qui è Cumano venerat, quòd & planè valere Atticam nuntiabat, & litteras ſe habere aiebat, ſtatim ad te miſi.*

a v. c. pœnitebat,
b L. nec mihi, in hac q. re, quidquã &c. & ita v. c.
c L. in Faberio p.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

15 κολακία, aſſentio.
ἐπίτευγμα, lucrum, quod acquiritur.
ἀπότευγμα, damnum, uel quod amittitur.
παρακινδυνεύειν, ſtultè periclitari.
μείλιγμα, lenimentum.
σπουδὴ, ſtudium.

20

CICERO ATTICO S. 28

HOrtos quoniam hodie eras inſpecturus, quid viſum tibi ſit, cras ſcilicet. De Faberio autem, cùm venerit. De epiſtola ad Cæſarem (iurato mihi
25 *crede) non poſſum. Nec me turpitudo deterret, etſi maximè debebat: quam enim turpis eſt aſſentatio, cùm viuere ipſum turpe ſit nobis? ſed vt cœpi, non me hoc turpe deterret: ac uellem quidem (eßem enim qui eße debebam) ſed in mentem nihil uenit. Nam, quæ*
30 *ſunt ad Alexandrum, hominum eloquentium, & doctorum ſuaſiones, vides quibus in rebus uerſentur.*

Adolescentem incensum cupiditate uerissimæ gloriæ, cupientem sibi aliquid consilii dari, quod ad laudem sempiternam ualeret, cohortantur ad decus. [a] *non deest oratio. Ego quid possum? tamen nescio quid è quercu exsculpseram, quod uideretur simile simulacri. In eo*[b] *quòd nonnulla erant paullo meliora, quàm ea, quæ fiunt, & facta sunt, reprehenduntur: quod me minimè* [c] *pænitet.* [1] *Si enim peruenissent istę litteræ, mihi crede, nos*[d] *pœnitet.* [e] *Quid? tu non uides ipsum illum* [f] *Aristotelis discipulum, summo ingenio, summa modestia, posteaquàm rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? Quid? tu hunc de pompa, Quirini contubernalem, his nostris moderatis epistolis lætaturum putas? Ille uerò potiùs non scripta* [g] *desiderat, quàm scripta non probet. Postremò, ut uolet. Abiit illud, quod tum me stimulabat, quod tibi dabam* πρόβλημα ἀρχιμήδειον. *multo mehercule magis nunc opto casum illum,*[h] *quàm tum timebam,*[i] *vel quemlibet. nisi quid te aliud impediet, mihi optatò ueneris. Nicias*[k] *à Dolabella magno opere arcessitus (legi enim litteras) etsi inuito me tamen eodem me auctore profectus est Hoc manu mea.*

a v c. non de'st or.
b v.c. quia nonn.
c v. c. pæni-tet.
d v.c. pæni-teret.
e fort. Quid tum? non
f L. & v. c. Aristoteli
g L. deside-ret, & ita v. c.
h al. quem
i v.c. uel quelibebit.
K v.c. ab Dol.

ANNOTATIONES.

1 Si enim peruenissent istæ l.) vel subintelligendum, ad eum: vel desideratur, & à librariis per imprudentiam omissum est: quod mihi verisimilius est.

Verba Græca, Latinis expressa.

πρόβλημα ἀρχιμήδειον, quæstio Archimedes.

CICERO ATTICO S. 29

C*VM quasi alias res quęrerē de philologis è Nicia, incidimus in Talnam. Ille de ingenio nihil nimis. modestum & frugi. sed hoc mihi non placuit. Se scire aiebat ab eo nuper petitā Cornificiam, Q. F.* *uetu-*

uetulam sanè, & multarum nuptiarum. non esse[a] *probatam mulieribus, quòd ita reperirent, rem non maiorem* DCCC. *Hoc putaui te scire oportere. De hortis ex tuis litteris cognoui, & Chrysippo. in uilla, cuius*
5 *insulsitatem bene noram, video nihil, aut pauca mutata. balnearia tamen laudat. maiora de minoribus ait hiberna effici posse.* [b] *Tecta igitur ambulatiuncula addenda est: quam ut tantam faciamus, quãtam in Tusculano fecimus, propè dimidio minoris cõ-*
10 *stabit isto loco. Ad id autẽ, quod uolumus* ἀφίδρυμα, *nihil aptius uidetur, quàm lucus, quem ego noram. sed celebritatem nullam tum habebat, nunc audio maximam. Nihil est, quod ego malim. In hoc* τὸν τύφον μοι πρὸς θεῶν τροποφόρησον. *Reliquum est, si Faberius*
15 *nobis nomen illud explicat, noli quærere, quanti. Othonem vincas volo. nec tamen insaniturum illum puto. nosse enim mihi hominem videor. Ita malè autem audio ipsum esse tractatum, vt mihi ille* [c] *emtor non esse uideatur. Quid enim pateretur? Sed quid argumen-*
20 *tor? Si Faberianum explicas, emamus uel magno. sin minùs: ne paruo quidem possumus. Clodiam igitur,* [d] *à qua ipsam ob eam causam sperare uideor, quòd & multo minoris sunt, & Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, ut etiam repræsentatione* [e] *concludam.*
25 *De hortis satis. cras aut te, aut causam: quam quidem futuram Faberianam. sed si poteris.*

Ciceronis epistolam tibi remisi. O te ferreum, qui illius periculis non moueris! me quoque accusat eam tibi epistolam misissem nam illam alteram de reb. ge-
30 *stis, eodẽ exemplo puto. in Cumanũ hodie misi tabellariũ. ei dedi tuas ad Vestoriũ, quas Pharnaci dederas.*

CICE-

a fort. probatum & ita q. v.c.

b sic v.c.

c L. emturus n. al. emtor futurus non esse uid. fort. emtor timendus non esse v.

d L. à qua ipsa ob. & ita v.c.

e v.c & L. confidam.

CICERO ATTICO S. 30

Commodùm ad te miseram Demeam, cùm Eros ad me uenit: sed in eius epistola nihil erat noui, nisi auctionem biduum. Ab ea igitur, ut scribis: & uelim, confecto negotio Faberiano: quem quidem negat Eros hodie, cras manè putat. à te colendus est. Istæ autem κολακίαι *non longè absunt à scelere. te, ut spero, perendie. Sicunde*[a] *potes, crues, qui decem legati Mummio*[b] *fuerunt. Polybias non nominat. Ego memini Albinum consularem, & Sp. Mummium. videor audisse ex Hortensio Tuditanum. sed in Libonis annali* XIIII. *annis pòst prętor est factus Tuditanus, quàm consul Mummius. Non sanè quadrat,* [c]*uolo aliquem Olympię,* [d]*aut ubi uisum,* πολιτικὸν σύλλογον, *more Dicæarchi, familiaris tui.*

a v. c. potes eruere, b v.c. fuerint, & ita L. c al. ullo aliquem Olimpia. d sic v. c. al. aut ubiuis,

Verba Græca, Latinis expreßa.

κολακίαι, assentationes.
πολιτικὸν σύλλογον, ciuilem conuentum.

CICERO ATTICO S. 31

V. kalendas manè accepi à Demea litteras, pridie datas, ex quibus aut hodie, aut cras te exspectare deberem. Sed, ut opinor, idem ego, qui exspecto tuum aduentum, morabor te. Non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam si est futurum, vt non habeat aliquid moræ. cùm poteris igitur, [a] *quoniam etiamdum abes. Dicæarchi quos scribis libros, sanè uelim mihi mittas: addas etiam* καταβάσεως. *De epistola ad Cęsarem,*[1] [b] κεκριμένα. *atq. idipsum, quod isti aiunt illum scribere, se nisi constitutis rebus, non iturum in Parthos: idem ego suadebam in*

a L. quoniam, etiamdum abes. b v. c. κέκριχα. & ita L.

in illa epistola: utrum liberet, [2] facere posse, auctore me. Hoc enim ille exspectat, videlicet: neque est facturus quidquam, nisi de meo consilio. Obsecro, abiiciamus ista, & semiliberi saltem simus: quod assequemur & tacendo, et latendo. Sed aggredere Othonem, ut scribis. Confice, mi Attice, istam rem. Nihil enim aliud reperio, ubi & in foro non sim, & tecum esse possim. Quanti autē, hoc mihi uenit in mentem. C. Albanius, proximus est uicinus. Is CIↃ *iugerum de M. Pilio emit (ut mea memoria est)* HS. CXV. *omnia scilicet nunc minoris. sed accedit cupiditas: in qua, præter Othonem, non puto nos ullum aduersarium habituros. sed eum ipsum tu poteris* [b] *monere. faciliùs etiam si* [c] *Canum haberes. O gulam insulsam! pudet me patris. Rescribes, si quid uoles.*

a L. faceret posse, auct.

b v.c. moneres.

c v.c. kanum fort. Caniū & ita alij uulg.

ANNOTATIONES.

1 κέχϱικα) nihil puto mutandum, quamquam Corradus putat, & mauult legi πέφρικα. Ego, siquid esset mutandum, mallem legi κέκρικα. codex Turnesianus quidem ab hac scriptura non longè abest. scriptum enim in eo est, κέκβικα. ut ex littera, quę est ordine quarta, æquè facilè ζ fieri possit ρ. atque φ. & uerò faciliùs.

2 utrum liberet, faceret: posse, auctore me) alii aliter. ego sic hunc locum restituendum esse arbitror. corruptum autem esse credibile est ab indoctis, qui cùm, faceret posse sine distinctione legerent, neque viderent, faceret, separatim esse legendum, & pertinere ad uerbum, suadebam: ex, faceret, facere: ex, posse, posset, fecerunt, & ita hunc locum corruperunt. Licet tamen etiam ita legere, utrum liberet, facere posse, auctore me.

Verba Græca, Latinis expressa.

καταβάσεως, descensus.

κέκρικα, iudicaui.

CICERO ATTICO S. 32

Alteram à te epistolam cùm hodie accepissem, [a] *volui te una mea contentum. Tu verò age quod scribis de Faberio. In eo enim totum est positum id,* quod

a v.c. nolui te una mea c.

quod cogitamus: quæ cogitatio ſi non incidiſſet (mihi crede iſtuc, vt cetera) non laborarem. Quamobrem, vt facis (iſtuc enim addi nihil poteſt) vrge, inſta, perfice. Dicæarchi περὶ ψυχῆς, *vtroſque velim mittas, &* καταβάσεως. τριπολιτικὸν *non inuenio, & epi-* 5
ſtolam eius, quam ad Ariſtoxenum miſit. Treis eos li-
bros maximè nunc vellem: apti eſſent ad id, quid cogito. Torquatus[a] *Romæ eſt.* [b]*iuſſi ut tibi daretur. Catulum & Lucullum, vt opinor, antea. His libris noua procemia ſunt addita, quibus eorum uterq. laudatur.* 10
Eas litteras uolo habeas, & ſunt quædã alia. Et quod ad te de x. legatis ſcripſi, parum intellexti. credo quia διὰ σημείων *ſcripſeram. De C. Tuditanum enim quærebam: quem ex Hortenſio audieram fuiſſe in x. Eum video in Libonis, prætorem,* [c] *L. Popillio, P. Rupilio* 15
COSS. *annis* XIIII. *antè, quàm prætor factus eſt. Legatus eſſe potuiſſet, niſi admodum ſerò quæſtor eſt factus: quod non arbitror. Video enim* [d] *curuleis magiſtratus eum legitimis annis perfacilè cepiſſe. Poſtumium autem, cuius ſtatuam Iſthmo meminiſſe te* 20
dicis, ſciebam fuiſſe. Is autem eſt, qui cum Lucullo fuit: quem tu mihi addidiſti. ſanè ad illum σύλλογον *perſonam idoneam. Videbis igitur, ſi poteris, ceteros, vt poſſimus* πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις.

a v. c. Romę'ſt.
b v.c. miſi, ut tibi dat.
c v. c. & L. P. Popillio,
d v. c. curulis

Verba, Græca Latinis expreſſa. 25

περὶ ψυχῆς, de animo.
καταβάσεως. τριπολιτικὸν, deſcenſus. librum Tripoli ſcriptum.
διὰ σημείων, per notas.
σύλλογον, conuentum. 30
πομπεῦσαι, καὶ τοῖς προσώποις, oſtẽtare etiam perſonis.

CICE-

CICERO ATTICO S. 33

NEgligentiam miram! semelne putas mihi dixisse Balbum, et Faberium professionem relatã? [a]quinetiam eorum iussu miserim, qui profiteretur. Ita enim oportere dicebant. Professus est Philotimus libertus. Nosti, credo, librarium. sed [b] scribis, & quidem confectum. Ad Faberium, vt ibi placet, litteras misi. Cum balbo autem puto te aliquid fecisse [c] H. in Capitolio. In Virgilio mihi nulla ἀνσωτία. *nec enim eius causa sanè debeo. [d] Et, si emero, quid erit, [e] quod postulet? Sed videbis, ne is cùm sit in Africa, [f] vt Cælius. De nomine tu videbis cum Cuspio. [1] sed, si Plancus destinat, [g] tum haberes difficultatem. Te ad me venire vterque nostrum cupit: sed ista res nullo modo relinquenda est. Othonem quòd speras posse vinci, sanè benè narras. De æstimatione, vt scribis, cum agere cœperimus. etsi nihil scripsit, nisi de modo agri. Cum Pisone, siquid poterit. [2] Dicæarchi [h] librum accepi. &* κα]αβάσεως *exspecto. [i] Negotium dederis. [k] Reperies [l] ex eo libro, in quo sunt S.C. Cn. Cornelio et Lucio Mũmio COS. De Tuditano autem quod putas, [m]* ἄδηλον *est: tum illum, quoniam fuit ad Corinthum: nõ enim temerè dixit Hortensius. aut quæstorem, aut tribunum mil. idq́. potius fuisse credo. Sed tu de Antiocho scire poteris. Vide etiam, quo anno quæst. aut trib. mil. fuerit. [3] [n] si neutrum, eodem in præf. [o] aut in contubern. fuerit, modò fuerit in eo bello. De Varrone loquebamur. Lupus in fabula. venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset. sed ego ita egi, vt non scinderem [p] penulam. Memini enim [q] tui: & multi erant,*

nosq́.

a sic v. c. L. quin etiam eorum iussu miseram, q. al. quin etiam eorũ iussu miserim, q.
b v. c. scribes,
c al. hodie
d sic v. c.
e fort. quod expostulet?
f al. vt Cælius de nomine. Tu uid. c. Cisp.
g v. c. & L. tum habet res diff.
h fort. librũ περὶ ψυχῆς acc.
i fort. Negotium de deris de decem leg. Rep.
K v.c. Reperiet ex eo
l fort in eo libro,
m al. ἴυλογον est illũ, quoniã tum fuit ad Cor.
n v. c. & L. si neutrum cadet: in præf.
o L. an in c.
p v. c. pænulam.
q v. c. & L. tuum.

nosque imperati. Quid refert? Paullo post C. Capito cum T. Carrinate. Horum ego vix attigi [a] *penulam: tamen remanserunt.* [b] *cecidit bellè. Sed casu sermo à Capitone de urbe augenda, à ponte* [c] *Muluio Tiberim duci secundum monteis Vaticanos: campum Martiũ* 5 [d] *coædificari. Illum autem campum Vaticanum, fieri quasi Martium campum. Quid ais? inquam. At ego ad tabulam, vt, si rectè possem, Scapulanos hortos. Caue facias, inquit. nam ista lex perferetur. Vult enim Cęsar. audire me facilè passus sum: fieri autem* 10 *molestè fero. Sed tu, quid ais? quamquam quid quæro? Nosti diligentiam Capitonis in rebus nouis perquirendis: non concedit Camillo. Facies me igitur certiorem de ædibus. Ista enim me res adducebat. eò adiunxeram ceteras: quas consequi tamen biduo, aut* 15 *triduo post facilè potero. Te tamen in via confici minimè volo: quin etiã Dionysio ignosco. De Bruto quod scribis, feci, vt ei liberum esset, quòd ad me attineret. Scripsi enim ad eum heri idibus Maii, eius opera mihi nihil opus esse.* 20

a v. c. pænulam:
b fort. Sed cecidit bellè. casu s.
c al. Miluio
d v. c. tum ædificari.

ANNOTATIONES.

1 sed, si Plancus destinat, tum habet res,) sic potiùs. legendum, quàm, ut in vulgatis, tum haberes. & ita codex Turn. non displicet mihi tamen ea lectio, quam affert Malaspina, sed si Plancus destinatum habet, habet res difficultatem. Omnino in hac 25 utrauis lectione desidero, sibi, ante, destinat, aut, destinatum.

2 Dicæarchi librum accepi) uelim legi, Dicæarchi librum περὶ ψυχῆς, &c.

2 si neutrum cadet, in præf. an in contubern.) sic legendum censeo, & ita habet codex Turnesianus. significant autem hæc dimidiata uerba, prefectis contubernalibus. Corradus sic legi vult, eodem ne præfectus, an contubernalis &c. Sed omnis inanis 30 coniectura est, ubi scriptura antiqua, certa est.

Verba

Verba Græca, Latinis expreßa.

δυσωπία, vitiosa verecundia.
περὶ ψυχῆς, de animo.
καταβάσεως, descensus.
εὔλογον, consentaneum.

5

CICERO ATTICO S. 34

ASturam veni VIII. Kalend. Iul. vitandi enim caloris causa Lanuuii [a] treis horas acquieuerã. Tu uelim, si graue non erit, efficias, ne ante nonas mi
10 *hic illuc veniendum sit. Id potes per [b] Egnatium Maximum. Illud in primis [c] cum Publilio me pæne absente [d] conficias: de quo, quę fama sit, scribes. Id populus curat, scilicet. non mehercule arbitror. etenim hæc decantata erat fabula: sed complere paginam vo-*
15 *lui. Quid plura? ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas. Scripsi enim ad te de hortis.*

a v. c. tris al. IIII. H.
b al. Egnatium maximè. Illud al. Egnatium, Maximum.
c v. c. & L. vt cum
d L. conficies:

CICERO ATTICO S. 35

O Rem indignam! Gentilis tuus vrbem auget, quã
20 *hoc biennio primùm vidit: [a] & ea parum magna visa est, quæ etiam ipsum capere potuerit. Hac de re igitur exspecto litteras tuas. Varroni scribis, te, simulac venerit. Dati igitur iam sunt, nec tibi integrum est. Hui, si scias, quanto periculo tuo: aut*
25 *fortasse litterę meę te retardarunt. sed eas nondum legeras, cùm has proximas scripsisti. Scire igitur aueo, quomodo res se habeat. De Bruti amore, vestraq; ambulatione, etsi mihi nihil noui affers, sed idem quòd sæpe, tamen hoc audio libentiùs, quo sæ-*
30 *piùs: eoq. mihi iucundius est, quòd tu eo lætaris: certiusque eo est, quod à te dicitur.*

a L. & ei p.

CICERO ATTICO S. 36

HAs alteras hodie litteras. de Xenonis nomine, & de Epiroticis X L. *nihil poteſt fieri nec commodius, nec aptius, quàm vt ſcribis. Id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. Noui nihil ſanè, niſi Hirtium cum Quinto acerrimè pro me litigaſſe: omnibus eum* [a] *locis facere, maximeque in conuiuiis: cum multa de me, tum redire ad patrem. Nihil autem ab eo tam* ἀξιοπίστως *dici, quàm alieniſſimos non eſſe à Cæſare: fidem nobis habendam non eſſe: me verò etiam cauendum.* φοβερὸν ἦν, *niſi viderem, ſcire regem, me animi nihil habere. Ciceronem verò meum vexari. ſed id quidem arbitratu ſuo. Laudationem Porciæ gaudeo me antè dediſſe Leptæ tabellario, quã tuas acceperim litteras. Eam tu igitur, ſi me amas, curabis, ſi modò mittetur, iſto modo mittendam,* DOMITIO ET BRVTO. *De gladiatoribus: de ceteris, quæ ſcribis* ἀνεμοφόρητα, *facies me quotidie certiorem. velim (ſi tibi videtur) appelles Balbum, & Offilium, de auctione proſcribenda. equidem locutus ſum cum Balbo. Placebat, puto, conſcripta habere Offilium omnia. Habet & Balbus: ſed Balbo placebat, propinquum diem, & Romę: ſi Cæſar moraretur,* [b] *poſſe in diem differri. Sed is quidem adeſſe videtur. Totum igitur conſidera. placet enim Vectorio.*

a fort. in locis furere, max.

b v. c. & L. poſſe diem differri.

5 10 15 20 25

ANNOTATIONES.

1 poſſe diem differri.) ſic eſt legendum, & ita ſcriptum eſt in codicibus Memm. & Huraltino, & Turneſiano: non, vt vult Victorius, poſſe diem in diem differri. 30

Verba

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀξιοπίστως, fide dignum.
φοβερὸν ἦν, formidabile erat.
ἀνεμοφόρητα, leuia, à uentis dissipata.

5 ·CICERO ATTICO S. 37

ANte lucem cùm scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Deinde cùm somno repetito, si-
10 *mul cum sole experrectus essem, datur* [a] *mihi epistola à sororis tuæ filio, quam ipsam tibi misi: cuius est principium non sine maxima contumelia. sed fortasse* οὐκ ἐπίστησεν. *Est autem sic,* EGO ENIM NON PROBO QVIDQVID NON BELLE IN TE DICI PO-
15 TEST. *Posse vult in me multa dici non bellè: sed ea se negat approbare. hoc quidquàm potest esse impurius? Iam cetera leges (misi enim ad te,) iudicabisque. Bruti nostri quotidianis, assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis* [b] *haberi permulti mihi renuntia-*
20 *uerunt, commotum istum aliquando,* [c] *scripsisti aliquid ad me, credo, & ad te: idque vt sciam, facies. nam ad patrem de me quid scripserit, nescio: de matre quàm pie!* VOLVERAM, *inquit,* VT QVAMPLVRIMVM TECVM ESSEM, CONDVCI MIHI
25 DOMVM, ET ID AD TE SCRIPSERAM. NEGLEXISTI. ITA MINVS MVLTVM VNA ERIMVS. NAM EGO ISTAM DOMVM VIDERE NON POSSVM. QVA DE CAVSA, SCIS. *Hanc autem causam pater odium matris esse dicebat. Nūc me iuua, mi At-*
30 *tice consilio* πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, *id est, utrùm apertè hominē asperner, et respuā:* [d] ἢ σκολιαῖς ἀπάταις.

a v.c. mi

b L. haberi scis, perm.

c L. scripsisse aliq ad me: credo & ad te.

d al. ἢ σκολιαῖς ἀπάταις.

ut enim Pindaro, sic δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. *omnino morib. meis illud aptius: sed hoc fortasse temporibus. Tu autem, quod ipse tibi* [a] *suaseris, idem mihi persuasum putato. Equidem vereor maximè, ne in Tusculano opprimar. In turba hæc essent faciliora. Utrùm igitur Astura? quid Cæsar subitò? Iuua me, quæso, consilio. utar eo, quod tu decreueris.* 5

Verba Græca, Latinis expressa.

οὐκ ἐπέστησεν, non aduertit.

πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις, utrùm iustitiæ murum altum, an obliquis fraudibus. 10

δίχα μοί νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν, bifariam mihi animus, ut uerum dicam.

CICERO ATTICO S. 38

O Incredibilem vanitatem? ad patrem, domo sibi carendum, propter matrem. [a] *plenam pietatis. Hic autem iam languescit, & ait* [b] *tibi illum iure iratum. sed utar tuo consilio.* σκολιὰ *enim* [c] *tibi uideo placere. Romam, ut censes, veniam: sed inuitus. ualde. n. in scribendo hæreo.* [d] *Brutum? inquis. eadem scilicet. sed, nisi hoc esset, res me ista non cogeret. Nec enim inde uenit, unde mallem: neque diu* [e] *absuit, neq. vllam litteram ad me: sed tamen scire aueo qualis ei totius itineris summa fuerit. Libros mihi, de quibus ad te antea scripsi, uelim mittas, & maximè,* [f] φαίδρου περὶ θεῶν, *&* ΑΛΛΙΔΟΣ. *Itane nuntiat Brutus, illum ad bonos viros* εὐαγγέλια; *sed ubi eos? nisi fortè se suspendit.* [g] *Hic autem, ut fultum est. Vbi igitur* φιλοτέχνημα *illud, tuumquod uidi in Parthenone? [h] Alani & Brutū. Sed quid* [i] *faciam? Illud optimè,* [k] *quod ne is quidem, qui omnium flagitiorum auctor, bene* 15 20 25 30

a v.c. & L. plena pietatis.
b v.c. sibi
c v.c. sibi
d L. Brutū, inquis, eadem. Scilicet. Sed, nisi h. est.
e L. afuit.
f L. φαίδρου περὶ ὅρων τῆς ἑλλάδος; al. περὶ ὁρῶν τῆς ἑλλ.
g L. Hic autem, ut fuit tum, est.
h L. Ahalā, & Brutum. Sed quid faciant?
i v.c. faciat?
k al. sed ne

bene de nostro. At ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. Ita enim significarat his litteris, quas ad meas. At vellem aliquid degustasse de fabulis, sed coràm, ut scribis. Etsi, quid mihi auctores? aduo-
5 *lo ne, an maneo? Equidem & in his libris hæreo, & illum hic excipere nolo: ad quem, ut audio, pater hodie ad Saxa [a] Acrunoma. mirum quàm inimicus ibat: vt ego obiurgarem. sed ego ipse* κίπφωμα. *Itaque posthac. Tu tamen vide, quid de aduentu*
10 *meo censeas, &* τὰ ὅλα. *Cras, si perspici potuerint, manè statim, ut sciam.*

[a] L. & v. c. ad Saxa Acronoma. al. ad Saxa. κρυνώμα.

ANNOTATIONES.

1 Brutum, inquis, eadem.) Sic habent codices manuscrip. neq. aliter uulgati, nisi quòd uitiosa est in eis interpunctio. Ego olim edideram, Brutus, inquis, eadem. hac sententia, Brutus eadem
15 sentit, quæ tu de rep. Sic enim Manutius, qui legit, Brutum inquis eadem, pro, Brutum dicis eadem sentire: quod Latinè dici non potest Nunc igitur sic legendum censeo. Brutum, inquis, eadem: id est, Brutum eadem opera uidebis, seu, vises.

2 περὶ ὁρῶν τῆς ἑλλάδος) cum antiquæ scripturæ vestigia acriter intueor, non puto quidquam posse aut diuinius, aut uerius excogitari posse Corradi Coniecturæ, nisi quis fortè dicat legendum potiùs, mutato spiritu, & accentu, περὶ ὅρων, id est, de terminis,
20 aut finibus.

3 Hic autem, ut fuit tum, est.) sic legendum conieci, non, ut uulgò, ut fultum est. Nam, fult, mendosè scriptum, pro, fuit. l. pro i. deinde t. à scriptore omissum, propter eiusdem litteræ prægressionem.

4 ad saxa Acronoma) sic legendum censeo, ne tantillum quidem ab antiqua scriptura discedens. Sic enim habet codex Turnes. idque litteris Latinis, vt edidi. Turnebus uerò, diuinans,
25 κρούνομα.

Verba Græca, Latinis expressa.

φαίδρου περὶ ὅρων τῆς ἑλλάδος, Phædri determinis Græciæ.

εὐαγγέλια, bonos nuntios.

30 φιλοτέχνημα, opus artificiosum.

τὰ ὅλα, tota.

CICERO ATTICO S. 39

EGo verò Quincto epistolã ad sororem misi. cùm ille quereretur, filio cum matre bellum, & se ob eam causam domo cessurum filio diceret: dixi, illum commodas ad matrem litteras: ad te, nullas. Ille alterum mirabatur: de te autem, suam culpam, quòd sæpe grauiter ad filium scripsisset de tua in illum iniuria. Quòd autem relanguisse se dicit: ego ei, tuis litteris lectis, σκολιαῖς ἀπάταις significaui, [a] me non fore: [b] tum enim mentio Canai. Omnino, si id consilium placeret: esset necesse. sed, ut scribis, ratio est habenda grauitatis: & utriusque nostrum idem consilium esse debet. etsi in me grauiores iniuriæ, & certè notiores. Si verò etiam Brutus aliquid afferet: nulla dubitatio est. sed coràm. Magna enim res, & multæ cautionis. Cras igitur, nisi quid à te [c] commotus.

a fort. me non fore iratum. b sic v. c. fort. tum mentio Canij. c v. c. commeatus. fort. commonitus.

Verba Græca, Latinis expressa.

σκολιαῖς ἀπάταις, obliquis fallacijs.

CICERO ATTICO S. 40

VEnit ille ad me, καὶ μάλα κατηφής. Et ego, σὺ δὲ δὴ τί σωύνες; Rogas? inquit, [a] quod iter instet? & iter ad bellum, idque cùm periculosum, tum etiam turpe. Quæ uis igitur? inquam. Aes, inquit, alienum, & tamen [b] ne viaticum quidem. Hoc loco ego sumsi quiddam de tua eloquentia. nam tacui. At ille: sed me maximè angit auunculus. Quidnam? inquam. Quòd mihi, inquit, iratus est. Cur pateris? inquam. Malo enim ita dicere, quàm cur committis? Non patiar, inquit. causam enim tollam. Et ego, rectissimè quidem. Sed, si graue non est, uelim scire, quid sit causæ.

a v. c. & L. quoi iter instet: b v. c. ne uiaticum quidem habeo. Hoc l.

ſæ. Quia, dum dubitabam, quam ducerem, non ſatiſfaciebam matri: ita ne illi quidem. Nunc nihil mihi tanti eſt: faciam quod uolunt. Feliciter uelim, inquam: teq. laudo. ſed quando? Nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probo. At ego, inquam, cenſeo priùs, quàm proficiſcaris. ita patri quoq. morem geſſeris. Faciam, inquit, ut cenſes. Hic dialogus ſic concluſus eſt. Sed heus tu, diem meum ſcis eſſe III. nonas Ian. Aderis igitur. Scripſeram iam, Ecce tibi orat Lepidus, ut veniam (opinor augures nihil habere) [1] ad templum [a] afflandum: eatur ΜΙΑ ΚΟΡΟΥ. Videbimus te igitur.

a v.c efflandum eatur μιας χορ-δου. L. efflandum Saturni ἀσπόνδου

ANNOTATIONES.

1 ad templum effandum Saturni ἀσπόνδου) ſic iam pridem hic locus à viris doctis emendatus eſt. Nam quòd Petr. Victorius antiquam ſcripturam proponit tantum, non laudare non poſſum: ſed magis laudaſſem, ſi vidiſſet, eatur, eſſe corruptum, & factum ex, fatur: fatur autem ex, fatur: mi, ex, ni, ἀχόρδου, ex ἀσπόνδου.

Verba Græca, Latinis expreßa.

χαὶ μάλα κατηφὴς, & valde terram intuens, demiſſis oculis.

σὺ δὲ δὴ τί σιωπῶν, tu verò, quid cogitabundus.

ἀσπόνδου, ſine fœdere.

CICERO ATTICO S. 41

Ego uerò utar prorogatione diei: tuque humaniſſimè feciſti, qui me certiorem feceris, atq. ita, ut eo tempore acciperem litteras, quo non exſpectarem: tuque, ut ab ludis ſcriberes. Sunt omnino mihi quædam agenda Romæ: ſed conſequemur [a] biduo.

a L. biduo poſt.

CICERO ATTICO S. 42

[a] Suaueis tuas litteras: etſi acerba pompa. Verumtamen ſcire omnia nō acerbum eſt, uel de Cotta.

a v. c. ſuauis

Populum verò præclarum, quòd propter malum vicinum, ne Victoriæ quidem [a] *applauditur. Brutus apud me fuit: cui quidem valde placebat, me aliquid ad Cæsarem. Annueram: sed pompam videret. Tu tamen ausus es Varroni dare. Expecto quid iudicet. quando autem perleget? De Attica probo. Est quidam etiam animum leuari cum spectatione,* [b] *tum etiam religionis opinione & fama. Cottam mihi velim mittas. Libonem mecum habeo, & habueram antè Cascam. Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiauit, quòd appelletur L. Curfidius in oratione Ligariana: erratum esse mecum: sed, vt aiunt,* μνημονικὸν ἁμάρτημα. *Sciebam Curfidium pernecessarium Ligariorū: sed eum video antè esse mortuum. Da igitur, quæso, negotium Pharnaci, Antæo, Saluio, vt id nomen ex omnibus libris tollatur.*

a v. c. & L. ploditur.

b v. c. religione opinionis, & fama.

Verba Græca, Latinis expressa.

μνημονικὸν ἁμάρτημα, memoriꝫ lapsus.

CICERO ATTICO S. 43

FVit apud me Lamia post discessum tuum, epistolamque me attulit, missam sibi à Cæsare: quæ quamquam antè data erat, [a] *quàm illa Diocharina, tamen planè declarabat, illū ante ludos Romanos esse venturum. In qua extrema scriptū erat, vt ad ludos omnia pararet, neue committeret, vt frustra ipse properasset. Prorsus ex his litteris non videbatur esse dubium, quin ante eam diem venturus esset: idemque Balbo, cùm eam epistolam legisset, videri Lamia dicebat. Dies feriarum mihi additos video: sed quàm multos, fac si me amas, sciam. De* [b] *Babio poteris,*

a v. c. & L. quàm illæ Diocharinæ,

b L. Babio

ris, & de altero vicino Egnatio. Quòd me hortaris, vt eos dies consumam in philosophia explicanda, cur rentem tu quidem: sed cum Dolabella viuendum esse istis diebus vides. Quod nisi me Torquati causa te- 5 *neret, satis erat dierum, vt Puteolos excurrere pos- sem, & ad tempus redire. Lamia quidem à Balbo (vt videbatur) audiuerat, multos nummos domi eße nu- meratos, quos oporteret quàmprimum diuidi: ma- gnum pondus argenti:* [1] *auctionem, præter prædia,* 10 *primo quoque tempore fieri oportere. Scribas ad me velim, quid tibi placeat. Equidem, si ex omnibus es- set eligendum, nec diligentiorem,* [a] *nec officiosiorem facilè delegissem Vestorio: ad quam accuratissimas litteras dedi: quod idem te fecisse arbitror. Mihi* 15 *quidem hoc satis videtur. Tu quid dicis? Vnum enim pungit, ne negligentiores esse videamur. Exspe- ctabo igitur tuas litteras.*

[a] v. c. & L. nec officiosiorem, nec nostri studiosiorem facilè deleg.

ANNOTATIONES.

1 auctionem, præter prædia, &c.) videtur potius sic esse legen- 20 dum, ordine mutato pondus argenti, præter prædia, seu, præ- terea prædia: auctionem primo quoque tempore &c. quod idem videtur Malaspinæ.

CICERO ATTICO S. 44

P*Ollex quidem, vt dixerat* [a] *ad Id. Sext. ita mihi* 25 *Lanuui prid. Id. præstò fuit: sed planè pollex, non index. cognosces igitur ex ipso. Balbum conueni. Le- pta enim* [b] *de sua vi in curatione laborans, me ad eum perduxerat. me autem* [c] *Lanuuio, quod Lepido tra- didit. ex eo hoc primum. paullo antè acceperam eas* 30 *litteras, in quibus magnopere confirmat, ante ludos Romanos. Legi epistolam. Multa de meo Catone:*

[a] v. c. ad idus Sextil. fort. a. d. V. idus Sext.
[b] v. c. de sua vini curatione fort. de sua Lanuini curatione
[c] al. Lanuino,

[a] quem sæpissimè legendo, se dicit copiosiorem factum. Bruti Catone lecto, se sibi visum disertum. Ex eo cognoui certiorem Cluuii (ò Vestorium negligentem) liberam, [b] testibus præsentibus sexaginta duobus. metuebam, ne ille arceßendus eßet. Nunc mittendum est, vt me iußu cernat. idem igitur Pollex etiam de hortis Cluuianis egit cum Balbo liberalius: se enim statim ad Cæsarem scripturum: Cluuium autem [c] à Tito Hordeonio legare & Terentiæ HS. IↃↃↃ. & sepulcro, multisque rebus: [d] nil à nobis. Subaccusa, quæso, Vestorium. Quid minus probandum, quàm Plotium vngentarium per suos pueros omnia tanto antè Balbo: illum mihi ne per meos quidem? De Cosinio doleo. dilexi hominem, Quincto delegabo, siquid æri meo alieno superabit, & emtionibus: ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. De domo Arpini, nihil scio. Vestorium nihil est, quod accuses. Iam enim obsignata hac epistola, noctu tabellarius noster venit, & ab eo litteras diligenter scriptas attulit, & exemplum testamenti.

a v. c. & L. quo sæp.
b v. c. testibus præsentibus, sexaginta dieb.
c al. à Tito, Hordeonio leg.
d v. c. nihil nobis. L. nihil à nobis.
e v. c illum mi

ANNOTATIONES.

1 de sua Lanuini curatione laborans) uel sic legendum, uel ut nonnulli libri hab ent, de sua re, ac ratione laborans, quod non improbo. codex Turnes & Huralt & Memmiani habent partim, de sua vini curatione lab. partim, de sua vi in curatione. quam lectionem probat Victorius, ego ferri non posse contendo, quòd ne Latina quidem est.

CICERO ATTICO S. 45

POsteaquàm abs te Agamemno, non vt venirem (nam id quoque fecißem, nisi Torquatus esset) sed vt scriberem: [a] tetigit. omisi ea, quæ in manibus habebam, abieci: quod iusseras, edolaui. Tu velim è Polli-

a v. c. & L. tetigit aureis nuntius. extemplo instituta omisi, ea, q. in m.

è Pollice cognoscas rationes nostras sumtuarias. Turpe est enim nobis, illum, qualiscumque est, hoc primo anno egere. post moderabimur diligentius. Idem Pollex remittendus est, vt ille cernat. planè Puteolos nō
5 *fuit eundum, cùm ob ea, quæ ad te scripsi, tum quòd Cæsar adest. Dolabella scribit, se ad me[a] postridie idus. O magistrum molestum! Lepidus ad me heri vesperi litteras misit Antio. nam ibi erat. habet enim domum, quam nos vendidimus. Rogat magnopere, vt*
10 *sim Kal. in senatu, me & sibi & Cæsari vehementer gratum esse facturum. Puto equidem nihil esse. Dixisset enim tibi fortaße aliquid Oppius, quoniam Balbus est æger. Sed tamen malim venire frustra,[b] quàm desiderari, si opus esset, molestè ferrem postea. Ita-*
15 *que hodie Antii, cras ante meridie, domi. Tu velim (nisi te impediuisti) apud nos prid. kal. cum Pilia. Te spero cum Publilio confecisse. Equidem kal. in Tusculanum recurram: me enim absente omnia cum iis transigi malo. Q. fratris epistolam ad te misi, non*
20 *satis humanè illam quidem respondentem meis litteris; sed tamen, quod tibi satis sit, vt equidem existimo. tu videbis.*

[a] al. postridie iduum

[b] L. quàm desiderari, si opus esset. mol. f. p.

ANNOTATIONES.

1 tetigit aureis nuntio: extemplo instituta omisi ea, quæ in manib. hab.) Sic habet codex Turnes. & Huraltinus, & vnus ex Memmianis. sic & Germani in suis habuerunt. Quo, vt & mirer,
25 Petr. Victorium negare, se hæc, quæ desiderantur in vulgatis, non reperisse in suis. & eius codicibus nostros longè anteponam, maximè Turnesianum. Non potest verò dici, hæc esse aliunde nata. Sunt enim germana uerba Ciceronis. adde quòd ad sententiam absoluendam requiruntur. Non celabo tamen lectorem, visum mihi esse aliquando vocem, nuntius, esse alienam, & sic esse legendum. Posteaquàm abs te Agamemno non ut venirem (n. id q. f. n. T. ess.) f. vt scriberem, tetigit aureis. extem-
30 plo instituta omisi, &c. ut tetigit aureis, dictum intelligamus, pro admonuit.

CICERO ATTICO S. 46

Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, cùm diceres, te in Tusculanum venturum: quod utinam, iterum utinam, tuo tamen commodo. Lepta me rogat, vt, siquid sibi opus sit, accurram. mortuus enim [a] Babulius. Cæsar, opinor, ex vncia: etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente. Veretur autem ne non liceat tenere hereditatem: ἀλόγως omnino: sed veretur tamen. Is igitur si accierit, accurram: sin minùs: haud antè, quàm necesse erit. Tu Pollicē, cùm poteris. 10

a L. est Babullius

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀλόγως, temere, fine causa.

CICERO ATTICO S. 47

Laudationem Porciæ [a] tibi misi correctam: ac eò properaui, vt, si fortè aut Domitio filio, aut Bruto mitteretur, hæc mitteretur. Id, si tibi erit commodum, magnopere cures velim: & uelim, M. Varronis, & Ollii mittas laudationem. Ollii utique nam illam legi. volo tamen regustare. quædam enim vix mihi credo [b] legisse. Atticę primùm salutem, quam equidem [c] ruri esse arbitror. Multam igitur salutem & Piliæ. De Tigellio siquid noui: qui quidem, vt mihi Gallus Fabius scripsit, μέμψιν ἀναφέρει mibi quamdam iniquissimam, me Phameæ defuisse, cùm eius causam recepissem: quam quidem receperam contra pueros Octauios Cn. F. non libenter: sed & Phameæ causa volebam. erat enim, si meministi, in consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset. Quod ego perinde tuebar, ac si vsus essem. Is ad me uenit, dixitq. iudicem operam dare sibi constituisse 15 20 25 30

a v.c. & L. tibi misi correctam: eò properaui, ut,

b v.c. & L. legisse me. Att.

c v.c. rure esse

ſtituiſſe eo die ipſo, quo de [a] *Seſtio noſtro lege Pompeia in conſilium iri neceſſe erat. ſcis enim dies illorum iudiciorum preſtitutos fuiſſe. Reſpondi, non ignorare eum, quid ego deberem* [b] *Seſtio: quem vellet, aliũ* 5 *diem ſi ſumpſiſſet, me ei non defuturum. Ita tum ille diſceſſit iratus. puto me tibi narraſſe. Non laboraui ſcilicet, nec hominis alieni iniuſtiſſima iracundiam mihi curandam putaui. Gallo autẽ narraui, cùm proximè Romè fui, quid audiſſem: neque nominaui Bal-* 10 *bum minorem. Habuit ſuum negotiũ Gallus, vt ſcribit,* [c] *ait, illum me animi conſcientia, quòd Phameam deſtituiſſem, de ſe ſuſpicari.* [d] *Quare tibi hactenus mando, de illo noſtro, ſiquid poteris, exquiras: de me ne quid labores. Eſt bellum, aliquem libenter odiſ-* 15 *ſe:* [1] [e] *&, quemadmodum non omnibus ſeruire. etſi me hercule, vt tu intelligis, magis mihi iſti ſeruiunt, ſi obſeruare, ſeruire eſt.*

a L. Sextio

b L. Sextio:

c fort. ait, illum dicere, me animi &c.

d al. Quam rem hactenus tibi mando:

e L. & quemadmodum non omnibus dormire, ita non omnib. ſeruire.

ANNOTATIONES.

20 1 & quemadmodum non omnibus dormire, ita non omnibus ſeruire) ſic neceſſariò legendum eſt. Voluit enim hoc ſimili vti Cicero: quemadmodum bellum eſt, non omnibus dormire, quod olim dictum eſt ab illo Cipio, ita & non omnibus ſeruire. Sic autem ſere ſcripſit in epiſt. ad Gallum lib. 7. epiſt ad famil. Cipius, opinor, olim: non omnibus dormio: ſic ego non omnibus, mi Galle, ſeruio. Cum igitur ita ſcriptum eſſet à Cicerone, 25 eſt bellum aliquem libenter odiſſe, &, quemadmodum non omnibus dormire, ita non omnib. ſeruire. ſcriptor librarius, à priore, non omnibus, tranſijt ad poſterius, & cum deberet ſcribere, &, quemadmodum non omnibus dormire, ita non omnibus, ſeruire, ſcripſit, & quemadmodum non omnibus ſeruire. quæ ſcriptura clamat id eſſe factum, quod dixi.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

30 μέμψιν ἀναφέρει, notam inurit.

CICE-

CICERO ATTICO S. 48

ADmonitus quibusdam tuis litteris, ut ad Cæsarem uberiores litteras [a] mitterē, instituerant, cū mihi Balbus nuper in Lanuino dixisset, se, & Oppiū scripsisse ad Cæsarem, me legisse libros contra Catonem. & vehementer probasse: conscripsi de his ipsis libris epistolam Cęsari, quę deferretur ad Dolabellam: sed eius exemplum misi ad Oppium, & Balbum: scripsique ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam iuberent meas litteras, si ipsi exemplum probassent. Ita mihi rescripserunt, nihil umquam se legisse melius: epistolamque meam iusserunt dari Dolabellæ. Vestorius ad me scripsit ut iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Hetereio cuidam fundū Brinnianum, ut ipse ei Puteolis rectè mancipio dare posset. eum seruum si tibi uidebitur, ad me mittes. Opinor enim [b] ad te etiam scripsisse Vestorium. De aduentu Cæsaris, idem, quod à te, mihi scriptum est ab Oppio, & Balbo. Miror te nihil dum cum Tigellio, vel ut hoc ipsum, quantum acceperit, prorsus aueo scire: nec tamen flocci facio.

a v. c. & L. mittere instituerem: cum m.

b fort etiam ad te scr.

CICERO ATTICO S. 49

QVæris, quid cogitem de obuiam itione. Quid censes, nisi Alsium? & quidem ad Murenam de hospitio scripseram: [a] sed opinor cum Matio profectum. Sallustius igitur urgebitur. Scripto iam superiore uersiculo, Eros mihi dixit, sibi Murenam liberalissimè respondisse. Eo igitur utamur. nam Silius [b] culcitras non habet. Dida autem, opinor, hospitibus totam uillam concessit. Ad Cęsarem quam misi episto-

a fort. sed opinor eum cum M.

b v. c. & L. culcitas.

epistolam, eius exemplum fugit me tum tibi mittere:[1] nec id fuit, quod suspicaris, [a]vt me puderet tui. Næ ridiculè [b] Micillus. Nec mehercule scripsi aliter, ac si πρὸς ἴσον, ὅμοιόνque scriberem. bene enim existimo de illis libris, vt tibi coràm. Itaque scripsi & ἀκολακεύτως, & tamen sic, vt nihil eum existimem lecturum libentiùs. De Attica nunc demum mihi est exploratum. itaque ei deintegro gratulare. Tigellium totum mihi, & quidem quàmprimùm. nam pendeo animi.[c] Narrabo tibi. Q. cras: sed ad me, an ad te nescio.[d] mihi scripsit, Romam VIII. kal. sed misi, qui inuitaret. etsi hercule iam Romam veniendum est, ne ille antè aduolet.

a vt me puderet tui, ne ridiculè Micillus.
b al. Myscellus.
c v.c. & L. Narro tibi.
d v.c. mi scripsit,

ANNOTATIONES.

1 nec fuit id, quod suspicaris, ut me poderet tui, ne ridiculè Micillus.) sic habent omnes libri veteres, qnos uidi, & vulgati, nisi quòd horum nonnulli habent, næ ridic. & interpunctum ante, næ, mendosè. Videtur autem tale quiddam desiderari post, suspicaris, quòd ita scripserim, ut ita legatur, nec fuit id, quod suspicaris, quòd ita scripserim, id est, ita demißè, & assentatoriè, ut &c. Alioqui legendum sit, quòd suspicaris, quòd me puderet tui.

Verba Græca, Latinis expreßa.

πρὸς ἴσον, ὅμοιόν que, ad æqualem, similemque.
ἀκολακεύτως, sine assentatione.

CICERO ATTICO S. 50

[a]O Hospitem mihi tam grauem ἀμεταμέλητον. fuit enim periucundè. Sed cùm secundis Saturnalib. ad Philippum vesperi uenisset, uilla ita completa militibus est, ut uix triclinium, ubi cenaturus ipse Cæsar esset, vacaret: quippe hominum CIↃ CIↃ. Sanè sum commotus, quid futurum esset postridie: ac mihi Barba Cassius subuenit: custodes dedit.

a sic v. c. al. Hospitem mihi tam gr.

Castra

Castra in agro.uilla defensa est.Ille tertiis Saturnalib. apud Philippum ad H. VII. nec quemquā admisit. rationes,opinor, cum Balbo.Inde ambulauit in litore. 1 a Post H.VIII.in balneū,tū audiuit. De Mamurra non mutauit,unctus est,accubuit, ἐμετικὴν *agebat.* 5 *Itaq.& edit,& bibit* ἀδεῶς, *& iucundè: opiparè sanè,& apparatè.nec id solùm,sed bene cocto,& cōdito,sermone bono, & si quæri, libēter. Præterea tribus tricliniis accepi* οἱ περὶ αὐτὸν*.valde copiosè Libertis minùs lautis. seruisq; nihil defuit. nā lautiores ele-* 10 *ganter b accepti. Quid multa? Homines uisi sumus. hospes tamen non is, cui diceres: amabo te,eodem ad me cùm reuertere.semel satis est.* σπουδαῖον οὐδὲν *in sermone:* φιλόλογα *multa. Quid quæris? Delectatus est,& libenter fuit.Puteolis se aiebat unum diem fore,alterū* 15 *ad Baias. Habes hospitium,siue c* ἐπισταθμίαν*: d odiosam mihi duxi, non molestam. Ego paullisper hic, deinde in Tusculanum. Dolabellæ uillam cùm præteriret, omnis armatorum copia, dextra,sinistra, ad equū: nec vsquam alibi. Hoc ex Nicia. Vale.* 20

a v. c. & L. Post H.VIII. in balneum. dum audiuit de Mamurra, vultum non mutauit.

b. v. c. accepi.

c al. ἐπισταθμείαν

d fort.quam odiosam m. duxi,

ANNOTATIONES.

1 Post H.VIII. in balneū, dum audiuit de Mamurra, vultum non mutauit.) sic restitui ex auctoritate codicis Turnes. De qua scriptura ne uerbum quidem Victorius. Significat autem Cicero, Cæsarem, dum ei recitati sunt Catulli versus contumeliosiss. in Mamurram, non esse commotū,ac ne vultum quidem mutasse.

Verba Græca, Latinis expressa. 25

ἀμεταμέλητον, quem non pœnitet.
ἐμετικὴν, curationem per vomitum.
ἀδεῶς, copiosè.
οἱ Περὶ αὐτὸν, familiares ipsius.
σπουδαῖον οὐδὲν, serium nihil.
φιλόλογα, erudita, lepida,iucunda. 30
ἐπισταθμίαν, diuersorium.

M. T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

LIBER XIIII.

CICERO ATTICO S. I

10 DIVERTI [a] *ad illum, de quo tecum manè. nihil perditius: explicari rem non posse. etenim si ille tali ingenio exitum non reperiebat, quis nunc reperiet? Quid quæris? Periisse omnia aiebat. quod haud scio an*
15 *ita sit.* [b] *verùm ille gaudens:* [c] *affirmatq́. minùs diebus* XX. *tumultum Gallicum. In sermonem se post idus Mart. præterquàm* [d] *Lepidi, venisse nemini. ad summam non posse isthęc sic abire. O prudentem Oppium, qui nihilominùs illum desiderat, sed loquitur*
20 *nihil, quod quemquam bonum offendat. sed hęc hactenus. Tu quæso, quidquid noui (multa autem exspecto) scribere ne pigrere. in his, de Sexto, satisne certum: maximè autem de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem* [e] *diuerti, Cæsarem solitum dicere,* MAGNI REFERT, HIC QVID VELIT: [f] SED
25 QVIDQVID VVLT, VALDE VVLT. *idq́ue eum animaduertisse, cùm pro Deiotaro Niceæ dixerit, ualde vehementer eum uisum, & liberè dicere: atque etiam (vt enim quidque succurrit, libet scire) pro-*
30 *ximè cum* [g] *Sestii rogatu apud eum fuißem, exspectaremq́ue sedens, quoad uocarer, dixisse eum,* EGO

DVBI-

[a] v c. & L. DEVERTI
[b] sic v. c.
[c] v.c.& L. affirmabatque
[d] fort. Lepido, al. Lepidi, venisse nemini
[e] L. deuerti,
[f] v.c. SED QVIDQVID VOLET, VALDE VOLET.
[g] L. Sextij

DVBITEM, QVIN SVMMO IN ODIO SIM, CVM M. CICERO SEDEAT, NEC SVO COMMODO ME CONVENIRE POSSIT. ATQVI SI QVISQVAM EST FACILIS, HIC EST: TAMEN NON DVBITO, QVIN ME MALE ODE- 5 RIT. *Hæc & eiusmodi multa. Sed ad propositum. quidquid erit non modò magnum, sed etiam paruum scribes. equidem nihil intermittam.*

CICERO ATTICO S. 2 10

Duas à te accepi epistolas heri. ex priore theatrum,[a] *Publiliumque cognoui: bona signa consentientis multitudinis. plausus uerò L. Cassio datus, etiam facetus mihi quidem uisus est. Altera epistola, de Madaro scripta: apud quem nullum*[b] σαλάκωμα *vt*[c] *putas. processi enim, sed minùs diu: sermone enim sum retentus. Quod autem ad te scripseram, obscurè fortasse, id eiusmodi est. Aiebat Cæsarem secum, quo tempore*[d] *Sestii rogatu ueni ad eum, cùm exspectarem sedens, dixisse:* EGO NVNC EAM SIM STVLTVS, *vt hunc ipsum, facilem hominem, putem mihi esse amicum, cùm tamdiu sedês meum commodum exspectet? Habes igitur* φαλάκρωμα, *inimicissimum otii, id est, Bruti. In Tusculanum hodie: Lanuuii cras: inde Asturę cogitabam. Piliæ paratum est hospitium: sed uellem Atticam. Verùm tibi ignosco: quarum utrique salutem.*

a v. c. Publiumque

b v. c. φαλάκρωμα, L. σαλάκωνα.

c q. v. c. putat. processit enim, L. processi enim: sed minus diu eius sermone sum r.

d L. Sextii

Verba Græca, Latinis expressa.

σαλάκωνα, prodigum. 30
φαλάκρωμα, caluitium.

CICE-

CICERO ATTICO S. 3

Tranquillæ quidem tuę litteræ: quod vtinam diu tius: nam Matius posse negabat. Ecce autē stru ctores nostri, ad frumentum profecti, cùm inanes [a] *re-* a v. c. redissent,
5 *diissent, rumorem afferunt magnum, Romę domum ad Antonium frumentum omne portari.* πανικὸν *certè. scripsisses enim. Corumbus Balbi, nullus adhuc, & mihi notum nomen. Bellus enim esse dicitur archite- ctus. Ad obsignandum tu adhibitus non sine causa*
10 *videris. volunt enim nos ita putare. nescio cur non animo quoque sentiant. Sed quid hæc ad nos? odorare tamen Antonii* διάθεσιν. *quem quidem ego epularū magis arbitror rationem habere, quàm quidquam mali cogitare. Tu siquid pragmaticon habes: scribe.*
15 *sin minùs: populi* ἐπισημασίαν, *& mimorum dicta perscribito. Piliæ, & Atticę salutem.*

Verba Græca, Latinis expressa.

πανικὸν, inanis terror.
διάθεσιν, sensum, cogitationem.
20 ἐπισημασίαν, significationem mentis è gestu.

CICERO ATTICO S. 4

[1] [2] *NVnc quid putas me Lanuuii? At ego te istic quotidie aliquid noui suspicor. tument nego-* a fort Nam quid p.
25 *tia. Nam cum Matius, quid censes ceteros? equi- dem doleo, quod numquam in vlla ciuitate accidit, nō vnà cum libertate remp. recuperatam. Horribile est, quæ loquantur, quæ minitentur. ac vereor Gal- lica etiam bella, ipse Sextus quò euadat. sed omnia*
30 *licet concurrant. Idus Martiæ consolantur. No- stri autem* ἥρωες, *quod* [b] *per se ipsos confici potuit,* b v. c. & L. per ipsos

sed parietibus contineri. atque illi quoquo modo beati, ciuitas misera. Sed velim scire, quid aduentus Octauii: numqui concursus ad eum, num quæ νεωτερισμοῦ *suspicio. Non puto equidem: sed tamen,*
5 *quidquid est, scire cupio. Hæc scripsi ad te proficiscens Astura,* [a] *III. id.*

a v c. IIII. Idus.

ANNOTATIONES.

[1] ἠσίτησας) sic restitui ex codice Turnes. pro quo vulgati, ἐσίγησας, planè ineptè. quod postea & Turnebus in illo eodem codice, quem ei vtendum dederam, repertum, in Aduersaria
10 sua retulit.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἠσίτησας, cibo astinuisti.
μνημονικὸν ἁμάρτημα, memoriæ peccatum.
φυρμὸς πολύς, permixtio multa.
εὐρίπιστα, instabilia, mobilia.
15 νεωτερισμοῦ, innouationis, rerum nouarum.

CICERO ATTICO S. 6

PRid. Id. Fundis accepi tuas litteras cenans. primum igitur melius esse: deinde meliora te nuntia-
20 *re. odiosa illa enim fuerant, legiones venire. Nam de Octauio, susque deque. exspecto quid de Mario: quē quidem ego sublatum rebar à Cæsare. Antonii colloquium cum Heroibus nostris, pro re nata non incommodum. sed tamē adhuc me nihil delectat, præter idus*
25 *Mart. Nam quoniam Fundis sum cū Ligure nostro: discrucior, Sextulii fundum à verberone Curtilio possideri: quod cùm dico, de toto genere dico. Quid enim miserius, quàm ea nos tueri, propter quæ illum oderamus? Etiamne* coss. *& tribunos pleb. in biennium,*
30 *quos ille voluit? nullo modo reperio, quemadmodum possim* πολιτεύεσθαι. *nihil enim tam* σόλοικον, *quàm*

τυραννοκτόνοις in cælo esse, tyranni facta defendi. sed vides coss. vides reliquos magistratus, si isti magistratus: vides languorem bonorum. exsultant lætitia in municipiis. dici enim non potest,[a]quantopere gaudeant, vt ad me concurrant, vt audire cupiant verba mea de re. nec vlla interea decreta. Sic enim πε πολιτεύμεθα, vt victos metueremus. Hæc ad te scripsi, apposita secunda mensa. Plura, & πολιτικώτερα postea: & tu, quid agas, quidque agatur.

a v. c. quantopere g.

5

10

Verba Græca, Latinis expressa.

πολιτεύεσθαι, versari in rep.
σόλοικον, absurdum.
τυραννοκτόνοις, tyrannicidas.
πεπολιτεύμεθα, remp. gessimus.
πολιτικώτερα, ciuiliora.

15

CICERO ATTICO S. 7

POstridie Id. Paullũ[a] Caietæ vidi. is mihi de Mario, & de rep. alia quædam sanè pessima: à te scilicet nihil. nemo enim meorum. Sed Brutum nostrum audio visum sub Lanuuio. vbi tandem est futurus? nam cum reliqua, tum de hoc scire aueo omnia. [b]Ego è Formiano exiens XVII. Kal. vt inde altero die in Puteolanum, scripsi hæc. A Cicerone mihi [1] litteræ sanè [c]πεπινωμέναι & benè longè. Cetera autem vel fingi possunt: πίνος litterarum significat doctiorem. Nunc magnopere à te peto, de quo sum nuper tecum locutus, vt videas, nequid ei desit. Id cum ad officium nostrum pertinet, tum ad extimationem, & dignitatem: quod idem intellexi tibi

a v. c. in Caietano

b al. Nunc ego è F.

c L. πεπινωμέναι,

20

25

30

bi[a] videri[1] omnino. Si ergo est uolo mēse Quinctili in Graeciam. sunt omnia faciliora: sed, cùm sint ea tempora, ut certi nihil esse possit, quid honestum mihi sit, quid liceat, quid expediat: quæso, da operam, ut illum quàm honestissimè, copiosissimeq. tueamur. Hæc & cetera, quæ ad nos pertinebunt, ut soles, cogitabis: ad meque aut quod ad rem pertineat: aut, si nihil erit, quod in buccam uenerit, scribes.

ANNOTATIONES.

1 litteræ sanè πεπινωμένας) sic legendum, & ita scriptum est in codicib. Mem. & Turnes. quam scripturam & Corradus notat.
2 Omnino legatus uolo mense Quinctili in Græciam. sunt omnia faciliora) hunc locum paucis uocibus emendatis, & sententia Ciceronis diligenter considerata, non sine adiumento librorum manuscriptorum restitui, ac perpurgaui. Ciceronem autem obtinuisse ab Antonio & Dolabella legationem liberam in Græciam, ex sequentib. huius libri, & decimiquinti, Epistolis, intelligere licet. uetus scriptura porrò hæc est. omnino si ego'st uolo, &c. Quis non uidet hoc, si ego' st, esse corruptum, & ex eo facilè restitui posse, legatus?

Verba, Græca Latinis expressa.

πεπινωμένας, eleganter scriptæ.
πῖνος, sordes.

CICERO ATTICO S. 8

TVm me iam rebare, cùm scribebas, in [a] agris esse nostris at ego accepi XVII. kal. in [b] diuersorio lo Sinuessano tuas litteras. De Mario probè: etsi doleo, L. Crassi nepotem. optimè, tam etiam Bruto nostro probari Antonium. Nam quòd[c] Cluuiam scribis moderatè, & amicè scriptas litteras attulisse, mihi Paullus dedit ad se à fratre missas: quib. in extremis erat, sibi insidias fieri, se id certis auctorib. comperisse. hoc nec mihi placebat, & multo illi minùs. Reginæ fuga mihi nō molesta, sed Clodia quid egerit, scribas

a v. c. uideri. Oīno ł ego' st, uolo mense Quinctili in Græciā. sunt oīa faciliora. Sed cùm sint ea tpa, ut certè nihil esse possit: qd honestū mihi sit &c. L. uideri. Oīno legatus uolo mē se Quinctili Græciā. sūt oīa faciliora. sed, cùm sint ea tpa, ut certi nihil esse possit: qd honestū mihi sit, qd liceat, qd expediat, q̄so, &c. al. uideri. Oīno ego uolo mēse Quīctili in Græciam, si sint oīa faciliora. sed, cùm sīt ea tpa, ut certi nihil esse possit, qd honestū mihi sit, qd liceat, qd ñ liceat, qd expediat: q̄so. da opā, &c,
a v. c. actis
b q v.c. deuersoriolo
c L. Iuniam

ad me velim. De Byzantiis, curabis, ut cetera: & Pelopem ad te[a] arcesse. Ego, ut postulas, Baiana negotia, chorumque illum, de quo scire uis, cùm perspexero, tũ scribam, ne quid ignores. Quid Galli, quid Hispani, quid Sextus agat, vehementer exspecto. Ea scilicet, tu declarabis, qui cetera. Nauseolam tibi tum causam otii dedisse facilè patiebar: uidebar enim mihi legenti tuas litteras requiesse paullisper. De Bruto semper ad me omnia perscribito, ubi sit, quid cogitet: quem quidem ego spero iam tutò uel solum tota vrbe uagari posse. Verumtamen de rep.

a v c & L. arcesses.

CICERO ATTICO S. 9

MVlta cognoui ex tuis litteris: quas quidem[a] multiiugeis accepi uno tempore à Vestorii liberto. Ad ea autem, quæ requiris, breui respondebo. Primùm uehementer me Cluuiana delectant. Sed, quod quæris, quid arcessierim Chrysippum: tabernę mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt. itaque non solùm inquilini, sed mures etiam migrauerunt. Hanc ceteri calamitatem uocant: ego ne incommodum quidem, O Socrates, & Socratici uiri numquam vobis gratiam referam. Dii immortales, quàm mihi ista pro nihilo! sed tamẽ ea ratio ædificãdi initur, consiliario quidem & auctore Vestorio, ut hoc damnum, quæstuosum sit. Hic turba magna est, eritq. vt audio, maior. Duo quidem quasi desig. COSS. O Dii boni, viuit tyrãnis: tyrannus occidit? eius interfecti morte lætamur, cuius facta defendimus? itaque quàm seuerè nos[b] M. Curtius accusat? vt pudeat uiuere: neq. iniuria, nã mori millies pręstitit, quàm hæc patu:

a v. c. multiiuges

b L. & v. c. M. Curius

ti: quę mihi uidentur habitura etiam uetustatem. & Balbus hic est, multumque mecum: ad quem à Vetere litteræ datæ pr. kal. Ian. cùm à se Cæcilius[a] circumsideretur, & iam teneretur: uenisse cum maximis copiis Pacorum Parthum: ita sibi esse eum ereptum, multis suis amissis. in qua re accusat Volcatium. ita mihi videtur bellum illud instare. sed Dolabella, & Nicias uiderint. Idem Balbus meliora de Gallia. XXI. die litteras habebat: Germanos, illasque nationes, re audita, de Cęsare, legatos misisse ad Aurelium, qui est præpositus ab Hirtio, se, quod imperatum esset, esse facturos. Quid quæris? omnia plena pacis, aliter, ac mihi Caluena dixerat.

a v.c. circũsederetur,

CICERO ATTICO S. 10

ITane uerò? hoc meus, & tuus Brutus egit, vt Lanuuii esset? vt Trebonius itineribus deuiis proficisceretur in prouinciam? vt omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata Cęsaris plus valerent, quàm si ipse uiueret? Meministine[a] clamare illo ipso primo Capitolium à prætoribus uocari? Dii immortales, quæ tum opera effici potuerunt, lætantibus omnibus bonis, etiam sat bonis, fractis latronibus? Liberalia tu accusas. Quid fieri tum potuit? Iampridem perieramus. Meministine te clamare, causam periisse, si funere elatus esset? At ille etiam in foro combustus, laudatusque miserabiliter: seruique, & egentes in tecta nostra cum[b] fascibus immissi. Quæ deinde? vt audeant dicere, TV'NE' CONTRA CAESARIS NVTVM? Hæc, & alia ferre non possum. itaque γῆν πρὸς γῆς cogito. Tua tamen ὑπηνέμιος nausea, iamne planè abiit?

a L. me clamare

b L. facib.

mihi quidem ex tuis litteris coniectanti ita videbatur. Redeo[a] *ad te: Bassos, Scæuas, Francones. hos tu existimas confidere se illa habituros, stantib. nobis, in quibus plus uirtutis putarunt, quàm experti sunt: pacis isti scilicet amatores, & non latrocinii auctores? At ego cùm tibi de Curtilio scripsi, Sexstulianoque fundo, scripsi de Censorino, de Messalla, de Plãco, de Postumio, de genere toto. melius fuit periisse illo interfecto, quod numquam accidisset, quàm hęc uidere. Octauius Neapolim venit* XIIII. *kalendas. ibi eum Balbus manè postridie, eodemq. die mecum in Cumano, illum hereditatem aditurum. Sed, ut scribis*[b] ῥηξόθεμιν *magnam cum Antonio, Bruthrotia mihi tua res, est, vt debet, eritque curæ.* [c] *Quid quæris? Iamne ad centena Cluuianum aduentare videtur? Sed primo anno,* LXXX. *detersimus. Qu. pater ad me grauia de filio: maximè quòd matri nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus. ardenteis in eum litteras ad me misit. ille autem quid agat, si scis, neque dum Romæ es profectus, scribas ad me uelim: & hercule, si quid aliud, uehementer delector tuis litteris. Vale.*

a v. c. & L. ad Tebassos, Scæuas, Frangones.

b v. c. ῥιζόθεμιν

c L. Quòd quæris, iamne ad centena Cluuianũ: aduentare uidetur.

Verba Græca, Latinis expressa.

γλῶν πρὸ γῆς, solum vertere, in exsilium proficisci.
ὑπηνέμιος, subuentanea.

CICERO ATTICO S. II

N*Vdiustertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea, quæ proximè. velim*[a] *mehercule Asturæ Brutus.* ἀκολασίαν *istorum scribis. an censebas aliter? Equidem etiam maiora exspecto. cùm equidem contio-*

a v. c. & L. mehercule

contionem lego, DE TANTO VIRO, DE CLARISSIMO [a] CIVE *: ferre non queo. etsi iam ad risum: sed memento: sic alitur consuetudo perditarum contionum, vt nostri illi non Heroes, sed dii, futuri quidem in gloria sempiterna sint,* [b] *sed non sine periculo quidem. Verùm illis magna consolatio, conscientia maximi, & clarissimi facti: nobis quę? qui interfecto rege liberi non sumus? Sed hæc fortuna uiderit, quoniam ratio non gubernat. De Cicerone quæ scribis, iucunda mihi sunt: uelim sint prospera. Quòd uerò curę tibi est, ut ei suppeditetur ad usum, & cultum copiosè: per mihi gratum est: idque ut facias, te etiam rogo. De Buthrotiis, & tu rectè cogitas, & ego non dimitto istam curam. suscipiam omnem etiam actionem: quam uideo quotidie faciliorem. De Cluuiano, quoniam in re mea meipsum diligentia uincis, res ad centena perducitur. Ruina rem non fecit deteriorem: haud scio* [c] *an iam fructuosiorem. Hic mecum Balbus, Hirtius, Pansa: modò uenit Octauius, & quidem in proximam uillam Philippi, mihi totus deditus. Lentulus Spinther hodie apud me cras manè vadit. Vale.*

a L. CIVI.

b v.c. & L. sed non sine inuidia, ne sine periculo quidem.

c al. an etiã fr.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀκολασίαν, intemperantiam.

CICERO ATTICO S. 12

O *Mi Attice, vereor, ne nobis idus Martię nihil dederint, præter lætitiam,* [a] *& odii pœnam, ac doloris. Quæ mihi* [b] *istinc afferuntur? Quid hic uideo?* ὢ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ. *scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam, honestam iudi-*

a v.c. plenam,

b L. & v.c. istim.

iudicem. multa illis Cæsar, neque me inuito. etsi Latinitas erat non ferenda. veruntamen. ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem, à dictatore comitiis latam, qua Siculi, ciues Romani: cuius rei uiuo illo mentio nulla. Quid? Deiotari nostri causa non similis? Dignus ille quidem omni regno: sed non per Fuluiam. Sexcenta similia. [2] *Verùm illuc refero. tam claram, tamque testatam rem, tamque iustam, Buthrotiam, non tenebimus aliqua ex parte? & eo quidem magis, quo ista plura. Nobiscum hic perhonorificè, & amicè Octauius: quem quidem sui Cæsarem salutabant, Philippus non: itaque ne nos quidem. quem nego posse bonum ciuem. ita multi circumstant, qui quidem nostris mortem minitantur.* [a] *negat hæc ferri posse. Quid censes, cùm Romam puer venerit, vbi nostri liberatores tuti esse non possunt? Qui quidem semper erunt clari, conscientia verò facti sui etiã beati: sed nos (nisi me fallit) iacebimus. Itaque exire aueo, ubi nec Pelopidarum, inquit. Haud amo uel hos designatos, qui etiam declamare me coegerunt, vt ne apud aquas quidem acquiescere liceret, sed hoc meę nimiæ facilitatis. Nam id erat quondam quasi necesse: nunc, quoquo modo se res habet,* [b] *non est item, quã dudum. Nihil habeo, quod ad te scribam: scribo tamen,* [c] *non ut delectem his litteris, sed vt eliciam tuas. Tu, si quid erit, de ceteris. de Bruto utique, quidquid erit. Hęc conscripsi X. kal. accubans apud Vestorium, hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.*

a v. c. negant hæc fieri posse. L. negant hę ferri posse.

b fort non est tã, quàm d.

c sic v. c. fort. non ut te delectẽ his litt. fort. non ut te delectem litt.

ANNOTATIONES.

1 & odij pœnam, & doloris.) Sic habet codex Turnefianus, optima sententia significat enim punitionem, & ultionem odij in Cæsarem, ac doloris ex tyrannide. Quòd autem Victorius uult legi, plenam, toto cælo errat.

5 2 Verùm illuc refero) legendum fortasse est, uerùm me illuc refero. uel subintellige, hæc, quæ dixi. quod malo.

Verba Græca, Latinis expressa.

ὦ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δὲ, o factum pulchrum, sed imperfectum.

10

CICERO ATTICO S. 13

Septimo denique die litteræ mihi redditæ sunt, quæ erant à te XIII. kal. datæ: quibus quæris, atque etiam meipsum nescire arbitraris, vtrùm magis tumulis, prospectuque, an ambulatione ἁλιτενεῖ delecter. Est mehercule, vt dicis, vtriusque loci tanta amænitas, vt dubitem vtra anteponenda sit:

15

Ἀλλ' οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν,
Ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα, διοτρεφὲς, εἰσορόωντες
20 Δείδιμεν· ἐν δοιῇ δὲ σαώσεμεν, ἢ ἀπολέσθαι.

Quamuis enim tu magna, & mihi iucunde scripseris de D. Bruti aduentu ad suas legiones, in quo spem maximam video: tamen, si est bellum ciuile futurum (quod certè erit, si Sextus in armis permanebit, quem permansurum esse [a] certò scio) quid nobis [b] faciendum est, ignoro. neque huc, neque illuc. quemcumq. enim hæc pars perditorum lætatum morte Cæsaris putabit (lætitiam autem apertissimè tulimus omnes) hunc in hostium numero habebit: quæ res ad cædem maximam spectat. Restat, vt in castra Sexti, aut, si fortè, Bruti nos conferamus. Res odiosa, & aliena

25

30

a v.c. certè
b L. faciendum sit.

nostris

nostris ætatibus, & incerto exitu belli. & nescio quo pacto tibi ego possim, mihi tu dicere,

Τέκνον ἐμὸν, οὔ τοι δέδοται πολεμήια ἔργα,
Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο.

Sed hæc fors viderit, ea, quę talibus in rebus plus quàm ratio potest. Nos autem id videamus, quod in nobis ipsis esse debet, vt, quidquid acciderit, fortiter & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminerimus: nosq. cùm multum litteræ, tum non minimùm idus quoque Martię consolentur. Suscipe nunc meam deliberationem, qua sollicitor: ita multa veniunt in mentem in vtramque partem. [a] Proficiscor, vt constitueram, legatus in Græciam. cędis impendentis periculum nonnihil uitare videor: sed casurus in aliquam uituperationem, quòd reip. defuerim tam graui tempore. sin autem [1] [b] mansero: equidem video in discrimine. sed accidere posse suspicor, vt prodesse possim reip. Iā illa consilia, priuata sunt, quòd sentio ualde esse vtile ad confirmationem Ciceronis, me illuc venire: nec alia causa profectionis mihi ulla fuit tum, cùm consilium cepi, legari ab Cæsare. Tota igitur hac de re, vt soles, si quid ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo nunc ad epistolā tuam. Scribis enim, esse rumores, me, ad lacum quod habeo, venditurum: minusculam verò uillam utiq. Quincto traditurum uel impenso pretio, quò introducatur. ut tibi Qu. Fr. dixerit, dotata Aquillia. Ego uerò de venditione nihil cogito, nisi quid, quod magis me delectet, inuenero. Quinctus autem de emendo nihil curat hoc tempore. satis enim torquetur debitione dotis: in qua [c] mirificas Q. Egnatio gratias agit. Aducenda autem

a fort. Si proficiscor, ut const. leg. in Græciam: cædis &c.

b v. c & L. mansero: fore me quidem uideo in discr.

c L. mirificas Egnatio gr. al. mirificas L. Egnatio

autem vxore ſic abhorret, vt quidquam libero lectu-lo neget eſſe iucundius. Sed hæc quoq. hactenus. redeo .n. ad miſeram, ſeu nullam potius remp. M. Antonius ad me ſcripſit de reſtitutione Sex. Clodii: quàm hono-
5 *rificè, quod ad me attinet, ex ipſius litteris cognoſces (miſi.n. tibi exemplum) quàm diſſolutè, quàm turpi-ter, quamq. ita perniciosè, vt nonnumquam Cæſar de-ſiderandus eſſe videatur, facilè exiſtimabis. Quæ.n. Cæſar numquam neq. feciſſet, neq. paſſus eſſet, ea nũc*
10 *ex falſis eius commentariis proferuntur. Ego autem Antonio facillimum me præbui. etenim ille quo-niam ſemel induxit animum, ſibi licere quod vellet, feciſſet nihilominus, me inuito. Itaque mearum quo-que litterarum miſi tibi exemplum.*

15 ANNOTATIONES.

1 manſero: fore me quidem video in diſcrimine) ſic legendum, vt edendum curaui, fore me quidem video &c ſic enim habet co dex Turneſ. & item nonnulli alij. Olim autem, alios codices ſe-cutus, ſic edideram, fore rem quidem video, in diſcrimine, multo quidem melius, quàm legitur in vulgatis, qui poſt, mãſero, neque rem fore, neque me fore, habent, ſed minus bene, quàm nunc edi-
20 dimus. me fore quidem. quam tamẽ olim commemorauerámus, & comprobaueramus.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

ἀλιτευεῖ, humili.

Ἀλλ᾽ οὐ δαι̃τὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν, ſed non conui-uii iucundi opera curæ ſunt.

25 Ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα διοτρεφὲς εἰσορόωντες, ſed ualde magnum damnum à Ioue immiſſum intuentes.

Δείδιμεν. ἐν δοιῇ δὲ σαώσεμεν. ἢ ἀπολέσθαι, metuimus, in dubio ſumus conſeruari poſſimus, an interire.

Τέκνον ἐμὸν, οὔτι δέδοται πολεμήια ἔργα, non tibi, filia mea, data ſunt opera bellica.

30 Ἀλλὰ σύγ᾽ ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο, ſed tu ſua-uia aggredere munera eloquentiæ.

ANTO-

ANTONIVS COS. S. D. M. CICERONI. 13

Occupationibus est factum meis, & subita tua profectione, ne tecum coràm de hac re agerem. quam ob causam uereor, ne absentia mea leuior sit apud te. quòd si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo. A Cæsare petiit, vt Sex. Clodium restitueret. impetraui. Erat mihi in animo etiam tum sic vti beneficio eius, si tu concessisses. quo magis laboro, vt tua voluntate id per me facere nunc liceat. Quòd si duriorem te eius miseræ, & afflictę fortunæ præbes: non contendam ego aduersus te. quamquam videor debere tueri commentariū Cæsaris. Sed mehercule, si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilè profectò te præbebis: & voles, P. Clodium[a] in optima spe puerum repositum, existimare, non te insectatum esse, cùm potueris, amico paternos. Patere, obsecro te, pro rep. videri gessisse simultatem cum patre eius. non contemseris hanc familiam. honestius enim, & libētius deponimus inimicitias reip. nomine susceptas, quam contumaciæ. Me deinde sine ad hanc opinionē iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. quāquam tuam fortunam, Cicero, ab omni periculo abesse certum habeo: tamen arbitror malle te quietam senectutem, & honorificam potius agere, quàm sollicitam. Postremò, meo iure te hoc beneficium rogo. nihil enim non tua causa feci. Quod si non impetro, per me Clodio daturus non sum: vt intelligas, quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabiliorem præbeas. Vale.

[a] v. c. & L. optima in spe puerum r.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 quam ob cauſam vereor,ne abſentia mea leuior ſit,) ſic habent omnes libri veteres, quos vidi, &, vt opinor, quos non vidi. Err. Stephanus tamen arbitratur legendum , non vereor ne abſ. quia ſcilicet negotijs & occupationibus impeditus ſit , ne coram
5 agere cum Cicerone poſſet, & ita excuſandus. ſed ego reſponderim, Antonium vereri, ne ſua abſentia minùs auctoritatis habeat apud Ciceronem,quia cum Cicerone coram non agat,ſed per litteras ſequitur enim, quam ob cauſam, vereor,&c. id eſt, quia tecum coram non ago. Quare nihil mutandum.

CICERO ANTONIO COS. S. D. 14

10 *QVod mecum per litteras agis, vnam ob cauſam mallem coram egiſſes. Non enim ſolum ex oratione,ſed etiam ex vultu,et oculis,& fronte (vt aiunt)meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. Nam cum te ſemper amaui, primum tuo ſtudio, poſt*
15 *etiã beneficio prouocatus, tum his temporibus reſp. te mihi ita commendauit, vt cariorem habeã neminem. Litteræ verò tuę* [a] *tum amantiſſimè, tum honorificentiſſimè ſcriptæ , ſic me affecerunt , vt non dare tibi beneficium viderer, ſed accipere à te ita petente, vt*
20 *inimicum meum , neceſſarium tuum , me inuito ſeruare nolles , cùm id nullo negotio facere poſſes. Ego uerò tibi iſthuc, mi Antoni, remitto: atque ita, vt me à te, cum his uerbis ſcripſeris, liberaliſſimè,atque honorificentiſſimè tractatum exiſtimem. Idque cum*
25 *totum, quoquo modo ſe res haberet, tibi dandum putarem,tum do etiam humanitati, & naturę meæ. nihil enim vmquam nõ modò acerbum in me fuit,ſed ne paullo quidem triſtius, aut ſeuerius, quàm neceſſitas reip. poſtulauit. Accedit,vt ne in ipſum quidem Clo-*
30 *dium, meum inſigne odium fuerit vmquam:ſemperq. ita ſtatui,nõ eſſe inſectandos inimicorũ amicos, preſertim*

[a] L. cum amant.

tim

tùm humiliores, nec his præsidiis nosmet esse spoliandos. Nã de puero Clodio tuas [a] *parteis esse arbitror, vt eius animum tenerum (quemadmodum scribis) his opinionibus imbuas, vt ne inimicitias residere in familiis nostris arbitretur. Contendi cum P. Clodio, cum ego publicam causam, ille suam defenderet: nostras* [b] *concertationes resp. diiudicauit. si viueret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. Quare, quoniam hoc à me sic petis, vt, quæ tua potestas est, ea neges, te, me inuito, vsurum: puero quoque hoc à me dabis, si tibi videbitur: non quo aut ætas nostra ab illius ætate quidquam debeat periculi suspicari, aut dignitas mea vllam contentionem extimescat: sed vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quàm adhuc fuimus. interpellantibus enim his inimicitiis, animus tuus* [c] *mihi magis patuit, quàm domus: sed hæc actenus. Illud extremum. Ego, quę te velle, quęque ad te pertinere arbitrabor, semper sine vlla dubitatione, summo studio, faciam. hoc velim tibi penitus persuadeas.*

a v.c. partis
b al. contẽtiones
c fort. magis mihi pat.

CICERO ATTICO S. 15

ITera dum eadẽ ista mihi. Coronatus Quinctus noster [a] *Parilibus? Parilibus?* [b] *solusne? etsi addis Lamiam. quod demiror equidem. Sed scire cupio, qui fuerint alii: quamquam satis scio, nisi improbum neminem.* [c] *Explanabis igitur hoc diligentius. Ego autem casu cùm dedissem ad te litteras* VI. *Kal. satis multis verbis, tribus ferè horis post accepi tuas, & magni quidem ponderis. Itaque ioca tua, plena facetiarum de hæresi* [d] *Vestoriana, & Pherionum more Puteo-*

a v.c. Parilibus solusne?
b al. solusne? solus. etsi add.
c al. explorabis
d v. c. Vestorina, & de Ph.

Puteolano risisse me satis, nihil est necesse scribere. πολιτικώτερα illa videamus. Ita Brutos, Cassiumq. defendis, quasi eos ego reprehendam: quos satis laudare non possum. Rerum ego uitia collegi, non hominũ.
5 Sublato enim tyranno, tyrannida manere video. Nam quę ille facturus non fuit, ea fiunt, ut de Clodio: de quo mihi exploratum est, illum non modò non facturum, sed etiam ne passurum quidem fuisse. Sequetur [a] Rufio Vestorianus, [b] uictor, nunquam
10 scriptus: ceteri. quis non? cui seruire ipsi non potuimus, eius libellis paremus. Nam Liberalibus quis potuit in senatum non uenire? Fac id potuisse aliquo modo: num etiam cùm uenissemus, liberè potuimus sententiam dicere? nonne omni ratione ueterani, qui
15 armati aderant, cùm præsidii nos nihil haberemus, defendendi fuerunt? Illam sessionem Capitolinam mihi non placuisse tu testis es. Quid ergo? ista culpa Brutorum? Minimè illorum quidem, sed aliorum Brutorum, qui se cautos ac [c] sapienteis putant: quibus
20 satis fuit lætari, nonnullis etiam gratulari, nullis permanere. Sed præterita omittamus: istos omni cura, pręsidioq. tueamur, & , quemadmodum tu præcipis, contenti idib. Martiis simus. Quæ quidem nostris amicis, diuinis viris, aditum ad cælum dederunt, libertatem
25 populo R. non dederunt. Recordare tua. nonne me ministi clamare te, omnia periisse, si ille funere elatus esset? Sapienter id quidem. itaque ex eo quæ manarint, uides. Quæ scribis kal. Iuniis Antoniũ de prouinciis relaturum, ut & ipse Gallias habeat, & utrisque
30 dies prorogetur: licebitne decerni liberè? si licuerit: libertatem esse recuperatam lætabor. si non li-

[a] v.c. Rufo
[b] L. Victor numq. scr.
[c] v.c. sapientis

cuerit: quid mihi attulerit ista domini mutatio, præter lætitiam, quam oculis cepi iusto interitu tyranni? Rapinas scribis ad Opis fieri: quas nos quoque tum uidebamus. [a] Ne nos & liberati ab egregiis viris, nec liberi sumus. ita laus illorum est, culpa nostra. Et hortaris me, vt historias scribā, vt colligam tanta eorum scelera, à quibus etiam nunc obsidemur. Poterone eos ipsos non laudare, qui te obsignatorem adhibuerunt? Nec mehercule me raudusculum mouet: sed homines [b] beneuolos, qualescumque sunt, graue est insequi contumelia. Sed de omnibus meis consiliis, ut scribis, existimo exploratiùs nos ad Kal. Iun. statuere posse: ad quas adero, & omni ope, atque opera enitar, adiuuante me scilicet auctoritate tua, & gratia, & summa æquitate causæ, ut de Buthrotiis, S. C. quale scribis, fiat. Quod me cogitare iubes, cogitabo equidem: etsi tibi dederam superiore epistola cogitandum. Tu autem, quasi iā recuperata rep. uicinis tuis Massiliensibus sua reddis. Hæc armis (quę quàm firma habeamus, ignoro) restitui fortasse possunt, auctoritate non possunt.

a v.c. Ne nos lib.

b v.c. beniuolos,

Verba Græca, Latinis expressa.

πολιτικώτερα, ciuiliora.

CICERO ATTICO S. 16

Epistola breuis, quæ postea à te scripta est, sanè mihi fuit iucunda, de Bruti ad Antonium, & de eiusdem ad te litteris. posse videntur esse meliora, quàm adhuc [a] fuerint: sed nobis, ubi simus, & quò iam nunc nos conferamus, prouidendum est. O mirificum Dolabellam meum! iam enim dico meum: antea (crede mihi) subdubitabam. Magnā ἀναθεώρησιν res habet,

a v.c. & L. fuerunt:

habet, de saxo in crucem: columnam tollere: locum illum sternendum locare. Quid quæris? heroica. Sustulisse mihi uidetur simulationem desiderii, adhuc quę serpebat in dies: & inueterata, verebar, ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. Nunc prorsus aßentior tuis litteris, speroque meliora: quamquam istos ferre non possim, qui dum se pacem velle simulant, acta nefaria defendunt. sed non possunt omnia simul. Incipit res meliùs ire, quàm putaram. nec verò discedam, nisi cùm tu id me honestè putabis facere posse. Bruto certè meo nullo loco deero: idque, etiamsi mihi cùm illo nihil fuisset, facerem, propter eius singularem, incredibilemque virtutem. Piliæ nostræ uillam totam, quæque in uilla sunt, trado, in Pompeianum ipse proficiscens kalendis Maiis. Quàm uelim Bruto persuadeas, ut Asturæ sit? Vale.

CICERO ATTICO S. 17

Quincto Non. conscendens ab hortis Cluuianis in phaselum [a] episcopum, has dedi litteras, cùm Piliæ nostræ villam ad Lucrinum, villicosque procuratores tradidissem. Ipse autem eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam: perpaucis dieb. in Pompeianum: pòst in hæc Puteolana, & Cumana regna [b] renauigare. O loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine pæne fugienda. Sed, ad rem ut ueniam, O Dolabellæ nostri magnam ἀριστείαν. quanta est ἀναθεώρησις? equidem laudare eum, & hortari non desisto. Rectè tu omnibus epistolis significas, quid de re, quid de uiro sentias. Mihi quidem uidetur Brutus noster iam uel coronam

[a] v c. & L. epicopum,

[b] sic v.c. fort. renauigaturus.

aureamper forum ferre posse. Quis enim audeat uiolare, proposita cruce, [a] *vel saxo? presertim tantis plausibus, tanta approbatione infimorum. Nunc, mi Attice, me fac vt expedias. cupio (cùm Bruto nostro affatim satisfecerim) excurrere in Greciam.* 5
Magni interest Ciceronis, vel mea potiùs, vel mehercule utriusque, me interuenire discenti. Nam epistola Leonidæ, quam ad me misisti, quid habet, quæso, in quo magnopere letemur? Numquam ille mihi satis laudari videbitur, cùm ita laudabitur, QVOMODO NVNC EST. *non est fidentis hoc testimonium: sed potiùs timentis. Herodi autem mandaram, ut mihi* κατὰ μίτον *scriberet: à quo adhuc nulla littera est. Vereor, ne nihil habuerit, quod mihi, cùm cognossem, iucundum putaret fore. Quod ad Xenonem scripsisti, valde mihi gratum est. Nihil enim deesse Ciceroni, cùm ad officium, tum ad existimationem meam pertinet. Flammam Flaminium audio Romæ esse. ad eum scripsi, me tibi mandaße per litteras, ut de Montani negotio cum eo loquerere: & velim cures epistolam, quam ad eum misi, reddendam, & ipse (quod commodo tuo fiat) cum eo colloquare. Puto, si quid in homine pudoris est, præstaturum eum, ne pro se quodammodo dependatur. De Attica, pergratum mihi fecisti, quòd* [b] *curasti antè scirem recté esse, quàm non bellè fuisse.* 25

a v.c. aut

b v.c. & L. curasti, ut antè scirem

Verba Græca, Latinis expreßa.

ἀριστείαν, prædarum facinus.
ἀναθεώρησις, animaduerſio. 30
κατὰ μίτον, per filum, minutatim.

CICE-

CICERO ATTICO S. 18

IN Pompeianum ueni[a] v. nonas Maias, cum prid. (vt antea ad te) Piliam in Cumano collocauissem. Ibi mihi cenanti litteræ tuæ sunt redditæ, quas de-
5 deras Demetrio liberto prid. kalend. in quib. multa sapienter: sed tamen talia (quemadmodum tute scribebas) vt omne consilium in fortuna positum videretur. Itaque his de rebus ex tempore, & coram. De Buthrotio negotio vtinam quidem Antonium con-
10 ueniam. multum profectò proficiam. sed non arbitrantur eum à Capua declinaturum: quò quidem, metuo, ne magno reip. malo venerit: quod idem L. Caesari videbatur, quem prid. Neapoli affectum grauiter videram. Quamobrem ista nobis ad Kal. Iun. tractan-
15 da, & perficienda sunt. Sed Hactenus. Q. filius ad patrem acerbissimas litteras misit: quę sunt ei redditæ, cum venissemus in Pompeianum: quantum tamē erat caput, Aquilliā nouercam non esse laturum. Sed hoc tolerabile fortasse: illud verò? se ab Cæsare habuisse
20 omnia, nihil à patre, reliqua sperare ab Antonio. O perditum hominem! sed μελήσει. Ad Brutum nostrum. ad Cassium, ad Dolabellam epistolas scripsi. earum exempla tibi misi, non vt deliberarem, reddendæ ne essent (planè enim iudico esse reddendas) sed quòd non
25 dubito, quin tu idem existimaturus sis. Ciceroni meo, mi Attice, suppeditabis quantum videtur, meque hoc tibi onus imponere patiere. Quæ adhuc fecisti, mihi sunt gratissima. Librum meum illum ἀνέκδοτον, nondum, vt volui, perpoliui. Ista verò, quæ tu
30 contexi vis, aliud quoddam separatum volumen exspectant. Ego autem (credas mihi velim) minore pe-

a sic v. c.

riculo existimo contra illas nefarias parteis, viuo tyranno, dici potuiße, quàm mortuo. Ille enim nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter: nunc, quacumque nos commouimus, ad Cæsaris non modò acta, verumetiam cogitata reuocamur. De Montano, quoniam Flamma venit, videbis: puto rem meliore loco eße debere. Vale. 5

Verba Græca, Latinis expreßa.

μελήσει, curæ erit. 10
ἀνέκδοτον, non editum.

CICERO DOLABELLAE COS. SVO S. 19

ETsi contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, satisq. ex ea magnam lætitiam, voluptatemq. capiebam: tamen non poßum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. Neminem conueni (conuenio autem [a] *quotidie plurimos: sunt enim per multi optimi viri, qui* [b] *valetudinis causa,* [c] *in hæc loca veniant: præterea ex muncipiis frequētes neceßarii mei) quin omnes, cùm te summis laudib. ad cælum extulerunt, mihi continuò maximas gratias agant. Negant enim se dubitare, quin tu meis preceptis, & consiliis obtemperans, præstantißimum te ciuem, & singularem* COS. *præbeas. quibus ego, quamquam verißimè* [d] *poßim respondere,* [e] *te, quæ facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusquam egere consilio: tamen neque planè aßentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis à meis consiliis profecta videatur: neque valde nego. Sum enim auidior, etiam quàm satis est gloriæ. Et tamen nō alienum est dignitate tua, quod ipsi* 15 20 25 30

a v. c. cotidie
b v. c. valitudinis
c v. c. in his locis conueniunt:
d v. c. & L. poßum resp.
e te, abest à q. v. c.

ipsi Agamemnoni, [a] *regnum regi, fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem: mihi verò gloriosum, te, iuuenem* COS. *florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæsar, cũ ad eum ęgrotum, Neapolim venissem, quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen antequàm me planè salutauit, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi cum tantum vales apud Dolabellam, quantũ si ego apud sororis filium valerem, tam salui esse possemus. Dolabellę verò tuo & gratulor, & gratias ago: quem quidem post te consulem, solum possum verè cõsulem dicere. Dein multa de facto, ac de re gesta. tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum vmquã, nihil reip. salutarius: atque hæc vna vox omnium est. A te autem peto, vt me hanc, quasi falsam hereditatem alienæ glorię, sinas cernere, meq́. aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiare. quãquam, mi Dolabella, (hęc enim iocatus sum) libentius* [b] *omneis meas, si modò sunt aliquæ męę, laudes* [1] *ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhausẽrim ex tuis. Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti, tum iis tuis factis sic incensus sum, vt nihil vmquam in amore fuerit ardentius. Nihil est enim (mihi crede) virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Sẽper amaui, [1] ut scis, M. Brutum, propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem, atque constantiam: tamen Idib. Martiis tantum accessit ad amorem, ut mirarer locam fuisse augendi in eo, quod mihi, iampridem cumulatum etiam videbatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam,*

a sic v. c. al. regi regum,

b v. c. omnis

bam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Quare quid est, quod ego te horter, vt dignitati, & gloriæ seruias? Proponam tibi claros viros, quod facere solent qui hortantur? Neminem habeo clariorem, quàm 5 *teipsum. te imitere oportet, tecum ipse certes.* [a] *nec licet quidem tibi iam, tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis vtendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seue-* 10 *ritas anmaduersionis, non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cùm bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuæ: sed contigit magnitudinem cum animi, tum etiam ingenii, atque consi-* 15 *lii. Legi enim contionem tuam. nihil illa sapientius. ita pedetentim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus, vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium* [b] *concessu daret. Liberasti igitur & vrbem periculo, & ciuitatem metu. Neque solum ad tem-* 20 *pus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes, in te positam esse remp. tibique non modò tuendos, sed etiam ornandos illos viros, à quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediem, ut spero. Tu* 25 *quoniam remp. nosq. conseruas, fac vt diligentissimè teipsum, mi Dolabella, custodias. Vale.*

a v. c. & L. ne licet qui.

b al. consensu d.

ANNOTATIONES.

1 ad te transfuderim) quidam libri veteres habēt, transtulerim. 30 Turnesianus, transferam.

CICE-

CICERO ATTICO S. 20

SAepius me iam agitas, quòd rem gestam Dolabellæ nimis in cælum videar efferre. Ego autem quãquam sanè probo factum, tamen vt [a] tantopere laudarem, adductus sum tuis, & vnis, & alteris litteris. Sed totum à te abalienauit Dolabella, ea de causa, qua me quoque sibi inimicissimum reddidit. [b] O hominem prudentem! kalendis Ian. debuit, adhuc non soluit: præsertim cùm se maximo ære alieno Faberii manu liberauit, & opem ab eo petierit. Licet enim iocari, ne me valde conturbatum putes. Atque ego ad eum VIII. idus litteras dederam benè manè: eodem autẽ die tuas litteras vesperi acceperam in Pompeiano, sanè celeriter, tertio abs te die. Sed, vt ad te eo ipso die scripseram, satis aculeatas ad Dolabellam litteras dedi: quæ si nihil profecerint, puto fore, vt me præsentem non sustineat. Albianum te confecisse arbitror. De [c] Petulciano nomine, quòd mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium. Sed ego Erotem ad ista exspedienda factum mihi videbar reliquisse, cuius non sine magna culpa, vacillarunt, sed cum ipso videro. De Montano, vt sæpe ad te scripsi, erit tibi tota res curæ. Seruius proficiscens quòd desperanter tecum locutus est, minimè miror: neque ei quidquam in desperatione concedo. Brutus noster, singularis vir, si in senatum non est Kal. Iuniis venturus, quid facturus sit in foro, nescio. Sed hoc ipse melius. Ego ex his, quę parari video, non multum idib. Martiis. profectum iudico. Itaque de Gręcia quotidie magis & magis cogito. nec .n. Bruto meo, [d] exsilium, vt scribis ipse, meditanti, video quid prodes-

a v. c. tanto opere

b v. c. & L. O hominem impudentem!

c v.c. Patulciano

d al. exsulium,

prodeſſe poſſim. Leonidæ me litteræ non ſatis delectarunt. De Herode tibi aſſentior. [a] *Sauferium legiſſe vellem. ego ex Pompeiano* VI. *idus Maii cogitabam.*

a v. c. Saufeij leg.

ANNOTATIONES.

1 quòd mihi ſuppeditatus es,) codex Turneſ. habet, quod mihi ſuſpendiatus eſt, planè mendoſè, fateor: ſed hæc tant a, & tam abſurda diſſimilitudo ſuſpicionem mihi inijcit, hunc locum non eſſe integrum. Quid ſi quis dicat, legendum fortaſſis eſſe, quòd mihi abs te expeditum eſt? quid ſi, quòd mihi ſuppeditatum eſt? 5

CICERO ATTICO S. 21

Nonis Maiis cùm eſſem in Pompeiano, accepi binas à te litteras: alteras ſexto die, alteras quarto. ad ſuperiores igitur prius. Quàm mihi iucundum opportunè tibi [a] *Barnacum litteras reddidiſſe. Tu verò cum Caſſio, vt cetera. quàm commodè autē, quòd idipſum, quod me mones, quatriduo antè ad eum ſcripſeram, exemplumq́. mearum litterarum ad te miſeram? Sed cùm* [b] *Dolabellæ* [c] *auaritia, (ſic enim tu ad me ſcripſeras) magna deſperatione affectus eſſem, ecce tibi & Bruti, & tuæ litteræ. ille exſilium meditari. Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus, in quem mallem equidem peruehi, florente Bruto noſtro, conſtitutaq́. rep. Sed nunc quidem, vt ſcribis, non vtrumuis.* [d] *aſſentires enim mihi, noſtram ętatem præſertim à caſtris ciuilib.* [e] *abhorrere. M. Antonius ad me tantum de Clodio reſcripſit, meam lenitatem, & clementiam, & ſibi eſſe gratam, & mihi voluptati magnę fore. Sed Panſa furere videtur de Clodio, itemq́. de Deiotaro, & loquitur ſeuerè, ſi velis credere. Illud tamen non bellè, vt mihi quidem videtur. quòd factum Dolabellæ vehementer improbat. De coronatis, cùm ſororis tuæ filius à patre*

10 15 20 25 30

a v. c. Barnæum al. Barnachum]

b v. c. & L. ex Dolab.

c v. c. aritia,

d L. aſſentiris enim mihi, noſtram ętatem à caſtris, præſertim ciuilib. abhorrere. M.

e fort. abhorrere debere. M. Ant.

à patre accusatus esset, rescripsit, se coronam habuisse honoris Cęsaris causa: posuisse luctus gratia. Postremò se libenter vituperationem subire, quòd amaret etiam mortuum Cęsarem. Ad Dolabellam, quemadmodum tibi dicis placere, scripsi diligenter. [a] *Ego etiam ad Siccam. tibi hoc oneris non impono: nolo te illum iratum habere. Seruii orationem cognosco: in qua plus timoris video, quàm consilii. Sed, quoniam perterriti omnes sumus, assentior Seruio. Publilius tecum tricatus est. huc. n. Cærellia missa ab istis est* [b] *legata ad me, cui facilè persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modò non lubere. Antoniũ si videro, accuratè agam de Buthroto. Venio ad recentiores litteras. quamquam de Seruio iam rescripsi, me facere magnã πρᾶξιν Dolabellæ. mihi mehercule ita videtur, non potuisse maior, tali re, taliq. tempore sed tamen quidquid ei tribuo, tribuo ex tuis litteris. Tibi verò assentior, maiorem πρᾶξιν eius fore,* [1] *si mihi, quod debuit, dissoluerit. Brutus uelim sit Asturæ. Quòd autem laudas me, quòd nihil antè de profectione constituam, quàm, ista quò euasura sint, videro: muto sententiam, neq. quidquam tamen antè, quàm te videro. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cællamq. tradidi: eamque cogitabam V. Id. videre. Tu Atticæ salutem dices, nos Piliam diligenter tuebimur.*

a fort. Ergo etiam

b L. allegata

ANNOTATIONES.

1 si mihi quod debuit, dissoluerit.) codex Turnesianus habet, si mihi quod debui, dissoluerit. planè mendosè, sed vnde coniicere possimus, ne vulgatam quidem lectionem esse sinceram. nam quod quis debuit, iam debere desijt. ego dissoluit at Dolabella nondum dissoluit: adhuc igitur debet. non autem debuit legendum igitur, debet, vt Malaspina iudicauit.

Verba

Verba Græca, Latinis expreßa.

πρᾶξιν, factum.

CICERO ATTICO S. 22

E *Pompeiano naui aduectus sum in Luculli nostri* 5
hospitium VI. *idus, hora ferè tertia. egressus autem è naui, accepi tuas litteras, quas tuus tabellarius in Cumanum attulisse dicebatur, nonis Maiis datas: à Lucullo postridie eadem ferè hora, qua veni,* VII. *idus Lanuuio datas. Audi igitur ad om-* 10
neis. Primùm, quæ de re mea, gesta, & in solutione, & in Albiano negotio, grata. [a] *De tuo autem Buthroto, cùm in Pompeiano eßem, Misenum venit Antonius. inde antè discessit, quàm illum venisse audißem:* [b] *à quo in Samnium. (vide quid speres.) Ro-* 15
mæ igitur de Buthroto. L. Antonii horribilis contio: Dolabellæ, præclara. Iam vel sibi habeat nummos, modò numeret idibus. [c] *Tertullæ nollem abortum. tam enim Cassii sunt iam, quàm Bruti, serendi. De regina velim: atque etiam* [d] *de Cæsare illo. Per-* 20
solui primæ epistolę. venio ad secundam. De Quinctiis, Buthroto, cùm venero, vt scribis. Quod Ciceroni suppeditas, gratum. Quòd errare me putas, qui remp. putem [e] *pendere è Bruto: sic se res habet. aut nulla erit, aut ab isto, istisue seruabitur. Quòd me* 25
hortaris, vt scriptam contionem mittam: accipe à me, mi Attice, καθολικὸν θεώρημα *earum rerum, in quib. satis exercitati sumus. Nemo vmquam neq. poeta, neque orator fuit, qui quemquam meliorem, quàm se, arbitraretur. Hoc etiã malis* [f] *contigit. Quid tu Bru-* 30
to putas & ingenioso, & erudito? de quo etiam experti

a L. de tuo aũt Buthrotio,

b al. è quo

c fort. Tertiæ

d fort. de Cæsarione illo.

e v. c. pendere in Bruto: non plac.

f v. c. & L. contingit.

ti sumus nuper in edicto scripseram rogatu tuo. meum mihi placebat, illi suum. Quinetiam cùm ipsius precibus pęne adductus, scripsissem ad eum de optimo genere dicendi: non modò mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari. Quare sine, quæso, sibi quemque scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam: suum cuique amorem, mihi meum. non scitè. hoc enim Atilius, poeta durissimus. Atque utinam liceat isti contionari: cui si esse in urbe tutò licebit, vicimus. Ducem enim noui belli ciuilis, aut nemo sequetur, aut ii sequentur, qui facilè vincantur. Venio ad tertiam. Gratas fuisse meas litteras Bruto et Cassio gaudeo.[a] Itaque iis rescripsi. Quòd Hirtium per me meliorem fieri volunt: do equidem operam: & ille optimè loquitur: sed uiuit, habitatque cum Balbo: qui item bene loquitur. quid credas, videris. Dolabellã ualde placere tibi uideo: mihi quidem egregiè. Cum Pansa vixi in Pompeiano. is planè mihi probabat, se bene sentire, & cupere pacem. Causam armorũ quæri planè uideo. edictum Bruti, & Cassii probo. [1] [b] *Quæris, vt suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem,* CONSILIA TEMPORVM SVNT, *quæ in horas commutari vides. Dolabellæ & prima illa actio, & hęc contra Antonium contio, mihi profecisse permultum videtur. prorsus ibat res nunc autẽ uidemur habituri ducem: quòd vnum municipia, boniq́ue desiderant. Epicuri mentionem*[c] *facis, & audes dicere,*[d] μὴ πολιτεύεσθαι. *Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret? Q. F.*[e] *ut scribis, est dextella. per eum igitur, quod volemus, facilè auferemus. Exspecto, si, ut putas, L. Antonius*

a v. c. Itaq. his rescripsi.

b fort. Quòd hortaris, ut

c al. facis?

d al. μὴ πολιτεύεσθαι;

e v. c. & L. Antonij est dextella.

a fort. Hæc properans scripsi.

nius produxit Octauium, qualis contio fuerit, [a] Hæc scripsi. statim enim Cassii tabellarius. eram continuò Piliam salutaturus: deinde ad epulas Vestorii nauicula. Atticæ plurimam salutem.

ANNOTATIONES. 5

1 Quæris, vt suscipiam, &c.) Cur non dixit, Petis, ut suscipiam, &c. nam qui quærit, uult reperire, aut cognoscere: qui petit, uult obtinere. qua de re nos disputauimus in ea oratione, quam habuimus in gymnasio Cardinalitio, a. d VIII. idus Maias, anno CIↃ. & LXX. quo die orationem pro Milone extra ordinem, & hora subseciua, explicauimus. Vt igitur ad id redeam, ui detur sic potiùs aut scribere debuisse, aut scripsisse Cicero. Rogas, ut: uel Hortaris, u:, &c. Fortassis autem ita fuerat à Cicerone scriptum, Quòd rogas, seu, Quòd hortaris. Sed ex, Quòd rogas. aut, Quòd hortaris, factum est, Quæris. 10

Verba Græca, Latinis expressa.

καθολικὸν θεώρημα, vniuersale præceptum.
μὴ πολιτεύεσθαι, accedendum non esse ad remp. 15

CICERO ATTICO S. 23

Cum paullo antè dedissem ad te Cassii tabellario litteras, V. idus venit noster tabellarius, [1] & quidem (portenti simile) sine tuis litteris: sed citò 20 conieci, Lanuuii te fuisse. Eros autem festinauit, ut ad me litterę Dolabellę perferrentur, non de re mea (nondum enim meas acceperat) sed rescripsit ad eas, quarum exemplum tibi miseram, sanè luculentè. Ad me autem, cùm Cassii tabellarium dimisissem, statim 25 Balbus. [a] O dii boni, quàm facilè perspiceres timere otium! & nosti uirum: quàm tectus: sed tamen Antonii consilia narrabat, illum circumire ueteranos, ut acta Cæsaris sancirent, idque se facturos esse iurarent, [b] vt rata omnes haberent, eaq. duumuiri omnibus men 30 sibus inspicerent. Questus est etiam de sua inuidia.

a v.c. O dei boni:

b v.c. & ut rā omnes h.L. & ut rata omn. al. & ut arma omn.

eaque

eaque omnis eius ratio fuit, ut amare uideretur Antonium. Quid quæris? nihil sinceri. mihi autem non est dubium, quin res spectet ad castra. acta enim illa res est animo virili, cõsilio pueril. *Quis enim*
5 *hoc non uidit, regni heredem relictum? Quid autem absurdius,* hoc metuere, alterum in metu nõ ponere? *Quinetiam hoc ipso tempore multa* ὑποσόλοικα: *Pontii Neapolitanum à matre tyrannoctoni possideri. Legẽdus mihi sæpius est Cato Maior ad te missus,*
10 Amariorem enim senectus facit. *stomachor omnia. sed mihi quidẽ* βεβίωται. *viderint iuuenes. Tu mea curabis, ut curas. Hęc scripsi, seu dictaui, apposita secunda mensa apud Vestorium. Postridie apud Hirtium cogitabam: & quidem* πεντέλοιπον. *sic hominem*
15 *traducere* [a] *ad optimateis paro.* λῆρος πολύς. *nemo est istorum, qui otium non timeat,* [1] *quare talaria* [b] *induamus. quiduis enim potiùs, quàm castra. Atticæ sal. plur. uelim dicas. Exspecto Octauii contionem, et, siquid aliud. maximè autem ecquid Dolabella tinniat:*
20 *an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Vale.*

[a] v.c. ad optimatis p.
[b] v c. uideamus. & ita L.

ANNOTATIONES.

1 & quidem (portenti simile) sine tuis litt.) sic habet planè scriptum codex Turnes. quod eo adscripsi, ut etiam ex hoc loco huius codicis bonitas appareat, cùm significare uideatur Petr. Victorius, hunc locum in suis codicib. non esse integrum, ut pote qui eius emendationem Germanis tribuat, neq de suis codicib. vl-
25 lum uerbum faciat.
2 Quare talaria uideamus) nõnulli libri habẽt, induamus. Turnesianus tñ, & Huralt. & oẽs fere Mẽmiani, videamus, quos sequor.

Verba Græca, Latinis expressa.

ὑποσόλικα, subabsurda.
βεβίωται, acta uita est.
30 πεντέλειπον, quod reliquum est de quinque.
λῆρος πολὺς, multæ nugæ.

CICE-

CICERO ATTICO S. 24

Certior à Pilia factus, mitti ad te idibus tabellarios, statim hoc nescio quid exaraui. Primùm igitur scire te uolui, me hinc Arpinum XVI. *Kalendas Iun. Eò igitur mittes, siquid erit posthac: quamquam ipse iam iamque adero. Cupio enim antè, quàm Romam uenio, adorari diligentiùs, quid futurum sit. quamquam vereor, ne nihil coniectura aberrem. Minimè enim obscurum est, quid isti moliantur. Meus verò discipulus, qui hodie apud me cenat, valde amat illum, quem Brutus noster sauciauit: & , si quæris (perspexi enim planè) timent otium, ὑπόθεσιν autem hanc habent, eamque præ se ferunt:* VIRVM CLARISSIMVM *interfectum: totam remp. illius interitu perturbatam: irrita fore, quæ ille egisset, simulac desistemus timere: clementiam illi malo fuisse: qua si vsus non*[a] *fuißet, nihil ei tale accidere potuiße. Mihi autem venit in mentem,* [b] *si Pompeius cum exercitu firmo ueniat, quod est εὔλογον, certè fore bellum. Hæc me species, cogitatioque perturbat. neque enim iam, quod tibi tum licuit, nobis nunc licebit. nam apertè lætati sumus. Deinde habent in ore, nos ingratos. nullo modo licebit quod tũ & tibi licuit, & multis. φαινοπροσωπητέον ergo, & ἰτέον in castra? Millies mori melius, huic presertim ætati. Itaque me idus Martiæ non tam consolantur, quàm antea. magnum enim mendum continent. etsi illi iuuenes ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον. Sed si tu melius quippiam speras, quòd, & plura audis, & interes cõsiliis, scribas ad me velim: simulq. cogites, quid agendum nobis sit super legatione uotiua. equidẽ in his locis moneor à multis, ne*

in

a v.c. esset,
b al. si Sextus cum exerc.

in senatu Kalendis. Dicuntur enim occultè milites ad eam diem comparati, & quidem in istos, qui mihi videntur vbiuis tutius, quàm in senatu fore. Vale.

Verba Græca, Latinis expressa.

ὑπόθεσιν, argumentum.
εὔλογον, consentaneum.
φαινοπροσωπητέον, audacter agendum est.
ἰτέον, eundum.
ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον, alijs in bonis dedecus hoc detrudunt à se.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM.

LIBER XV.

CICERO ATTICO S. I

OFACTVM *malè de Alexione. Incredibile est, quanta me molestia affecerit, nec* [a] *mehercule ex ea parte maximè, quòd plerique mecum. Ad quem igitur medicum te conferes? Quid mihi iam medico? aut, si opus est, tanta inopia est? Amorem erga me, humanitatem, suauitatemq. desidero. Etiam illud: quid est, quod non pertimescendum sit, cùm hominem temperantem, summum medicũ, tantus improuiso morb. oppresserit? Sed ad hæc omnia vna consolatio est,* quòd ea conditione nati sumus, vt nihil, qđ homini accidere posit, recusare debeamus. *De Antonio*

[a] v. c. mercule

iam antea tibi scripsi, non esse eum à me conuentum. venit enim Misenum, cùm ego essem in Pompeiano. inde antè profectus est, quàm ego eum venisse cognoui. Sed casu cum legerem tuas litteras, Hirtius erat apud me in Puteolano. ei legi, & egi primùm, quod attinet. Nihil mihi concedebat. [1] *Deinde* [a] *ad summum, arbitrum me statuebat non modò huius rei, sed totius consulatus sui. Cum Antonio autem sic agemus, vt perspiciat, si in eo negotio nobis satisfecerit, totum me futurum suum. Dolabellam spero* [2] *domi esse. Redeamus ad nostros: de quibus tu bonam spem te significas habere, propter edictorum humanitatem. Ego autem perspexi, cùm à me* XVII. kalendas *de Puteolano Neapolim Pansæ conueniendi causa proficisceretur Hirtius, omnem eius sensum. Seduxi enim, & ad pacem sum cohortatus, non poterat scilicet negare, se velle pacem: sed non minus se nostrorũ arma timere, quàm Antonii: & tamen vtrosque non sine causa præsidium habere: se autem vtraq. arma metuere. Quid quęris? οὐδὲν ὑγιές. De Q. F. tibi assentior* [b] *patri quidem gratissimæ,* [c] *& bellæ tuæ fuerunt. Cærellię verò facilè satisfeci: nec valde laborare mihi visa est: &, si illa, ego certè non laborarem. Istam verò, quam tibi molestam scribis esse, auditam à te esse omnino demiror. Nam quòd eã collaudaui apud amicos, audientibus tribus filiis eius,* [3] *et filia tua, τί τοῦτο* [d] *λόγου. Quid est hoc? quid est autem, cur ego personatus ambulem? Parumne fœda persona est ipsius senectutis? Quòd Brutus rogat, vt ante kal. ad me quoq. scripsit, & fortaße faciam: sed planè, quid velit, nescio. Quid enim illi afferre consilii possum, cùm ipse egeam*

a L. ad summam,

b al patri quidẽ certè gr.

c v c. & belli t. fort. & bellisſ. t.

d L. τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ

con-

consilio? & cùm ille suæ immortalitati melius, quam nostro otio consuluerit? De regina rumor extinguetur. De Flamma, obsecro te, si quid potes. [a] *Heri dederam ad te litteras exiens è Puteolano,* [b] *diuerteramque in Cumanum. Ibi pæne valentem videram Piliam.* [c] *quinetiam paullo clam iis eam vidi. venerat enim in funus: cui funeri ego quoque operam dedi. Cn. Lucullus, familiaris noster, matrem efferebat. Mansi igitur eo die in Sinuessano, atque inde manè postridie Arpinum proficiscens hanc epistolam exaraui. Erat autem nihil noui, quod aut scriberem, aut ex te quærerem: nisi fortè hoc* [d] *ad rem putas pertinere.* [e] *Brutus noster misit ad me orationem suam, habitam in contione Capitolina: petitque à me, vt eam ne ambitiosè corrigerem antè quàm ederet. Est autem oratio scripta elegantissimè, sententiis, verbis, vt nihil possit vltrà. ego tamen, si illam causam habuissem, scripsissem ardentius* ὑποθέσεως. *vides, quæ sit persona dicentis. itaque eam corrigere non potui. Quo enim in genere Brutus noster esse vult, & quod iudicium habet de optimo genere dicendi,* [f] *ita consecutus est in ea oratione, vt elegantius nihil esse possit. sed ego solus, alius sum, siue hoc rectè, siue non rectè. tu tamen velim orationem legas, nisi fortè iam legisti: certioremque me facias, quid iudices ipse. quamquam vereor, ne cognomine tuo lapsus* ὑπεραττικὸς *sis in iudicãdo. sed si recordabere* Δημοσθένους *fulmina, tum intelliges posse* [g] *&* ἀττικώτατα *grauissimè dici. Sed hæc corã. Nunc nec sine epistola, nec cum inani epistola volui ad te Metrodorum venire. Vale.*

[a] v. c. Here
[b] v. c. & L. deuerteramque
[c] L. quin & planè Cumis eam vidi. al. quinetiam clarius Cumis &c.
[d] al. ad te
[e] v. c. Brutus non misit &c. non plae.
[f] L. id ita consecutus est in ea or.
[g] fort. & ἀττικώτατα & grauissime dici.

ANNOTATIONES.

1 deinde ad ſummam) ſic legendum, non, ad ſummum. Nam, ad ſummam, idem ualet, quod in ſumma. Horat. Epiſt. 1. lib. 1. Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

2 domi eſſe) id eſt, uelle mihi ſoluere quod debet: ſoluendo eſſe, neque recuſare, quo minùs ſoluat. cuius contrarium, foris eſſe: de quo alibi. 5

3 & filia tua, τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ) codex Turneſianus, habet, & filia tua τὸ ἐκ τοῦ ου. unde facilè facere licet, τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. ſubintell. ςόματος τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρόν. quod Corradus coniecit.

4 quin etiam planè Cumis eam uidi) ſic ego. Corradus. niſi quòd clariùs Cumis eam uidi. Nam libri ueteres hic corrupti ſunt: neque fere diſcrepant à vulgatis. 10

Verba Græca, Latinis expreſſa.

οὐδὲν ὑγιὲς, nihil ſincerum.
τοῦτο εὔλογον, hoc conſentaneum.
ὑπόθεσις, argumenta.
ὑπεραττικὸς, pluſquam Atticus.
ἀττικώτατα, imprimis Attica. 15

CICERO ATTICO S. 2

[a] DEcimoquinto kalendas è Sinueſſano proficiſcens, cùm dediſſem ad te litteras, [b] diuertiſſemque à Cumis [c] in Veſtiano, accepi à tabellario tuas 20 litteras in quibus nimis multa de Buthroto. non enim tibi ea res maiori curę aut eſt, aut erit, quàm mihi. Sic enim decet, te mea curare, tua me. Quam ob rem id quidem ſic ſuſceptum eſt mihi, vt nihil ſim habiturus antiquius. [d] L. Antonium contionatum eſſe cognoui 25 tuis litteris, & aliis, ſordidè: ſed id quale fuerit, neſcio. nihil enim ſcripſiſti. De Menedemo, probè. Quinctus certè ea dictitat, quæ ſcribis. Conſilium meũ à te probari, quòd ea non ſcribã, quæ tu à me poſtularis, facilè patior: multoq. magis id probabis, ſi oratio- 30 nem eam, de qua hodie ad te ſcripſi, legeris. Quæ de legioni-

a v. c. xv. Kal.
b L. deuertiſſemque
c v.c. in Veſcinio, al. in Veſciano.
d v. c. Lucius Antonius cont. non pl.

legionibus scribis, ea vera sunt: sed non satis hoc mihi videris tibi persuasisse, [a] quid de Buthrotiis nostris per senatum speres confici posse:[1] quod puto (tantùm enim video) [b] non videmur esse uicturi. Sed si etiam nos hoc fallet, de Buthroto te non fallet. De Octauii contione idem sentio, quod tu: ludorumque eius apparatus, & Matius, ac Postumus mihi procuratores non placent. Saserna collega dignus. sed isti omnes, quemadmodum sentis, non minùs otium timent, quàm nos arma. Balbum leuari inuidia per nos uelim: sed ne ipse quidem id fieri posse confidit. itaque alia cogitat. Quòd prima disputatio Tusculana te confirmat, sanè gaudeo. Neque enim ullum est perfugium aut meliùs, aut paratius. Flāma quòd bene loquitur, non molestè fero. Tyndaritanorum causa, [c] de qua laboras, quæ sit ignoro. hos tamen πεντέλοιπον *mouere ista videntur, in primis erogatio pecuniæ. De Alexione doleo: sed quoniam inciderat in tam grauem morbum, bene actum cum illo arbitror. quos tamen secundos heredes, scire vellem, & diem testamenti.*

[a] v. c. qui de Buthr.

[b] fort. Nos uidemur &c.

[c] v. c. de qua causa laborat al. de qua Pansa laborat.

ANNOTATIONES.

1 quod puto (tantum enim vid.) non videmur esse victuri) locus est obscurus, & fortasse corruptus. neque nos libri ueteres hic quidquam adiuuant. sunt enim ipsi quoq. corrupti, atq. hoc tantum à vulgatis discrepant, q pro, uicturi, habent, victori, & suprà pro, quid de Buthr. qui de Buthr. Quæ dissimilitudines parui momenti uidentur. nam, qui de, scriptum fortassis est ab errante librario pro, quid de, cùm omisisset d. prius, propter alterum, quod sequitur. victori uerò pro, victuri, verisimile est scriptum esse, non inusitato scriptorum illorum librariorum errore, quo u, pro, o. & o, pro, u. plerumque scribebant. Vt igitur saltem aliquid dixisse videamur, non ut huc locum perpurgemus, & explicemus, arbitror hanc esse Ciceronis sententiam, & eadem opera; hæc uerba sic legi debere, quod puto, videlicet negotium Buthrotium confici posse (tantum enim video) quod

sic explico. dixi autem, puto, quia hoc tantum uideo, id est, ea tenus video, ut putem, non ut confidam ita fore. sequitur, non uidemur esse victuri. quod putarim corruptum, & legendum, Nos uidemur uicturi, id est futurum fortassis est ut viuamus, neque (quod verebamur) intereamus. sequitur, Sed si &c.

Verba Graca, Latinis expreßa.

πεντέλιπον, quod reliquum est de quinque.

CICERO ATTICO S. 3

VNdecimo kal.[1] [a]*accepi duas epistolas tuas, quibus duabus meis respondisti. una erat XV. Kal. altera XII. data. Ad superiorem igitur priùs. accurres in Tusculanum, ut scribis, quò me VI. kal. venturum arbitrabar. Quòd scribis, parendum victoribus: non mihi quidem, cui sunt multa potiora. Nam illa, quæ recordans, Lentulo et Marcello* coss. [b]*acta in æde Apollinis, nec causa eadem est, nec simile tempus, præsertim cùm Marcellum scribas, aliosque discedere. Erit igitur nobis coràm odorandum & constituendum,* [c]*totone Romæ esse possimus. Noui conuentus habitatores sanè mouent. in magnis. n. versamur angustiis.* [d]*Sed sint ista parui. quin & maiora contemnimus. Caluæ testamentum cognoui, hominis turpis ac sordidi, Tabula Demonici quòd tibi curæ est, gratū. De Mario scripsi iampridem ad Dolabellam accuratissimè, modò litteræ redditæ sint. Eius causa, & cupio, & debeo. Venio ad propiorem. Cognoui de Alexione, quæ desiderabam. Hirtius est tuus. Antonio quàm est, volo peius eße.* [e] *de Q. F. quod scribis, ac de Q. patre, coràm agemus. Brutum omni re, qua possum, cupio iuuare: cuius de oratiuncula idem te quod me, sentire video. sed parum intelligo,* [f]*quid me velis scri-*

a v. c. accepi nati duas ep. fort. accepi in Arpinati.

b q. v. c. acta me in æde Ap.

c v. c. tut ine R.

d al. Sed sunt ista p.

e L. de Q. filio, ut scribis, ἄλλας. de Q. fr. coràm ag.

f fort. quid me uelis scribere. An quasi à Br. hab. or. c. ille edidenis?

scribere, quasi à Bruto habita oratione, cùm ille ediderit. qui tandem conuenit? an sicut in tyrannum iure optimo cæsum? multa dicentur, multa scribentur à nobis: sed alio modo, & tempore. De sella Cæsaris, bene tribuni. Præclaros etiam XIIII. *ordines. Brutum apud me fuisse gaudeo, modò & libenter fuerit & sat diu.*

ANNOTATIONES.

1 accepi duas epist. codex Turnes & nonnulli alii habent, accepi nati duas, &c. unde facile est facere, accepi ex Arpinati duas &c.

2 De Mario scripsi &c.) Secutus sum libros vulgatos. nam nostri fere omnes manuscr. habent, De Malo sed, Malo, scriptum pro, Maio. l. pro, i. vsitato scriptoribus illis more, Maio, pro, Mario. Quod autem Victorius, de malo, retinet, & dictum existimat, gratum de malo, quasi dictum sit, gratum, ut in malis: fallitur. nam primùm in malis gratum aliquid nobis esse potest: sed non iucundum. deinde, quod caput est, non potest Latinè ita dici, gratum de malo.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἅλας, sal.

CICERO ATTICO S. 4

[a] XVIII. *kal. ferè, à Q. Fusio uenit tabellarius: nescio quid ab eo litterularum, ut me sibi restituerem, sanè insulsè, ut solet: nisi fortè, quæ non ames omnia videntur insulsè fieri. scripsi ita, vt te probaturum existimem. Mihi duas à te epistolas reddidit: vnã* XI. *alteram* X. *kal.* [1] *Ad recentiorem* [b] *priùs, & leuiorẽ. Laudo, si verò etiam* [c] *Calfulenus,* ἄνω ποταμῶν. *Antonii consilia narras turbulenta: atque vtinam potiùs per populum agat, quàm per senatum: quod quidẽ ita credo. sed mihi totum eius consilium ad bellum spectare uidetur, si quidem D. Bruto prouincia eripitur. quomodo ego de illius neruis existimo, non uidetur fieri posse sine bello. sed non cupio, quoniã cauetur*

a L. X. Kal. H. VIII. fere, à Q. Fusio v.

b L. priùs. De Lenio, De Lenio, rem laudo. Si uerò etiã Calf.

c al. Carfulenus, al. Carsulenus.

Buthrotiis.[2] [a]*Rides: ast condoleo non mea potiùs assiduitate, diligentia, gratia perfici. Quòd scribis, te nescire, quid nostris faciendum sit: iampridem me illa* ἀπορία *sollicitat. itaque stulta iam iduum Martiarum est consolatio. animis enim usi sumus virilibus, consiliis (mihi crede) puerilibus. excisa enim est arbor, non euulsa. itaque quàm fruticetur, vides. Redeamus igitur, quoniam sæpe usurpas, ad Tusculanas disputationes.*[3] [b]*Sauseium pete, celemus. ego numquā indicabo. Quòd te à Bruto scribis, ut certior fieret, quo die in Tusculanum essem*[c]*futurus: vt ad te ante scripsi, v i. kalend. & quidem ibi te quamprimùm peruidere uelim. Puto enim nobis Lanuuium eundū: & quidem non sine multo sermone. Sed* μελήσει. *Redeo ad superiorem: ex qua prætereo illa prima de Buthrotiis: quę mihi sunt inclusa medullis, sit modò (ut scribis) locus agendi. De oratione Bruti prorsus*[d]*contendis, mecumque iterum tam multis agis. Egone? vt eam causam, quam is scripsit, ego scribam non rogatus ab eo? nulla* παρεγχείρησις *fieri potest contumeliosior. At, inquis,* Ἡρακλείδειον *aliquod. Non recuso id quidem: sed & componendum argumentum est, & scribendi exspectandum tempus maturius. licet enim de me, vt libet, existimes: uelim quidem quàm optimè. si hæc ita*[e] *monent, vt videntur, feres quod dicam) me idus Martię non delectant. Ille enim numquam reuertisset: nos timor confirmare eius acta non coegisset: aut*[4] *(ut in Sauseianam, reliquasq. Tusculanas disputationes, ad quas tu etiam Vestorium hortaris) ita gratiosi eramus apud illum,*[f]*quem Dii mortuum perdant, vt nostræ ętati, quoniam interfecto do-*

mino

a L. Rides. At eo doleo, non m.

b L. Sauseium de re cel.

c sic v c. al. uenturus:

d v.c. contendis, cùm iterum tam multis &c. fort. contendis, cùm mecum iterum &c.

e L. & v.c. manant,

f v.c. quem di mortui perduint,

5 10 15 20 25 30

mino liberi non ſumus, non fuerit dominus ille fugiendus. Rubeo (mihi crede) ſed iam ſcripſeram: delere nolui. De Menedemo, vellem uerum fuiſſet. De regina, uelim uerum ſit. cetera coràm, & maximè quid noſtris faciendum ſit: quid etiam nobis, ſi Antonius militibus obſeſſurus eſt ſenatum. Hanc epiſtolam ſi illius tabellario dediſſem, veritus ſum, ne ſolueret. itaq. miſi dedita opera. erat. n. reſcribendũ tuis. Quàm vellem Bruto ſtudium tuum nauare potuiſſes! Ego igitur ad eum litteras. Ad Dolabellam Tironem miſi cum mandatis, & litteris. Eum ad te vocabis, &, ſi quid habebis, quod placeat, ſcribes. Ecce autem[a] de tranſuerſo L. Cæſar, ut veniam ad ſe, rogat, in nemus: aut ſcribam, quò ſe uenire uelim: Bruto enim placere, ſe à me conueniri. O rem odioſam, & inexplicabilem! Puto me ergo iturum, & inde Romam, niſi quid mutaro. Summatim adhuc ad te. nihildum enim à Balbo. Tuas igitur exſpecto, nec actorum ſolùm, ſed etiam futurorum.

[a] v. c. de transuerſo

ANNOTATIONES IN EPIST. IIII.

1 Ad recentiorem priùs, De Lenio, rem laud.) ſic edendum curaui, approbata Manutii coniectura, quã codex Turneſ. adiuuat. Sic enim in eo ſcriptum eſt, & leniorem. ut nihil negotii ſit, commutato, &, in, de, facere rem, De Lenio rem.

2 Rides. At ego doleo) Turneſ. codex ſic habet, rides abſcondoleo. de qua ſcriptura iudicet lector.

3 Saufeium de re celemus) ſic conieci legendum, litteris paullum immutatis, nempe ex, pete, facto, de re: Corradus ſic, peto, ut celemus: alii, de te celemus: alii, petis, ut celemus: quod poſtremũ mihi magis placet.

4 ut in Saufeianam, reliquasque) codex Turneſ. habet, ut in Saufeleam reliquamque diſp. &c. unde coniicere poſſit aliquis, legi poſſe, ut in Saufeianam, relinquamque Tuſculanas diſputationes, hac ſententia: ut in Saufeianam hæreſim, ſeu ſcholam transfugiam, & Tuſculanas diſputationes relinquam.

Verba

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀνωποταμῶν, sursum fluminum, scilicet cursum faciunt fontes.

ἀπορία, dubitatio.

μελήσει, curæ erit.

παρεγχείρησις, iniuria, oppositio. 5

CICERO ATTICO S. 5

A Bruto tabellarius rediit. attulit & ab eo, et Cassio. consilium meum magnopere exquirunt. Brutus quidem, utrum de duobus. O rem miseram! planè non habeo, quid scribam. Itaq. silentio puto me usurũ, nisi quid aliud tibi uidetur. sin tibi quid venit in mentem: scribe, quæso. Cassius verò [a] vehementer orat, ac petit, vt Hirtium quàmoptimum faciam. sanum putas? ὁ θησαυρὸς ἄνθρακες. Epistolam tibi misi. Vt tu de prouincia Bruti, & Cassii, [b] per S. C. ita scribit & Balbus. & Hirtius quidem, se acturum: etenim iam in Tusculano est: mihiq., vt absim, vehemẽter auctor est. [c] ille quidem periculi causa, quod sibi etiam fuisse dicit: ego autẽ etiam, vt nullum periculum fiet: [d] tantum abest, ut Antonii suspicionẽ fugere non curem, ne videar eius secundis rebus non delectari, vt mihi causa sit, cur Romam venire nolim, ne illum videã. Varro aũt noster ad me epistolã misit, sibi à nescio-quo missã (nomen. n. delerat) in qua scriptũ erat, veteranos eos, qui reiiciantur (nam partem esse dimissam) improbissimè loqui, vt magno periculo Romæ sint futuri, qui ab eorum partibus dissentire videantur. Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Quòd si, vt scribis L. Antonius, in D. Brutum, reliqui in nostros: ego quid faciam? aut quo me pacto gerã? Mihi verò deliberatum est, vt nunc quidem est, abesse ex ea urbe

[a] L. uehementer erat: petit, ut

[b] v. c per cita scribit, &c. non pl.

[c] v. c. & L. & ille quidem

[d] L. tantumque abest, ut Antonij suspicionem fugere curem, &c.

vrbe, in qua non modò florui cum summa, uerùm etiã
seruiui cum aliqua dignitate. Nec tam statui ex Italia
exire (de quo tecum deliberabo) quàm istuc non
venire. Cùm ad me Brutus noster scripsißet, & Cas-
5 sius, ut Hirtium, quem adhuc bonum fuisse sciebant,
neque eum confidebant fore, mea auctoritate melio-
rem facerem (Antonio est enim fortaßè iratior, cau-
sæ verò amicissimus) tamen ad eum scripsi, eique di-
gnitatem Bruti & Cassii commendaui. Ille quid mi-
10 hi rescripsisset, scire te volui: si fortè idem tu, quod
ego, existimares, istos etiam nunc vereri, ne fortè ipsi
nostri plus animi habeant, quàm habent.

Verba Græca, Latinis expressa.
ὁ θησαυρὸς, ἄνθρακες, thesaurus, carbones.

15 HIRTIVS CICERONI SVO S. 6

RVre iam redierim, quæris. an ego, cùm omnes
caleant, ignauiter aliquid faciam?[a] Etiam ex vr
be sum profectus. vtilius enim statui abesse. Has tibi
20 litteras exiens in Tusculanum scripsi Noli autem me
tam strenuum putare, vt ad nonas recurram. nihil. n.
iã video opus eße nostra cura, quoniam præsidia sunt
in tot annos prouisa. Brutus, & Cassius vtinã quàm
facilè à te de me impetrare possunt, ita per te exorẽtur
ne quod[b] callidius ineãt consiliũ. cedenteis. n. hæc ais
25 scripsisse. quò? aut quare? retine, obsecro, Cicero,
illos. Noli sinere hæc omnia perire, quæ funditus me-
dius fidius rapinis, incendiis, cædibus peruertuntur.
Tantùm, si quid timent, caueant, nihil præterea mo-
liantur. Non mediusfidius acerrimis consiliis plus,
30 quàm etiam inertissimis, dummodò diligentibus, con-
sequen-

a sic v.c. al. Etiã ego ex urbe s.

b L. calidius v.c. caldius

sequentur: hæc enim, quæ fluunt, per se diuturna non sunt: *in contentione*[a] *præsenteis ad nocendum habent vireis. Quid speres de illis, in Tusculanum ad me scribe.*

a v.c. præsentis ad n. h. uiris.

5

IN EPIST. HIRTII AD CICER. QVÆ INSCRIBITVR ORDINE

1 nequod callidius) sic edendum curaui, auctoritatem ueterum codicum secutus: reiecta uulgata lectione, callidius. Porrò, callidius, interpretor θερμότερον, audacius, acrius, iracundum, subitò captum, & quasi præcipitatum. callidius enim, hic locum habere non potest.

pars epist. 5.

10

Habes Hirtii epistolam, cui rescripsi, nil illos[a] *callidius cogitare, idque confirmaui. hoc qualecumque esset, te scire uolui. Obsignata iam epistola, Balbus ad me, Seruiliam rediisse, confirmare non discessuros. Nunc exspecto à te litteras.*

a L. calidius

15

CICERO ATTICO S. 7

GRatum, quod mihi epistolas: quæ quidem me delectarunt. In primis Sex. nostri. dices, quia te laudat. puto mehercule id quoque esse causæ: sed tamen etiam antè quàm ad eum locum ueni, ualdè mihi placebat, cùm sensus eius de rep. tum scribendi cura. Seruius uerò pacificator, cum librariolo suo uidetur[a] *obiisse legationem, &*[b] *omneis captiunculas pertimescere. Debuerat autem non ex iure*[c] *manus consertum: sed quæ sequuntur: tu quoque scribes.*

20

a v.c. obisse leg.
b v.c. omnis
c sic L. al. manū consert. v.c. manum consert.

25

CICERO ATTICO S. 8

POst tuum discessum binas à Balbo: nihil noui: itêmque ab Hirtio, qui se scribit uehementer offensum esse ueteranis. Exspectat animus, quidnam agam de Kalendis Mart. Misi igitur Tironem, et cum

30

Tiro-

Tironem plureis, quibus singulis, [1] [a] *vt quidquid accidisset, dares litteras, atque etiam scripsi ad Antonium de legatione, ne, si ad Dolabellam solum scripsissem, iracundus homo commoueretur. Quòd autem aditus ad eum difficilior esse dicitur, scripsi ad Eutrapelum, vt is ei meas litteras redderet, legatione mihi opus esse. honestior est votiua: sed licet vti vtraque. De te, quæso, etiam atque etiam vide. Velim possis coram. si minus possis: litteris idem consequemur. Græcceius ad me scripsit, C. Cassium sibi scripsisse, homines comparari, qui armati in Tusculanum mitterentur. Id quidem mihi videbatur: sed cauendum tamen, vt ille.* [2] QVAE PLVRES VIDENT. *sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis dabit.*

a L. vt quidque accid.

ANNOTATIONES IN EP. VIII.

1 vt quidque accidisset) legendum, vt quidque, seu, vt quidquid: id est, vt quidque, quidquid, pro, quidque, dixisse veteres ostendimus in comment. Lucretianis. Omnino in codice Turnesiano legitur, vt quicque.

2 Quæ plures vident, &c.) videntur hæc verba ex antiquo aliquo poeta sumpta, vt & doctis viris videtur. cod. Turnesianus tamen habet, quę plures videndæ: sed aliquid, &c.

CICERO ATTICO S. 9

IIII. *Non. vesperi à Balbo redditæ mihi litteræ, fore nonis senatum, vt Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum, & ad vrbem mittendum curarent. O rem miseram! primum vllam ab istis? dein, si aliquam,* [1] *hanc* [a] *legatariam prouinciam?* [2] *atque haud scio,* [b] *an melius sit, quàm ad Eurotam sedere. Sed hæc casus gubernabit. Ait autem, eodem tempore decretũ iri, vt & iis, & reliquis prætoriis prouinciæ decernantur. Hoc certè melius, quàm illa Persicæ*

a v. c. legatoriam

b L. an melius sit ad Eurotam, sedere.

sicæ porticus. Nolo enim Lacedæmonem longinquam Lauinium existimaris. Rides, inquies, in talibus rebus? Quid faciam? plorando fessus sum.

ANNOTATIONES.

1 hanc legatariam prouinciam) libri veteres habent, legatoriam prouinciam, vnde viri quidam docti putant legendum, re legatoriam. quibus assentior.
2 atq. haud scio, an melius sit, quàm ad &c.) delendam censeo particulam, quàm, vt superuacaneam, & alienam. Sententia enim hæc est, atq haud scio, an melius sit, id est, fortasse melius est, scilicet ad Eurotam sedere, quàm prouinciam illam administrare. Nam apud Ciceronem, & alios, haud scio an sit, affirmat, quamuis dubitanter. idem enim valet, quod, fortassis est.
3 existimaris) cod. Turnes. hēt, existimauit: mēdosè, opinor. Interdū cod. antiqui vel optimi, mēda continent magna, & manifesta.

CICERO ATTICO S. 10

DIi immortales! quàm me conturbatum tenuit epistolæ tuæ prior pagina! quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hūc quidem nimbum citò [a]transiisse lætor. Tu, quid egeris tua cùm tristi, tum etiam difficili [b] ad conciliandum legatione, vehementer exspecto. Est enim inexplicabilis: ita circumsedemur copiis omnibus. Me quidem Bruti litteræ, quas ostendis à te lectas, ita perturbarunt, vt, quamquam antè egebam consilio, tamen animi dolore sim tardior. Sed plura, cùm ista cognoro. Hoc autē tempore, quod scriberem, nihil erat: eoque minus, quòd dubitabam, tu has ipsas litteras esses ne accepturus. Erat enim incertum, visurusne te esset tabellarius. Ego tuas litteras vehementer exspecto. O Bruti amanter scriptas! O iniquum tuum tempus, quid ad eum ire non possis! Ego autem quid scribam? vt beneficio istorum vtantur? quid turpius? vt moliantur aliquid? [c] nec audent, nec iam [d] possunt. Age quiescant auctoribus

a v. c. transisse
b L. ad consiliandum
c q. v. c. nec audient, n.
d q. v. c. possum.

bus nobis. quis [a] *incolumitatem præstat? Si verò aliquid de Decimo* [b] *gratius, quę nostris vita, etiam si nemo molestus sit? Ludos verò non facere quid fœdius? Frumentum* [c] *imponere. quæ est alia Dionis legatio? aut quod munus in rep. sordidius? Prorsus quidem consilia tali in re ne iis quidem tuta sunt, qui dant: sed possim id* [d] *negligere proficiens. frustra verò quid ingrediar? matris consilio cum vtatur, vel etiam precibus, quid me inter ponam? Sed tamen cogitabo quo genere vtar litterarum. nam silere non possum. Statim igitur mittam vel Antium, vel Circęcos.*

a v.c. incolumitatem pr.

b L. gradius,

c v. c. inponere.

d v c. neglegero

CICERO ATTICO S. II

ANtium veni ante VI. Kal. Bruto iucundus noster aduentus: deinde multis audientibus, Seruilia, [a] *Tertulla, Porcia, quærere quid placeret. Aderat etiam Fauonius. Ego, quod eram meditatus in via, suadere: vt vteretur Asiatica curatione frumenti: nihil esse iam reliqui, quod ageremus, nisi vt saluos esse: in eo etiam ipsi reip. esse præsidium. Quam orationem cum ingressus essem, Cassius interuenit. Ego eadem illa repetiui. Hoc loco fortibus sanè oculis, Cassius (Martem spirare diceres) se in Siciliam non iturum. Egone vt beneficium accepisse* [b] *in contumelia? quid ergo agis, inquam? At ille, in Achaiam se iturum. Quid tu, inquam, Brute? Romam, inquit, si tibi videtur. Mihi verò minimè. Tutò.n. non reis. Quid si possem esse? placeretne?* [c] *Atque vt omnino neq. nunc, neq. ex prætura in prouinciam ires. Sed auctor non sum, vt te vrbi committas.*

a al. Tertia,

b v.c. in contumeliam?

c fort. Atq. ita placere, ut omn.

Dicebam

Dicebam ea,quę tibi profectò in mentem veniunt, cur non esset tuiò futurus. Multo inde sermone querebantur, atque id quidem Cassius maximè, amißas occasiones: Decimumque grauiter [a] accusabat. Ea negabam oportere, prætèrita: [b] assentiebar tamen: quamquam ingressus eßem dicere, quid oportuisset. Nec verò quidquam noui, sed ea, quæ quotidie omnes: nec tamen illum locum attingere, quemquam prætérea oportuiße tangi: sed senatum [c] vocari, populum ardentem studio vehementius [d] incitari, totam suscipere remp. Exclamat tua familiaris. Hoc verò neminem vmquam audiui. Ego repreßi. sed & Cassius mihi videbatur iturus (etenim Seruilia pollicebatur se curaturum, ut illa frumenti curatio de S.C. tolleretur) & noster citò deiectus est de illo inani sermone: velle enim se dixerat. Constituit igitur, vt ludi, absente se, fierent suo nomine: proficisci autem mihi in Asiam videbatur ab Antio velle. Ne multa, nihil me in illo itinere præter conscientiam delectauit. non enim fuit committendum, vt ille ex Italia prius, quàm à me conuentus esset, discederet. hoc demto munere amoris, atque officii, sequebatur, vt mecum ipse: ἡ δεῦρ᾽ ὁδός, σοὶ τί δύναται νῦν, [e] θεοπρεπές, prorsus dißolutum offendi nauigium, vel potius dissipatum. nihil consilio, nihil ratione, nihil ordine. Itaque etsi ne antea quidem dubitaui, tamen nunc eo minus euolare hinc, idque quàmprimùm, VBI NEC PELOPIDARVM FACTA, NEQVE FAMAM AVDIAM. Sed heus tu, ne fortè sis nescius: Dolabella me sibi legauit [f] ad IIII. nonas Apr. Id mihi heri vesperi nuntiatum est. Votiua ne tibi quidem placebat. etenim erat absur-

a v.c. & L. accusabant.
b v.c. assentibar. L.
c fort. vocare,
d v.c. & L. incitare,
e L. θεοπρέπε,
f v.c. & L. a.d. III. nonas

absurdum, quæ, si fletisset resp. vouissem, ea me, euersa illa, uota [a] *dissoluere: & habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Iulia,* [2] *nec facilè addi* [d] *potest: idque adeò genus legationis, ut, cùm velis, introire, exire liceat. quod nunc mihi additum est. Bella est autem huius iuris quinquennii licentia. quanquam quid de quinquennio cogitem? contrahi mihi negotium uidetur. Sed* βλάσφημα *mittamus.*

a fort. dissoluere:

b L potest ad hoc genus leg.

ANNOTATIONES.

1 nec tamen locum illum attingere, quemquam præt. oportuisse tangi, &c.) sic habet codex Turnesianus, & præterea omnes nostri ueteres à uulgatis nihil discrepantes. Atque ita & olim edi iusseram. sed operarij omiserunt uerbum, tangi, me imprudente, atque insciente. Hæc igitur huius loci sententia, quia uideo quibusdam, etiam doctis uiris, obscurum uideri, nec tamen locum illum attingere, id est attingebam ego Cicero, uidelicet, quemquam præterea, &c. id est, Antonium præter Cæsarem, oportuisse occidi: sed senatum, &c. Quod autem non longè sequitur, Exclamat tua familiaris. Hoc uerò, &c. oratio est præcisa. significat enim quiddam tale, Ego uerò neminem umquam audiui, qui ueriora loqueretur.

2 nec facile addi potest ad hoc genus leg) sic legendum uidetur. nam libri manuscri. non habent, idque, quod est in uulg. neque dubium est quin alienum sit. adeo, autem corruptum est, & legendum uel, ad hoc, uel, ad id.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἡ δεῦρ' ὁδὸς σοι τί δύναται νῦν θεοπρόπε, iter hoc tibi quid ualet nunc, ô tu qui petis oraculum.

βλάσφημα, maledicta.

CICERO ATTICO S. 12

B*Ene mehercule de Buthroto. at ego Tironem ad Dolabellã cũ litteris, quia iusseras, miserã. Quid nocet? de nostris autem Antiatibus satis uidebar planè scripsisse, vt non dubitares,* [a] *essent quin otiosi futuri, vsurique beneficio Antonii contumelioso.*

a fort. quin essent

Cassius frumentariam rem aspernabatur. eam Seruilia sublaturam ex S. C. se esse dicebat. Noster uerò καὶ μάλα σεμνῶς, in Asiam, postea quàm mihi est assensus, tutò se Romæ esse non posse. Ludos enim absens facere malebat: statim autem se iturum, simulac ludorum apparatum iis, qui curaturi essent, tradidisset. Nauigia colligebat. erat animus in cursu interea in eisdē locis erant futuri. Brutus quidem se aiebat Asturæ. L. [a] *quidem Antonius liberaliter litteris sine cura me esse iubet. Habeo vnum beneficium:* [b] *alterum fortasse si in Tusculanum venerit. O negotia non ferenda! quæ feruntur tamen.* [1] τὰν δ᾽ αἰτίαν τῶν βροντῶν τίς εἶχεν. *Octauiano, vt perspexi, satis ingenii, satis animi: uidebaturque erga nostros* ἥρωας *ita fore, ut nos uellemus, animatus. Sed quid ætati credendum sit, quid nomini, quid hereditati, quid* κατηχήσει, *magni consilii est. Vitricus quidem nihil censebat: quem Asturę uidimus. sed tamen alendus est, & ut nihil aliud, ab Antonio seiungendus. Marcellus pręclarè, si præcipit nostro nostri: cui quidem ille deditus mihi uidebatur. Pansæ autem, & Hirtio non nimis credebat. bona indoles,* ἐὰν [c] διαμένῃ.

a L. autem

b L. si fortè in Tuscul.

c v. c. & L. διαμείνῃ.

ANNOTATIONES.

1 τάνδ᾽ αἰτίαν τῶν βρούτων τίς, &c.) idest, hanc culpam Brutorum aliquis sustinebat. legendum enim est sine interrogatione.

Verba Græca, Latinis expressa.

καὶ μάλα σεμνῶς, & ualde grauiter.

τὰν δ᾽ αἰτίαν τῶν βροντῶν τίς εἶχεν, causam uerò tonitruum quis habuit.

κατηχήσει, institutioni.

ἐὰν διαμείνῃ, si permanserit.

CICE-

CICERO ATTICO S. 13

[a] *OCtauo Kal. duas à te accepi epistolas. respondebo igitur priori priùs. Assentior tibi, ut nec duces simus, nec agmen cogamus: faueamus tamen. Orationem tibi misi. eius custodiendæ, & proferendæ arbitrium tuum. Sed quando illum diem, cùm tu edendam putes? Inducias, quas scribis, non intelligo fieri posse. melior est* ἀναντιφωνησία: *qua me usurum arbitror.*

Quòd scribis legiones [b] II. *Brundisium uenisse, uos omnia priùs. Scribes igitur quidquid audieris. Varronis* διάλογον *exspecto. Iam probo* ἡρακλείδιον, *præsertim cùm tu tantopere delectere: sed quale uelis, uelim scire. Quod ad te antea, atque adeò priùs scripsi* ([c] *sic enim mauis ad scribendum tibi verè dicere*) *fecisti me acriorem ad tuum iudicium, quod mihi erat notum, addidisti Peducæi auctoritatem, magnam quidem apud me, & in primis grauem. Enitar igitur, ne desideres aut industriam meam, aut diligentiam.* [d] *Vectenum, ut scribis, & Faberium foueo.* [e] *Clodium nihil arbitror malitiosè:* [f] *quamquam, si quid egerit. De libertate retinenda, qua certè nihil est dulcius, tibi assentior.* [g] *ftane?* *Gallo animo hominem nequam! quid enim dicam aliud? cautũ Marcellum: me sic, sed non tamen cautissimum. Longiori epistolæ superiorique respondi: nunc breuiori, propioriq. quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Res Hispanienses ualde bonæ, modò Balbilium incolumem uideam, subsidium nostræ senectutis. De* [h] *Anniano item, quòd me ualde obseruat Visellia. Sed hæc quidem humana. De Bruto te nihil scire dicis:* [i] *sed Selicia uenisse M. Scaptium, eumq. non qua pompa: ad se tamen clàm uenturum:*

[a] v c. VIII Kal.

[b] v.c. duas

[c] L. (sic. n. mauis me dicere) tu uerò adscribendum fecisti me alacriorem. Ad tuum. n. iudiciũ, &c.

[d] v.c. Vettenum,

[e] v. c. Clœlium

[f] v. c quãquam: sed quod egerit, al. quãquam, siquid egerit, de libertate retinenda, qua certè &c.

[g] L. Ita ne Gallo Caninio? O hominem nequam.

[h] al. Amiano

[i] sic v. c al. Seruilia

turum: sciturumq. me omnia: quæ ego statim. interea narrat eadem: Bassi seruum venisse, qui nũtiaret, legiones Alexandrinas in armis esse: Bassũ arcessi, Cassiũ exspectari. Quid quæris? Videtur resp. ius suum[a] recuperatura: sed ne quid antè. nosti horũ exercitationẽ in latrocinio, & amentiam. Dolabella uir optimus. etsi, cùm scribebam, secunda mensa apposita, uenisse eũ ad Baias audiebam, tamen ad me ex Formiano scripsit. quas litteras cùm è balneo[b] exiissem, accepi: sese de attributione omnia summa fecisse. [c] Vectenũ accusat. tricatur scilicet, ut homo talis: sed ait totum negotium Sextium nostrum suscepisse, optimum quidem illum virum, nostriq. amantissimum: quæro autem quid tandem Sextius in hac re facere possit, quod non quis nostrum? sed si quid præter spem erit, facias ut sciam. sin est (ut arbitror) negotium perditum: scribes tamen: neque ista res cõmouebit. Nos hic[d] φιλοσοφοῦμεθα. Quid enim aliud? & τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnificè explicamus: προσφωνοῦμεν que Ciceroni. Qua de re enim potiùs pater filio? deinde alia. Quid quæris? Exstabit opera peregrinationis huius. Varronem hodie, aut cras venturum[e] putabant. Ego autem in Pompeianũ properabam: non quò hoc loco quidquam pulchrius: sed interpellatores illic minùs molesti. Sed perscribe, quæso, quæ caussa sit [f] Myrtilo. Pœnas quidem illum pependisse audiui, & satisne patet, vnde [g] corruptus? Hæc cùm scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam. Hui, quàm timeo, quid existimes. etsi quid ad me, quæ non sit foras proditura, nisi rep. recuperata? de quo quid sperẽ, non audeo scribere.

[a] v. c. & L. reciperatura.
[b] v. c. exissem,
[c] v. c. Vettenum
[d] v. c. φιλοσοφοῦμενα quid enim &c.
[e] al. putabam.
[f] al. in Myrtilo.
[g] al. correptus?

ANNOTATIONES

1 atque adeò prius scripsi (sic enim me mauis dicere :) tu verò,&c.)ego hunc locum magna ex parte Corradi coniecturam secutus, vocabulorum ordine, qui inuersus erat, restituto, sic edendum curaui, vt nihil de meo addiderim. neque verò nunc placet mihi Achillis Statij opinio, existimantis esse legendum, primus, vbi est, prius: neque rursus dissentio ab ijs, qui alacriorem, pro, acriorem, reponunt. satis mihi fuit vocabula in eum ordinem redigere, vt ex ijs commoda & probabilis sententia exprimi possit.

2 Gallo Caninio)cum libri nostri manusc habeant, Gallo aninio, visa est mihi probabilis Corradi coniectura, existimantis legendum esse, Gallo Ganinio: quamquam idem addidit alteram, Gallonio.fuit autem Gallonius,præco: cuius nob ilitata est profusio,& luxuria Sed repugnant hoc tempora.

Verba, Greca Latinis expressa.

ἀναγτιφωνησία, nulla contradictio.
διάλογον, dialogum.
ἡρακλείδιον, Heraclideum opus.
φιλοσοφούμενα, quæstiones philosophicæ.
τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, quæ de officio.
προσφωνοῦμέν, que,& nuncupamus, mittimus.

CICERO ATTICO S. 14

VI kal. accepi à Dolabella litteras, quarum exemplum tibi misi: in quibus erat, omnia se fecisse quæ tu uelles. statim ei rescripsi, & multis uerbis gratias egi. sed tamen ne miraretur cur idem iterum facerem, hoc causæ sumsi, quòd ex te ipso coram antea nihil potuissem cognoscere. Sed quid multa? litteras hoc exemplo dedi.

Reliqua huius epistolę pars, posita est post epist. ad Dolabellam.

CICERO DOLABELLAE COS. SVO 15

ANtea cum per litteras Attici nostri de tua summa liberalitate, summoque erga se beneficio certior factus essem: cumq. tu ipse etiã ad me scripsisses,

te feciſſe ea, quę nos voluiſſemus: egi tibi gratias per litteras his verbis, vt intelligeres, nihil te mihi gratius facere potuiſſe. Poſtea verò quàm ipſe Atticus ad me venit in Tuſculanũ huius vnius rei cauſa, tibi vt apud me gratias ageret, cuius eximiam quandam, & admirabilem in cauſa Buthrotia voluntatem, & ſingularem erga ſe amorẽ perſpexiſſet: teneri non potui, quin tibi apertiùs illud idem his litteris declararem. Ex omnibus enim, mi Dolabella, ſtudiis in me, & officiis, quæ ſumma ſunt, hoc ſcito mihi & ampliſſimum videri, & gratiſſimam eſſe, quòd perfeceris, vt Atticus intelligeret, quantum ego te, quantum tu me amares. Quod reliquum eſt, Buthrotiam & cauſam, & ciuitatem, quamquam à te conſtituta eſt (beneficia autem noſtra tueri ſolemus) tamen uelim receptam in fidem tuam, à meque etiam tibi commendatam, auctoritate & auxilio tuo [a] tactam velis eſſe. Satis erit in perpetuum Buthrotiis præſidii: magnaq. cura et ſollicitudine Atticum, & me liberaris, ſi hoc honoris mei cauſa, ſuſceperis, vt eos ſemper a te defenſos velis. quod tu facias, te vehementer etiam, atque etiam rogo.

Quę ſequunt̃ vſq. ad nouã epiſt. pertinẽt ad ſuperiorẽ Ciceronis ad Att. epiſt. q̃ eſt ordine 14.

His litteris ſcriptis, me ad συντάξεις *dedi: quę quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint: ita ſum* μετέωρος, *& magnis cogitationib. impeditus. L. Antonio malè ſit, ſiquidem Buthrotiis moleſtus eſt. Ego teſtimonium [a] compoſui: quod, cum voles, [b] obſignabis. Tu, nummos [c] Arpinatum ſi L. Fadius ædilis petet, vel omneis reddito. Ego ad*

a al. tutam

a v. c. conpoſui:
b v.c. obſignabitur. Nũmos &c. al. obſignabo. Tu n.
c L. Arpinanum

te

te alia epistola scripsi de H-S. c x. quę Statio curarentur. Si ergo petet Fadius, ei volo reddi: præter Fadium, nemini. [1] *Apud me item puto depositum,*

Id scripsi ad Erotem, vt redderet. Reginam odi. me
5 *iure facere scit. sponsor promissorum eius, Ammonius:* [a] *quæ quidem promissorum eius erant* φιλόλογα, *& dignitatis meæ, vt vel in contione dicere auderem. Saram autem præter quàm quòd nefarium hominem cognoui, præterea in me contumacem, semel eum om-*
10 *nino domi meæ vidi. cùm* φιλοφρόνως *ex eo quærerem,* [b] *quid opus esset: Atticum se dixit quærere. Superbiam autem ipsius reginę, cùm esset trans Tiberim in hortis commemorare sine magno dolore non possum. Nihil igitur cum istis: nec tam animum me,* [c]
15 *quàm stomachum non habere arbitrantur. Profectionem meam, vt video, Erotis dispensatio impedit, nam cum ex reliquis, quę nonis April fecit, abundare debeam, cogor mutuari: quodque ex istis fructuosi rebus* [d] *receptum est, id ego ad illud fanum sepositum*
20 *putabam. sed hæc Tironi mandaui: quem ob eam causam Romam misi. te nolui impeditum impedire. Cicero noster quo modestior est, eo me magis commouet. Ad me enim de hac re nihil scripsit: ad quem nimirum potissimum debuit. scripsit hoc autem ad Tiro-*
25 *nem: sibi post kal. April. (sic enim annuum tempus confici) nihil datum esse: tibi pro tua natura semper placuisse, teque existimasse, id etiam ad dignitatem meam pertinere, eum non modò liberaliter à nobis, sed etiam ornatè, cumulateque tractari. Quare ve-*
30 *lim cures (nec tibi essem molestus, si per alium hoc agere possem (vt permutetur Athenas, quod sit in an-*

a L. quæ quidē erant φιλόλ.

b L. quid ei opus esset:

c L. ex v.c. quàm vix stomachum hab.

d L. refectum est, al. redactū est,

num sumptum. ei scilicet Eros numerabit. Eius rei causa Tironem misi. Curabis igitur: & ad me, siquid tibi de eo videbitur, scribes.

ANNOTATIONES IN EPIST. 14

1 Apud me item puto depositum) post vocem, depositum, videntur deesse notæ, quæ significabant, quantum esset depositum. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

συντάξεις, compositiones librorum.
μετέωρος, animi pendens, suspensus.
φιλόλογα, erudita.
φιλοφρόνως, humaniter, amanter.

CICERO ATTICO S. 16 10

TAndem à Cicerone tabellarius: et mehercule literæ [a] πεπυκνωμένως scriptæ: quod ipsum προκοπὴν aliquam significaret. Itemq. ceteri præclara scribunt. Leonides tamen retinet suum illud ADHVC. summis verò laudibus [b] Erotes. quid quæris? Vel verba mihi dari facilè patior in hoc, meque libenter prębeo credulum. Te velim, si quid tibi est à tuis scriptum, quod pertineat ad me, certiorem me facias. Narro tibi: hæc loca venusta sunt, abdita certè, & si quid scribere velis, ab arbitris libera. sed nescio quomodo οἶκος φίλος. Itaque me referunt pedes in Tusculanum. & tamen hæc ῥωπογραφία ripulæ, videtur habitura celerem satietatem. Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranæ enim ῥητορεύουσι. Tu, quęso, fac sciam, vbi Brutum nostrum, & quo die videre possim.

a v. c. & L. πεπινωμένως.

b v. c. & L. Herodes.

15 20 25

Verba Græca, Latinis expressa.

πεπινωμένως, fœdè, sordidè.
προκοπὴν, progressum in litteris.
οἶκος φίλος, domus cara.
ῥωπογραφία, descriptio, pictura. 30
ῥητορεύουσι, rhetorissant, clamitant, vociferantur.

CICE-

CICERO ATTICO S. 17

DVas accepi postridie Id. alteram eo die datam: alteram idib. Prius igitur superiori. de Bruto, cum scies. de consulum ficto timore cognouerã. Sicca enim φιλοςόργως ille quidem, sed tumultuosius ad me etiam illam suspicionem pertulit. Quid tu autem? τὰ μὲν διδόμενα. nullum enim verbum [a] à Sire regio. non placet. De pletorio, vicino tuo, permolestè tuli, quemquam prius audisse, quàm me. De Syro, prudenter. L. Antonium per M. fratrem, vt arbitror, facillimè deterrebis, auctoritate, vel vi. sed nondum acceperas litteras, nec cuiquam, nisi L. Fadio ædili. aliter enim nec cautè, nec iure fieri potest. [1] Quod scribis, tibi deesse HS. C. quæ Ciceroni curata sint: velim ab Erote quæras, vbi sit merces insularum. Arabioni de [b] Sitio nihil irascor. Ego de itinere [c] nisi explicatio Λ, nihil cogito: quod idem tibi videri puto. Habes ad superiorem: nunc audi ad alteram. Tu verò facis, vt omnia, quòd Seruiliæ non deest, id est Bruto. De regina gaudeo te non laborare: [d] certè etiam tibi probari. Erotis rationes & ex Tirone cognoui, & vocaui ipsum. Gratissimum, quòd polliceris Ciceroni nihil defuturum. de quo mirabilia Messalla: qui Lanuuio rediens ab illis, venit ad me: & mehercule ipsius litteræ sic & φιλοςόργως, & [e] πυκνῶς scriptæ, vt eas vel in acroasi audeam legere. quo magis illi indulgendum puto. De Buciliano, [f] Sestiũ puto non molestè ferrè. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. tu verò, quidquid erit, quod me scire par sit, statim. XVII. Kalend. [2] abibo.

a v. c. à Siregio.

b q. v. c. Sitio. al. Sicio

c al. nisi ex plicato A. al. nisi explicaro A.

d v. c. teste etiam. fort. testem

e L. ἰυπιγῶς. v. c. πινῶς

f L. Sextiũ

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Quòd ſcribis tibi deeſſe) codex. Turneſ. habet, quod ſcribis tibi de ſere:quæ ſcriptura clamat,ſe eſſe corruptam,Quid ſi legamus, deberi ?

2 abibo.) vox,abibo,non comparet in codice Turneſiano : eaque mihi ſuſpecta eſt.

Verba Græca, Latinis expreßa. 5

φιλοςόρſως, peramanter.
τὰ μὲν διδόμενα, data quidem.
φιλοςόρſως,& ἐυπινῶο, peramanter,& ſtudioſé.

CICERO ATTICO S. 18

ETſi ſatis videbar ſcripſiße ad te, quid mihi opus 10
ſit,& quid te facere vellem, ſi tibi commodum
eßet:tamen, cùm profectus eſſem, [a] *& in lacu nauigarem, Tironem ſtatui ad te eßе mittendum, ut bis negotiis, quę agerentur, intereſſet : atque etiam ſcripſi ad Dolabellam , me, ſi ei uideretur, velle profici-* 15
ſci: petiique ab eo [1] *de multis* [b] *uecturæ itineris.ut & in eis, cum intelligo te diſtentiſſimum eße, quà de Buthrotiis, quà de Bruto:* [c] *cuius etiam ludorum ſuorum curam, etiam adminiſtrationem, ſuſpicor ex magna* 20
parte ad te [d] *pertinere: ut ergo in eiuſmodi re, tribues nobis paullum operæ.nec enim multum opus eſt. Mihi res ad cædem, & eam quidem propinquam, ſpectare uidetur. Vides homines, uides arma. prorſus non mihi uideor eſſe tutus. ſin tu aliter ſentis, uelim ad me ſcribas. domi enim manere, ſi rectè poſ-* 25
ſum, muto malo.

a v. c. & in lacuna vigilarem, non ſ lac.

b al. vecturæ, & itineris. Cum intelligo, te d.

c L. cuius etiam ludorum curam, al. cuius etiam lud. ſcenicorum c.

d v.c. vertere:

ANNOTATIONES.

1 de mulis vecturæ itineris &c. locus eſt deprauatus. codex Turneſianus habet, de mulis victuræ, & in eis, cum &c. & ita Memmiani, niſi quòd habent, & meis, pro, & in eis. vox, itineris autem, in nullo reperitur. Omnino hoc, mulis vecturæ, etiam antè, quàm in veteres codices incidiſſem, me offendebat : & ve- 30

rò multo magis, accedente altero nomine, itineris. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris aliquid cernat? Verumtamen, & vt alijs ad quærendum excitem, & vt ne ipse tacendo videar alius ostendere velle nihil hic dici posse ἄξιον λόγου, dicam quod mihi in mentem venit, quamuis non valde probem. Tentabam igitur possetne ex scripturæ veteris vestigijs ita legi, petijque ab eo de mulis, & ceteris iumentis. Cum intelligo, &c. an sic, petijque ab eo
5 de mulis, & vectura, ceterisque iumentis.

CICERO ATTICO S. 19

QVidnam est, quod audendū amplius de Buthrotiis? Stetisse enim te frustra scribis. quid autem se refert Brutus? Doleo mehercule te tā
10 *esse*[a] *detentum: quod decem hominib. referēdum est acceptum. Est illud quidem ἐργῶδες, sed ἀνεκτὸν, mihique gratissimum. De armis, nihil vidi apertius. Fugiamus igitur, &, vt ais, coram. Theophanes quid velit, nescio. scripserat enim ad me: cui rescripsi, vt*
15 *potui. mihi autem scribit, venire ad me se velle, ut & de suis rebus, & quædam, quæ ad me pertinerent. Tuas litteras exspecto. Vide, quæso, ne quid temerè fiat. Statius scripsit ad me, locutum secum esse Qu. Ciceronem valde asseueranter, se hæc ferre non*
20 *posse: certum sibi esse ad Brutum & Cassium transire. Hoc enimuerò nunc discere aueo: hoc ego quid sit, interpretari non possum. Potest aliquid*[b] *iratus Antonio: potest gloriam nouam quærere: potest totum esse χεδίασμα. Et nimirum ita est. Sed tamen & ego*
25 *vereor, & pater conturbatus est. Scit enim quę ille de hoc mecum. quædam ἄῤῥατα nolim. planè, quid uelit, nescio. A Dolabella mandata habebo, quæ mihi videbūtur.*[c] *id est nihil. Dic mihi: C. Antonius voluitne fieri Septemuir? fuit certè dignus. De Menedemo*
30 *est vt scribis. Facies omnia mihi nota. Egi gratias*[d] *Vetteno. nihil enim potuit humanius.*

a sic v. c. L. distentū: al. tam diu esse detentum:

b v. c. iratius

c al. οὐδέν.

d v. c. Vetteno.

CICE-

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐργῶδες, laboriosum. ἀνεκτὸν, tolerabile. σχεδίασμα, ex tẽpe factũ, subitũ cõsiliũ. ἄφατα, nõ dicẽda. οὐδὲν, nihil.

CICERO ATTICO S. 20

a v. c. mihi aliquid, vel q.

DOlabellę mandata sint quęlibet, [a] modò aliqui d, [1] vel quod Niciæ nuntiem. Quis enim hæc, vt 5

b L. ante nos? Nunc dub. v. c. ante no? N. d.

scribis, [b] antè? ne nunc dubitare quemquam prudentem, quin meus discessus desperationis sit, non legationis? Quòd ais, extrema quædam iam homines de rep. loqui, & eos quidem viros bonos: ego, quo die audiui, illum tyrannum in contione clarissimum virum appellari, subdiffidere cœpi. Postea verò, quàm tecum Lanuuii vidi nostros tantum spei habere ad viuendum, quantum accepissent ab Antonio, desperaui. 10

Itaque, mi Attice, fortiter hoc velim accipias, vt ego scribo. [3] genus illud interitus, [c] quo casurus es, 15

c L. quo casurus es,

fœdum duces, & quasi denuntiatum nobis ab Antonio. Ex hac, [d] nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. Hęc [e] omnia culpa Bruti.

d v. c. naxa

e v. c. omnis

f v. c. Cartheia

Pompeium [f] Cartheiæ receptum scribis. Iam igitur contra hunc exercitum. Vtra ergo castra? Media enim tollit Antonius. illa infirma, hæc nefaria. Properemus igitur. sed iuua me consilio, Brundisione, an Puteolis. Brutus quidem subitò. sed sapienter. πάσχοντι. Quando enim illum? sed humana ferenda. Tu ipse eũ videre non potes. uideamus, quæ agenda sint. Rationes Erotis, et si ipsum nondum vidi, tamen, & ex litteris eius, & ex eo, quod Tiro cognouit, propemodum cognitas habeo. Versuram scribis esse faciendam [g] mensium quinque, id est, ad kalend. Non. HS. CC. in eam diem cadere nummos, qui à Quinctio debentur, 20 25 30

g v. c. & L. mensum q.

bentur. Velim igitur, quoniam Tiro negat tibi placere, me eius rei causa Romam venire: [a] *si te ea res nihil offendet, uideas, unde nummi sint: mihi feras expensum. hoc uideo in pręsentia opus esse. Reliqua di-*

5 *ligentiùs ex hoc ipso exquiram: in his de mercedibus dotalium prædiorum: quę si fideliter Ciceroni curabuntur (quamquam uolo* [b] *laxiùs) tamen ei propemodum nihil* [c] *deerit. Equidem video mihi quoque opus esse uiaticum.* [d] *sed id ex prædiis, ut cadet ita*

10 *soluetur. Mihi autem opus est uniuerso quidem. Etsi mihi videtur iste, qui umbras timet, ad cædem spectare: tamen, nisi explicata solutione, non sum discessurus.* [4] *Sitne autem excitata, necne, tecum cognoscā. Hanc putaui mea manu scribendam: itaq. feci. De Fa-*

15 *dio, vt scribis. utiq. alii nemini. rescribas velim hodie.*

a v.c. si ea res n.

b sic v. c. fort. prolixiùs) al. largiùs)

c v. c. derit.

d fort. sed ei ex præd.

ANNOTATIONES.

1 uel quod Niciæ nunciem.) mendosè operæ olim fecerunt, Nicex, pro, Niciæ. Quòd autem codex Turnes habet, mihi aliquid uel quod Nic. nunc. pro, modò aliquid &c. fortasse non est ea scriptura contemnenda. Quin mihi uidetur longè uulgatæ anteponenda, si talis interpunctio adhibeatur. Dolabellæ mandata sint quælibet, mihi aliquid, uel quod Niciæ nunciem. sub-

20 intelligo autem in, mihi, aliquid, uerbum, mandet: quemadmodum subintelligendum est in uulgata lectione, modo aliquid.

2 Quis enim hæc, ut scri. ante nos?) Sic edendum curauimus, cùm in codicib. manuscri. reperissemus, ante no? unde Petr. Victorius fecerat, ante ne, minùs rectè.

3 genus illud interitus, quo casurus es,) probabilem lectionem, ut in malis, secutus sum. Nam codex Turnes habet, quo causa

25 cursus est. quæ scriptura non facilè, mihi quidem, explicari potest. uulgata lectio, quo casurus est, non videtur ferri posse. ea, quam substituendam putat Manutius, quo casuri sumus. nimis longè distat & ab antiqua, & à uulgata.

4 sit ne autem excitata) codices Memm. habent, sit ne autem explicata. in codice Turnesia. dimidia ferè pars huius uocis iacet in lacuna.

30 *Verba Gręca, Latinis expressa.*

πάχωτι, patior aliquid.

CICERO ATTICO S. 21

Arro tibi: Qu. pater exultat lætitia. scripsit enim filius se idcirco profugere ad Brutum voluisse, quòd, cùm sibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret, præsidium occuparet, id recusasset. Recusasse autem se, ne patris animum offenderet: ex eo sibi illum hostem. Tum me, inquit, collegi, verens, ne quid mihi ille iratus, tibi noceret. itaque eum placaui. Et quidem CCCC. *certa, reliqua in spe. Scribit autem Statius illum cum patre habitare velle: hoc uerò mirum, & id gaudet.* [a] *quem tu illo certiorem nebulonem?* Ἐποχὴν *vestram de re* [b] *Cani deliberationis probo. nihil eram suspicatus de tabulis.* ἀκεραίως *restitutam arbitrabar. Quæ differs, ut mecum coram: exspectabo. tabellarios, quoad uoles, tenebis. es enim occupatus. Quòd ad Xenonem, probè. quod scribo, cùm absoluero. Quincto scripsisti, te ad eum litteras. nemo attulerat. Tiro negat iam tibi placere Brundisium: & quidem dicere aliquid de militibus. At ego iam destinaram Hydruntem quidem. mouebant me tuæ quinque horæ. Hic autē quantus* πλοῦς; *sed videbimus. Nullas à te* XI. *kalend. quippe, quid enim iam noui? Cùm primùm igitur poteris, venies. ego propero, ne antè Sextus: quem aduentare aiunt.*

a L. ex v. c. Ecquem tu
b L. Canij,

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐποχὴν, retentionem.
ἀκεραίως, sincerè.
πλοῦς, nauigatio.

CICERO ATTICO S. 22

GRatulor nobis, Qu. filium exiße. molestus non erit. Pansam bene loqui credo. Semper.n.coniunctum [a] esse cum Hirtio scio: amicißimum Bruto & Cassio puto, si expediet. sed quando illos videbit? inimicum Antonio: quando, aut cur? quousque ludemur? Ego autem scripsi, Sextum aduentare, [b] non quò iam adesset, sed iam certè id ageret, ab armisq́. nullus discederet. Certè si pergit, bellum paratum est. Hic autem noster [c] Cytherius, nisi victorem, neminem victurum. Quid ad hæc Pansa? [d] utro erit, si bellum erit? quod uidetur fore, sed & hæc, & alia coràm. Hodie quidem (ut scribis) aut cras.

a for. fuisse
b al. non quòd
c al. Citerius.
d sic v.c. fort. vtrobi erit, al. cum utro erit,

CICERO ATTICO S. 23

MIrificè torqueor, sine dolore tamen: sed permulta mihi de nostro itinere in vtramque partem occurrunt. quousque, inquies? quoad erit integrum: erit autem vsque dum ad nauem. Pansa si re scripserit, & meam tibi, & illius epistolam mittam. Silium exspectabam, cui ὑπόμνημα compositum, si qui noui. Ego litteras misi ad Brutum: cuius de itinere etiam ex te uelim, siquid scies, cognoscere. Tabellarius, [a] quem ad eum miseram, ex itinere rediit VII. kal. Ei Seruilia dixit, [1] eo die [b] Brutum Puteolis profectum. Sanè dolui, meas litteras redditas non esse. Silius ad me non uenerat. causam composui. eum libellum tibi misi. Te quo die exspectem, uelim scire.

a v.c & L. quē ad Brutum mis.
b L. Brutum H. II. prof.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 eo die Brutum H. II. profectum) secutus sum Corradi coniecturam, quam probat Malaspina, ut pote cum antiqua scriptura ualde consentaneam. sic enim habent codices manuscri. Brutum Huis. Iam, H. I id est, hora secunda. Suprà autem hac eadem epist. olim culpa operarum hoc totum omissum fuit, Pansa si rescripserit, & meam tibi, & illius epistolam mittam. 5

Verba Græca, Latinis expreßa.

ὑπόμνημα, commentarium.

CICERO ATTICO S. 24

DE meo itinere uariæ sententiæ. Multi enim ad me. sed tu incumbe, quæso, in eam curam. magna res est. An probas, si ad Kalend. Ian. cogitamus? meus animus est æquus, [a] si tamen, ut, si nihil offensionis sit, [b] & tuus. [c] etiam scribe, quo die Olympia. [d] quum [e] mysteria scilicet, ut tu scires. Casus consilium nostri itineris indicabit. Dubitemus igitur: [f] hiberna enim nauigatio odiosa, eoq. ex te quæsieram mysteriorum diem. Brutum (ut scribis) uisum iri à me puto. ego hinc uolo prid. kalend. 10 15

a v. c. sic tamen, L. ita tamen, ut, si
b fort. &, si tuus.
c al. uelim etiam scire, quo d.
d fort. quo
e L. mysteria scilicet. Vt tu scribis, casus consi.
f v. c. & I. est enim hiberna nauig.

CICERO ATTICO S. 25 20

DE Quincti negotio uideo à te omnia facta. ille tamen dolet, dubitans utrùm morem gerat Lepte, an fidem infirmet [1] Silio Mandibili. L. Pisonem uellem exire legatum. ψευδεγγράφῳ S. C. uelim scire quid sit. Tabellarius ille, quem tibi dixeram à me ad Brutum esse mißum in Anagninum, ad me uenit ea nocte, quæ proxima ante kalend. fuit, litterasq. [a] ad me attulit: in quibus unum alienum summa sua prudentia, [b] ut spectem ludos suos. Rescripsi scilicet primùm me iam profectum: ut non integrum sit: dein ἀτοπώτατον esse, me, qui Romam omnino post hæc 25 30

a I. ab eo attulit:
b v. c. idem illud, ut sp.

hæc arma non accesserim, neq. id tã periculi mei causa fecerim, quàm dignitatis, subitò ad ludos venire. Tali enim tempore ludos facere, illi honestum est, [a] *cui non necesse est spectare: mihi vt non est necesse,* [2] [b] *sic nec*
5 *honestum est. Equidem illos celebrari, & esse quàm gratissimos mirabiliter cupio: idq. ita futurum esse confido: & tecum ago, vt iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum* [c] *accipiantur: deinde omnino reliquorum dies singulos persequare. sed de ludis hactenus.*
10 *Reliqua pars* [d] *epistolæ: illa namq. in vtramque: sed tamẽ nonnullos interdum iacit igniculos virileis. Quod quale tibi videretur, vt possis interpretari, misi ad te exemplum epistolæ. quamquam mihi tabellarius noster dixerat, tibi quoque se attulisse litteras à Bruto,*
15 [e] *easq. à Tusculano esse delatas. Ego itinere sic composuerã, vt nonis Quinct. Puteolis essem. valde enim festino: ita tamen, vt, quantũ homo possit, quàm cautissimè nauigẽ* [3] *M. Aelium* [f] *cura libera. ei sine paucos specus in extremo fundo, & eos quidem subter-*
20 *raneos* [3] *, seruitutis apud Talnæ quid habituros: id me iamiam nolle, neque mihi quidquam esse tanti: sed (vt mihi dicebas) quàm lenissimè, potius ut cura liberetur, quàm vt me* [g] *succensere aliquis suspicetur. Idẽ de illo Tulliano, cupidè libero. cum Cascelio loquare: par*
25 *ua res est. sed tu* [h] *bene attendisti. nimis callidè* [i] *agebatur: ego autem, si mihi imposuisset aliquid, quod pæne fecit, nisi tua malitia affuißet, animo iniquo tulissem. Itaque* [k] *vt erit, rem impediri malo.* [4] *Octauam partem* [l] *Tullii luminarium in ædium ad strane memi*
30 *neris. Cui Cerelia, videris mancipio dare ad eam summam, quæ sub præcone fuit maxima. id opinor esse*

a L. sic nẽ honestum q- dem est:
b v.c. cui ne cesse est: spectare mihi ut
c v. c. & L. accipiantur ii ludi: deinde oĩa reliquorum ludorũ in dies singulos p.
d v.c. epistolæ, est illa q- dẽ in vtranq. partem: sed tamen &c.
e v.c. easq. ad te Tusculа. esse del.
f fort. cura liberabis. is me paucos specus in extremo f. & eos q. subt. seruit. ap. T. q.h. id me iam nolle. neque
g v. c. & L. suscensere
h v. c. verè
i v. c. agebãtur:
k v. c. & L. vt erit,
l fort. Tullianarum ædium, ad Strenæ meminerim cui. Cærelliæ videris mancupio d.

CCCLXXX. *Noui si quid erit, atque etiam si quid prospicies, quod futurum putes, scribas ad me quàm sæpissimè velim. Varroni, quemadmodum tibi mandaui, memineris excusare tarditatem litterarum mearum. Mundus istum. [a]M. Ennius quid egerit de testamento, [b]curiosius facias me velim certiorem. Ex Arpinati* VI. *Non.* 5

a al. Menius al. M. Lenius
b v. c. (curiosus enim)

ANNOTATIONES.

1 Silio mandibili.) locus hic sine controuersia corruptus est, siue eum per se spectes, siue antiquam scripturam inspicias, quæ talis, est, filio inaudibili unde Corradus putat legendum, filio amabili. alii, filio inamabili. 10

2 sic ne honestum quidem est.) sic nunc edendum curauimus, cùm vulgati omnes habeant, sic nec honestum. non malè illi quidem: sed manuscriptos sequor. Quòd autem ii habent vocem, neminem, ante, nec honestum, &c. ea uox nata est ex errore & inscitia scriptoris.

3 M. Aelium cura libera. ei sine, &c.) locus est corruptus. sic autem legitur in codice Turnes. cura liberaui, me paucos specus, &c. unde sic legendum putabam, cura liberabis. is me paucos specus, &c subintellige uerbum, rogat, aut simile. & ita ferè Corradus. Vulgata autem lectio ferri non potest. 15

4 Octauam partem Tullianarum ædium ad Strenæ) etiam hic locus corruptus est, & insanabilis, sine ope codicum manuscriptorum. Memmiani cod. partim sic habent: Tulli luminarum medium: partim, Tulli luminarum medium ad Streniæ. aliorum codicum antiquorum, quos ego non uidi, varietatem notat Malaspina. codex Turnes. ut quidam ex Memmianis, tuli luminarum, medium, &c. Corradus legi posse putat, Octauam partem tolli luminarium ædium ad Strenæ memineris, &c. Ego interea lectionē eam, quam edendam curaui, teneo. 20

Verba Græca, Latinis expressa. 25

ψευδεγγράφω, falsè perscripto.
ἀτοπώτατον, absurdissimum.

CICERO ATTICO S. 26

G*Audeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Nam cum ad te* VI. *nonas darem* 30

rem eidem tabellario, dedi etiam ad [a] Sestium scriptas πάνυ φιλοστόργως. Ille autem quòd Puteolos [b] prosequitur, humanè: quòd quæritur, iniustè. nō enim in ego tam illum expectare, cùm de Cosano rediret, debui, quàm ille aut non ire antequàm me vidisset, aut citius reuerti. Sciebat enim me celeriter velle proficisci, seséque ad me in Tusculanum scripserat esse vēturum. Te, vt à me discesseris, lacrymasse, molestè [c] ferebam. quod si, me pręsente, fecisses: consilium totius itineris fortasse mutassem. sed illud præclarè, quòd te [d] consolata est spes breui tempore congrediendi: quæ quidem expectatio me maximè sustentat. Meæ tibi litteræ non deerunt. De Bruto scribam ad te omnia. Librum tibi celeriter mittam. De Gloria, excudam aliquid ἡρακλείδιον, quod latea in thesauris tuis. De Planco, memini. Attica iure queritur. Quòd me de Bacchi, de statuarum coronis certiorem fecisti, valde gratum: ne quidquam posthac non modò tantum, sed ne tantulum quidem prætereris. Et de Herode [e] & Metio, meminero, & de omnibus, quæ te velle [f] suspicor. Modò turpem sororis tuæ filium, cùm hæc scriberem. Aduentabat autem βουλύσει. cenantib. nobis.

a L. Sextium
b v. c. persequitur, non placet.
c v. c. ferebo. fort. fero.
d v. c. consolata'st
e sic v. c. al. Et de Herode, & de Metio,
f v. c. & L. suspicabor modo Turp.

Verba Græca, Latinis expressa.

πάνυ φιλοστόργως, valde amanter.
βουλύσει, vespera, solutione bonum ab aratro.

CICERO ATTICO S. 27

Ego, vt ad te pridie scripseram, nonis constitueram venire in Tusculanum. Ibi igitur quotidie tuas litteras expectabo, & maxime de ludis: de qui-

bus etiam ad brutum tibi ſcribendum eſt: cuius epiſtolæ, quam interpretari ipſe vix poteram, exemplum pridie tibi miſeram. Atticæ meæ velim me ita excuſes, vt omnem culpam in te transferas: & ei tamen confirmes, me minimè totum amorem eò mecum [a] abſtuliſſe. 5

a v. c. attuliſſe.

CICERO ATTICO S. 28

BRuti ad te epiſtolam miſi. Dii boni! quanta ἀμηχανία! cognoſces, cùm legeris. De celebratione [a] ludorum, tibi aſſentior. Ad M. Aelium nullus tu quidem, domum. ſed, ſi cubi inciderit. de Tulliano ſemiſſe, [b] M. Axianum adhibebis, vt ſcribis. Quòd cum Coſiano egiſti, optimè. Quòd non ſolum mea, verum etiam tua expedis, gratum. Legationem probari meam gaudeo. Quod promittis, dii faxint. Quid enim mihi meis iucundius? Sed iſtam, quam tu excipis, metuo, Brutum cùm conuenero, perſcribam omnia. De Planco, & Decimo, ſanè velim. Sextum ſcutum [c] abiicere. De Mundo, ſi quid ſcies. Reſcripſi [d] ad omnia. nunc noſtra accipe. Q. filius vſque Puteolos: mirus ciuis, vt tu Fauonium, Aſinium dicas: & quidem duas ob cauſas, [e] & ut mecum, & σπείσασθαι vult cum Bruto & Caſſio. Sed tu quid ais? Scio enim te familiarem eſſe Othonum. [f] ait hic ſibi [g] Iuliam ferre: conſtitutum enim eſſe [h] diſſidium. Quæſiuit ex me pater, qualis eſſe fama. dixi, ſanè nihil me audiſſe (neſciebam enim, cur quæreret) niſi de ore, & patre. [i] Sed cur tu, inquam? At ille: filium velle. Tum ego, etſi ἐβδελυττόμην, [k] tamen negaui. putaui illa eſſe vera. [l] σκοπὸς hoc eſt enim huic noſtro, nihil 10 15 20 25 30

a v. c. & L. ludorũ Bruti, tibi aſſ.
b al. Maxianam adh.
c v.c. abicere nolebam. De L. abijcere nolebam. De
d v. c. & L. ad oia tua. nunc n.
e L. & mecũ σπείσασθαι vult, & cum
f ſic v. c.
g al. Tutiam
h v. c. & L. diſcidium.
i L. ex v. c. Sed quorſus? inquam.
K v. c. tamen negam putare me illa eſſe vera.
l L. σκοπὸς hic eſt en.

prœbe-

prębere. Illa autem οὐ παρὰ τοῦτο. *Ego tamen suspicor hunc, vt solet, halucinari. Sed uelim quæras (facilè autem potes) & me certiorem. Obsecro te, quid est hoc? Obsignata iam epistola, Formiani, qui apud*
5 *me cenabant, Plancum se aiebant, hunc Buthrotium, pridie quàm hoc scribebam, id est III. Non. [a]audisse dimissum, sine phaleris: seruulos autem dicere* ⁀, *eum, & agripetas eiectos à Buthrotiis. Macte. Sed, amabo te perscribe mihi totum negotinm. Vale.*

[a] v.c. & L. uidisse demissum,

10

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀμηχανία, inopia consilij.
σπείσασθαι, inducias facere.
ἐβδελυττόμην, abominabar.
15 σκοπὸς, scopus, finis.
οὐ παρὰ τοῦτο, non ob hoc.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM,

5

LIBER XVI.

CICERO ATTICO S. I

NONIS *Quinctil. ueni*[a] *in Puteolanum,* 10 *iens ad Brutum in Neside hæc scripsi. sed eo die, quo ueneram, cenanti Eros tuas litteras. Itàne? nonis Iuliis? mehercule istis. Sed stomachari totũ diem licet.*[1] *quidquàmne turpius, quàm Bruto nil? Redeo ad meum* 15 *igitur,*[2] [b] ἐλθωμεν. *Nihil uidi. Sed quid est, quæso, quod agripetas Buthroti concisos audio? Quid autem Plancus tam cursim? (ita enim* [c] *meditabar) diem & noctem. Sanè cupio scire, quid sit. meam profectionem laudari gaudeo. Dymæos agro pulsos, mare in-* 20 *festum habere, nil mirum. Videndum est, ut mansio laudetur.* ἐν ἐμοπλοίᾳ *Bruti uidetur aliquid præsidii esse. sed opinor, minuta nauigia. Sed iam sciam, & ad te cras. De Ventidio,* πανικὸν *puto. de Sexto, pro certo habebatur, ad arma. Quod si uerum est,* [d] *sine* 25 *bello ciuili uideo seruiendum. Quid ergo?* [e] *kalend. Ian. in Pansa spes.* λῆρος πολὺς *in uino, & in sommo istorum.* [f] *De* CCX. *optimè. Ciceronis rationes explicentur.*[3] [g] *Ouius enim recenset multa, quæ vellem: in his, ne hoc quidem malum. in mandatis sat abundè.* H-S. 30 LXXII. *satis esse, affatim prorsus. sed Xenonem*

pere-

a v.c.& L. in Puteolanum. postridie iens ad Brutum in Neside, hæc

b L θίωμεν. al. ἴτ' ἴωμεν.

c v.c.& L. audiebam)

d fort non sine bello

e v c. ad Kal. Ian.

f v.c. De cccx.

g L. ex v.c. Ouius.n.recensis multa, q.v. in his ne hoc quidem malũ. H-S. LXXII. satis esse, affatim prorsus.

[a]perexiguè, & γλίσχρως prębere, [b] minutatimque: quo plus permutasti quàm ad fructum insularum: id ille annus habeat, [c] in quem itineris sumtus accessit. Hunc ex kal. Apr. ad HS. LXXX. accommodetur.
5 *Nunc enim insulæ tantum. Videndum enim est, quid, cùm Romæ erit. non enim puto socrum illam ferendã. Pindaro[d] de Cumano negaram. Nunc, cuius rei causa tabellarium miserim, accipe. Q. F. mihi pollicetur, se Catonem. Egit autem & pater, & filius, vt tibi*
10 *sponderem: sed ita, vt tum crederes, cùm ipse cognosces. Huic ego litteras ipsius arbitratu dabo. eæ te ne mouerint. Has scripsi in eam partem, ne me motum putares. Dii faxint, vt faciat ea, quæ promittit. Commune enim gaudium. sed ego nihil dico amplius. Is*
15 *hinc VII. Id. Ait enim attributionem in idus: se autem urgeri acriter. Tu ex meis litteris, quomodo respondeas, meditabere. Plura, cùm & Brutum uidero, & Erotem remittam. Atticæ meæ excusationem accipio, eamq. amo plurimum: cui, & Piliæ salutem.*

a L perexiguè, & γλίσχρως prębere: quid quid plus permutasti, quàm ad fr.
b v c. idest minutatim: fort. hæc sunt delenda, ut non Ciceronis
c fort. ad quem itin.
d al. Decumano.

20 ANNOTATIONES IN EPIST. I. LIB. XVI.

1 quidquam ne turpius Bruto, quàm, Iul.?) sic legendum. Est autem hæc sententia, Potest ne quicquam turpius esse Bruto, quàm eius ludos ita esse proscriptos à nonis Iuliis a.d. III. idus?
2 θίωμεν) sic edendum curauimus, pro eo, quod erat in vulgatis cod ἴλθωμεν, cod. Turnesianum secuti. quamquam ex eo-
25 dem licet legere, ἴτ' ἰῶμεν, siue, ἰῶμεν.
3 Ouium enim recens.) sic emendaui locum & in vulgatis & in manuscriptis codicibus corruptum. Nam vulgati quidem sic habent. Ouius enim recenset multa, &c. manuscri. minùs mendosè. Ouius enim reces is. Vnde feci, Ouius enim recens. is &c. Quæ scriptura sine dubio recta est. recens autem, subintell. Athenis. νέηλυς.
4 in his, ne hoc quidem malum: in mandatis &c.) hoc torum,
30 in mandatis sat abunde, siue, ut habent libri ueteres, sit abunde, delendum censeo, ut alienum, & suppositum.

Verba Græca, Latinis expressa.

θέωμεν, curramus.
ἐν ὁμοπλοίᾳ, in societate nauigandi.
λῆρος πολὺς, nugę multæ.
γλίσχρως, parcè, tenuiter.

CICERO ATTICO S. 2

Sexto Id. duas epistolas accepi, vnam à meo tabellario, alteram Bruti. De Buthrotiis, longè alia fama in his locis fuerat. sed cum aliis multis hoc ferendum. Erotem remisi citiùs, quàm constitueram, [a]vt esset cum Hortensio, & quia[b] equitibus quidem ait se idibus constituisse: Hortensius verò impudenter. Nihil enim debetur ei, nisi ex tertia pensione: quæ est kalen. Sextil. ex qua pensione ipsa, maior pars est ei soluta, aliquanto ante diem. Sed hæc Eros videbit idibus. De Publilio autem, quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam: sed cùm videas, quantum de iure nostro deceßerimus, [c]qui de residuis CCCIↃ. CC. præsentia soluerimus, reliqua [d]præscribamus? Loqui cum eo (si tibi videbitur) poteris, eum commodum nostrum exspectare debere, cùm tanta sit à nobis iactura. Sed amabo te, mi Attice: uidesne, quàm blandè? Omnia nostro quoad eris Romæ, ita gerito, regito, gubernato, vt nihil à me exspectes. quamquam enim reliqua satis apta sunt ad soluendum: tamen fit sæpe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. Siquid eiusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potiùs: non modò uersura, verùm etiam uenditione, si ita res coget, nos uindicabis. Bruto tuæ litteræ gratę erant.

a v. c. ut esset qui Hortensio,
b al equitibus ait se
c v. c. qui de ref.
d v. c. & L. rescribamus? al. reliqua perscribamus.

erant. fuit enim apud illum multas horas in Neside, cùm paullo antè tuas litteras accepissem. Delectari mihi Tereo uidebatur, & habere maiorem [a] *Accio, quàm Antonio, gratiam. Mihi autem,* [b] *quæ lætiora sunt, eo plus stomachi, & molestiæ est, populum Romanum manus suas nõ in defendenda rep.* [1] *sed in* [c]*laudando consumere. Mihi quidem uidentur istorum animi incendi etiam ad repræsentandum improbitatem suam. sed tamen,* DVMMODO DOLEANT ALIQVID, *doleant quilibet. Consilium meum quòd ais quotidie magis laudari, non molestè fero: exspectabamque, si quid de eo ad me scriberes. Ego enim in uarios sermones incidebam. quin etiam idcirco trahebam, ut quàm diutissimè integrũ esset.* [2] *Sed,* [d]*quoniam Euro villa extrudimur, Brundisium cogito. Facilior enim, & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quàm piratarum, qui apparere dicuntur.* [e]*Sestius* VI. *Id. exspectabatur: sed nõ uenerat, quod sciã. Cassius cum Classicula sua venerat. Ego cùm eum uidissem* [f]V. *kal. in Pompeianũ cogitabam: inde* [g] *Aculanum. nosti reliqua. De* [h] *Tutia ita putaram.* [i]*De C. Metio, non credo: nec tamen curo plus, quàm tu. Planco, & Oppio scripsi equidem, quoniam rogaras: sed, si tibi uidebitur,* [K] *ne necesse habueris reddere. cũ enim tua causa fecerint omnia, uereor, ne meas litteras superuacaneas arbitrentur. Oppio quidem utiq.: quem tibi amicissimum cognoui. uerùm, ut uoles tu. Quoniam scribis hiematurum te in Epiro, feceris mihi gratum, si antè eo veneris, quàm mihi in Italiam te auctore veniendũ est. Litteras ad me quàm sæpissime:* [l] *sed de rebus minùs necessariis, aliquem nactus. sin*

a v.c. Actio, al. Attio,
b L. quo lætiora f.
c L. & v.c. plaudendo consf.
d v.c. & L. quoniã furcilla extrud.
e v.c. Sextius
f al. v. idus,
g L. Herculanum. q. v. c. Aeculanum. al. Aculanum
h al. Iulia
i v. c De Aebutio, non cr.
K fort. nec necesse habebis reddere, non reddes. Cùm enim &c.
l v. c. & L. si de reb.

ſin autem erit quid maius, domo mittito. ἡρακλείδειον a *Brundiſium ſalui, adoriemur. De gloria miſi tib. cuſtodies igitur, ut ſoles: ſed notentur eclogarii, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat. mihi valde placent: mallem tibi. Etiam, atque etiam vale.* 5

a L. ſi Brũd.

ANNOTATIONES.

1 ſed in plaudenda) ſic habent cod. Turneſ. non, laudando.

2 Sed quoniam furcilla extrudimur) cùm & ii libri manuſcri. quos non uidi, haberent, furo illa, aut furore illo, & ii, quos uidi: ego iam tum ex hac antiqua ſcriptura, quamuis deprauata, conieceram legendum, furcilla. meam poſtea coniecturam 10 comprobauit codex Turneſia. in quo, furcilla, ſcriptum eſt planiſſimè, & ſine ulla uarietate, aut litura. neque uerò eſt, quòd quiſquam dubitet, quin ſit hæc uera, & recta lectio. Eſt enim ſine dubio germana Ciceronis. Prouerbij autem locum obtinet, expellere furca, aut, furcilla: quo & Horar. uſus eſt epiſt. ad Fuſcum Ariſto. Naturam expellas furca, tamen uſque recurret, &c. & Catullus. Mentula conatur Pimpleum ſcandere montem: Muſæ furcillis præcipitem eijciunt. & Ariſtoph. 15 εἰρήνην τήνδε μὲν δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασι, id eſt, hanc deam clamoribus, tanquam, furcillis præcipitem eijciebant. Hanc emendationem meam Turneſia. in Aduerſaria ſua retulit.

CICERO ATTICO S. 3

Tu verò ſapienter. nunc demum enim reſcribo iis litteris, quas mihi miſiſti, conuento Antonio Tiburi. Sapienter igitur, quòd manus dediſti, quodque etiam vltro gratias egiſti. certè enim, vt ſcribis, deſeremur ocyus à rep. quàm à re familiari. Quòd verò ſcribis, te magis delectari, O TITE, SIQVID a EGO, *ſiquid agis, addis mihi ſcribendi alacritatem. Quòd Erotem non ſine munuſculo exſpectare te dicis, gaudeo non feſelliſſe eam rem opinionem tuam: ſed tamen idem* σύνταγμα *miſi ad te retractatius, & quidem* ἀρχέτυπον *ipſum crebris locis inculcatum, &*

20 25 30

a L. ego: addis mihi ſcr.

& refectum. Hunc tu tralatum in macrocolum[1] *le-*
ge in Arcano conuiuis tuis: sed si me amas, hilaris,
& bene acceptis, ne in me stomachum erumpant, cùm
sint tibi irati. De Cicerone, velim ita sit, ut audi-
5 *mus. De Xenone, coràm cognoscam: quamquam*
nihil ab eo arbitror neque indulgenter, neque illibe-
raliter. De[a] *Herote faciam, ut mandas: & ea, quæ*
scribis, ex Saufeio, & è Xenone cognoscam. de Q.
F. gaudeo tibi meas litteras priùs à tabellario meo,
10 *quàm ab ipso, redditas: quamquam te nihil fefellis-*
set. uerumtamen. sed exspecto, quid ille tecum,[b]
quid tu vicissim: nec dubito, quin suo more uterque:
sed eas litteras Curium mihi spero redditurum: qui
quidem, etsi per se est amabilis, à meque diligitur,
15 *tamen accedit magnus cumulus commendationis*
tuę. Litteris tuis satis responsum est. Nunc audi,
quod etsi intelligo scribi necesse non esse, scribo tamen.
Multa me mouent in discessu: in primis[c] *mehercule,*
quod diiungor à te. Mouet etiam nauigationis labor,
20 *alienus non ab ætate solùm nostrà, uerùm etiam à di-*
gnitate: tempusque discessus subabsurdum. Relin-
quemus enim pacem, ut ad bellum reuertamur: quod-
que temporis in prædiolis nostris & bellè ædifica-
tis, & satis amœnis, consumi potuit, in peregri-
25 *natione consumimus. Consolantur hæc: aut prode-*
rimus aliquid Ciceroni: aut, quantum profici pos-
sit, iudicabimus. deinde tu iam, ut spero, & ut
promittis, aderis: quod quidem si acciderit, om-
nia nobis erunt meliora. Maximè autem me an-
30 *git ratio reliquorum meorum: quæ quamquam*
explicata sunt, tamen quòd & Dolabellæ nomen in
his

[a] v.c. & L. Herode,
[b] fort quid tu cum eo uicissi.
[c] v.c. mercule,

bis est, [a] & attributio est mihi nominum ignota, conturbor: nec me vlla res magis ex omnibus. Itaque non mihi videor errasse, quòd ad Balbum scripsi apertiùs, vt, si quid tale accidisset, ut non concurrerent nomina, subueniret: meque tibi etiam mandasse, ut, si quid eiusmodi accidisset, cum eo communicares. quod facies, si tibi videbitur, eoque magis, si proficisceris in Epirum. Hæc ego conscendens è Pompeiano, tribus actuariolis, decem scalmis. Brutus erat in Neside etiam nunc, Neapoli Cassius. Ecquid amas Deiotarum, & non amas [b] Eram? qui, ut Blesamius venit ad me, cum ei præscriptum esset, nequid sine [c] Sestii nostri sententia ageret: neque ad illum, neq. ad quemquā nostrum retulit. Atticam nostram [d] cupio suauiari: ita mi dulcis salus visa est per te missa ab illa. Referes igitur ei plurimam, itemque Piliæ dicas uelim.

a v.c. & attributione mihi nomina ignota, non pl.

b v.c. & L. Hierem?

c v. c. & L. Sexti nostri

d v.c. & L. cupio absentem suauiari:

ANNOTATIONES.

1 lege in Arcano) sic habent omnes libri uulgati, quibuscum consentiunt aliquot manuscr. sed codex Turnes. & nonnulli alij non habent præpositionē, in: ut fortasse non sit nimis absurdum, quod à Carisio scriptum est, arcano, hic positū esse pro arcanè. ego tamen sequor uulgatos, ut Arcanum, fundum Q. fratris accipiam.

Verba Græca, Latinis expressa.

σιώταγμα, opus.
ἀρχέτυπον, archetypum, exemplar.

CICERO ATTICO S. 4

ITa, vt heri tibi narraui, uel fortasse hodie (Q. enim altero die se aiebat) in Nesida, VIII. Id. Ibi Brutus. quàm ille doluit de nonis Iuliis? mirificè est conturbatus. Itaque sese scriptum aiebat, vt venationem etiam, quæ postridie ludos Apollinareis futura est, pro-

proscriberent III. *Id. Quinctileis Libo interuenit. 7s Philonem, Pompeii libertum, & Hilarum,* [a] *suum, venisse à Sexto cũ litteris ad* COSS. *siue quo alio nomine sunt. earum exemplum* [b] *nobis legit, siquid videretur. Pauca* παρὰ λέξιν, *ceteroqui & satis grauiter, & non contumaciter. tantum addi placuit, quòd erat* COSS. *solùm, vt esset, praett. tribb. pl. senatui, ne illi non proferrent eas, quæ ad se ipsos missæ essent. Sextum autem nuntiauit cum vna solum legione fuisse Karthagine: eique eo ipso die, quo oppidum* [c] *Boream cepisset,* [d] *nuntiatum est de Cæsare; capto oppido, miram lætitiam, commutationemq́. animorum, concursumq́. vndique: sed illum ad sex legiones, quas in vlteriore reliquisset, reuertisse. Ad ipsum autem Libonem scripsit, nihil esse, nisi ad larem suum liceret. summa postulatorum, vt omnes exercitus dimittantur, qui vbique sint. Hæc ferè de Sexto. de Buthrotiis, vndique quærens, nihil reperiebam: alii concisos agripetas: alii Plancum, acceptis nummis, relictis illis, aufugisse,* [e] *itaque non video sciturum me, quid eius sit, in statim aliquid litterarum. Iter illud Brundisium, de quo dubitabam, sublatum videtur. legiones enim aduentare dicuntur. hęc autem nauigatio habet quasdam suspiciones periculi. itaque constituebam vti* ὁμοπλοίᾳ. *Paratiorem offendi Brutum, quàm audiebam. nam et ipse Domitius bona planè habet dicrota, suntq́. nauigia præterea luculenta Sextii,* [f] *Buciliani, ceterorum. nam Cassii classem, quæ planè bella est, non numero vltra fretum. Illud est mihi submolestum, quòd parum Brutus properare videtur. Primùm confectorum ludorum*

[a] v. c. suum libertum, non pl.

[b] v. c. nobis legit. dixi, quid videretur.

[c] sic v. c. al. Eboram

[d] v. c. & L. nũciatum esse de Cæs.

[e] fort. Itaq. uideo non sciturum

[f] al. Bucilani,

dorum nuntios expectat: deinde, quantum intelligo, tardè est nauigaturus, consistens in locis pluribus. tamen arbitror esse commodius tardè nauigare, quàm omnino non nauigare. Et, si, cùm processerimus, exploratoria videbuntur, [1] [a] *& testis vtemur.* 5

a v. c. testis vtemur L. Etesiis vtē. al. & tectis utem. al. & testis uremur.

ANNOTATIONES.

1 Etesijs vtemur) sic edendum curauimus codicem Turnes. secuti, quomodo iam antè legendum coniecerat Seb. Corradus.

Verba Græca, Latinis expressa.

παρὰ λέξιν, præter consuetudinem loquendi. 10

CICERO ATTICO S. 5

T*Vas iam litteras Brutus expectabat, cui quidē ego non nouum attuleram de Tereo* [a] *Accii. ille Brutum putabat, sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse:* [b] *quę quidem me minimè fefellit. Scis enim, quid ego de Grecis ludis existimem. Nunc audi, quod pluris est, quàm omnia. Quinctus fuit mecum dies compluereis, &, si ego cuperem, ille vel* [c] *plureis fuisset: sed* [d] *quantum fuit, incredibile est, quàm me in omni genere delectauit: in eoque maximè* [e] *in quo minimè satisfaciebat. sic .n. commutatus est totus & scriptis meis quibusdam, quę in manibus habebam, & assiduitate orationis, & præceptis, vt tali animo in remp. quali nos volumus, futurus sit. Hoc cum mihi non modò confirmasset, sed etiam persuasisset, egit mecum accuratè multis verbis, tibi vt sponderem, se dignum & te, & nobis futurum: neque se postulare, vt statim crederes: sed, cum ipse perspexisses, tum vt se amares. quòd nisi fidem mihi fecisset, iudicassemque, hoc, quod dico, firmum fore: non fecissem id,* 15 20 25 30

a L. Attij.
b v. c. & L. quod q.
c v.c. pluris
d fort. quā- diu fuit,
e L. in quo minimè putaram, satisfaciebat. sic enim commutatus est t.

id, quod dicturus sum. Duxi enim mecum adolescentem ad Brutum. Sic ei probatum est quod ad te scribo, vt ipse crediderit, me sponsorem accipere noluerit, eumque laudans amicissimè mentionem tui fecerit: complexus, osculatusq. dimiserit. Quamobrem, etsi magis est quòd gratuler tibi, quàm quòd te rogem, tamen etiam rogo, vt, [a] *siquæ minus antea, propter infirmitatem ætatis, constanter ab eo fieri videbantur, ea iudices illum abiecisse, mihiq. credas, multum allaturam, vel plurimum potius, ad illius iudicium confirmandum, auctoritatem tuam Bruto cum sæpe iniecissem de* ὁμοπλοίᾳ, *non perinde, atq. ego putaram, arripere visus est. existimabam* μετεωρότερον *esse, & hercule erat, & maximè de ludis. At mihi, cum ad villam redissem, Cn. Lucceius, qui multum vtitur Bruto, narrauit illum valde morari, non tergiuersantem, sed expectantem, siqui fortè casus. itaque dubito, an Venusiam tendam, & ibi expectem de legionibus. si aberunt (vt quidem arbitrantur) Hydruntem. si neutrum erit* ἀσφαλὲς: *eodem reuertar. Iocari me putas? moriar, si quisquam me tenet, præter te. etenim circumspice, sed* [b] *antè erubesco.* [c] *O dies in auspiciis Lepidi descriptos, & aptos ad consiliũ reditus nostri. magna* ῥοπὴ *ad proficiscendũ tuis litteris. atq. vtinam te illic. sed vt conducere putabis. Nepotis epistolam expecto, cupidus ille meorũ, qui ea, quibus maximè γαυριῶ, legenda non putet? Et ais,* μετ' ἀμύμονα: *tu verò* ἀμύμων. *Ille quidẽ* ἄμβροτος. *Mearũ epistolarũ nulla est* συναγωγὴ: *sed habet Tiro instar septuaginta: & quidem sunt à te quædam sumende: eas ego oportet perspiciam, corrigam. tum denique edentur.*

Verba

[a] al. siqua

[b] L. antè quàm erubesco.

[c] L. O dies in auspicijs Lepidi lepidè descriptos, & aptè ad consil. al. O dies in auspicijs lepidè descr. & aptè ad &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

μετεωρότερον, suspensiore animo.
ἀσφαλὲς, tutum.
ῥοπὴ, momentum, inclinatio.
γαυριῶ, glorior.
μετ' ἀμύμονα, post expertem culpæ.
ἀμύμων, reprehensionis expers.
ἄμβροτος, immortalis.
συναγωγὴ, collectio.

CICERO ATTICO S. 6 10

Ego adhuc (perueni enim Vibonē ad Siccam) magis commodè, quàm strenuè, nauigaui: remis .n. magnam partem: prodromi nulli. Illud satis opportunè: duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, Pæstanus, & Vrbonensis: vtrumq.[a] *pedibus, equis transmisimus. Veni igitur ad Siccam octauo die è Pompeiano, cum vnum diem Veliæ constitissem: vbi quidem fui sanè libenter apud Talnam nostrum, nec potui accipi (illo absente præsertim) liberalius.* [b] IX. Kal. *igitur ad Siccam. ibi tanquam domi meæ scilicet. itaque obduxi posterum diem. Sed putabam, cum Rhegium venissem, fore, vt illic* δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες *cogitaremus, corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum,* [1] [c] *ast inde Corcyram: &, si oneraria, statimne freto, an Syracusis. Hac super re scribam ad te Rhegio. Mehercule, mi Attice, sæpe mecū,* ἦ δεῦρ' ὁδός σοι τί δυνάται. *Cur ego tecum non sum? Cur ocellos Italiæ, villulas meas, nō video? Sed id satis superque:* [2] [d] *tecum me non esse fugientē periculum. Nec id nunc quidem (nisi fallor) nullum est. ad ipsum enim reuocat me auctoritas tua. scribis*

Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30

a sic v. c. al. pedibus, & equis trāsm. L. pedibus transmis.

b cod. vulg. VIII.

c L. atque inde Corcyr.

d v. c. & L. tecum me non esse? quid fugientem? periculum ne? At id nunc quidem,

bis enim, in cælum ferri profectionem meam: sed ita, si ante kalend. Ian. redeam. quod quidem certè enitar. malo enim uel cum timore domi esse, quam sine timore Athenis tuis. Sed tamen prospice, quò ista
5 uergant: mihique aut scribe, aut (quod multo malim) affer ipse. hæc hactenus. Illud uelim in bonam partem accipias: me agere tecum, quod tibi maiori curæ sciam esse, quàm ipsi mihi. Nomina mea, per deos, expedi, exsolue. [a] bella reliqui. sed opus
10 est diligentia, coheredibus pro Cluuiano Kal. Sext. persolutum ut sit. Cum Publilio quomodo agendum sit, videbis. non debet urgere, quoniam iure non utimur: sed tamen ei quoque satisfieri planè uolo. Terentiæ uerò quid ego dicam? Etiam ante diem, si
15 potes. quin, si, ut spero, celeriter in Epirum: hoc quod satisdatò debeo, peto à te ut antè prouideas, planeque expedias, & solutum relinquas. Sed de his satis: metuoque, ne tu nimium putes. nunc negligentiam meam cognosce. De gloria librum [b] ad
20 te misi, & in eo proœmium id est, quod in Academico tertio. id euenit ob eam rem, quòd habeo uolumen proœmiorum. ex eo eligere soleo, cùm aliquod σύγγραμμα institui. Itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto proœmio, conieci id in
25 eum librum, quem tibi misi. Cùm autem in naui legerem Academicos, agnoui erratum meum. Itaque statim nouum proœmium exaraui, & tibi misi. Tu illud desecabis, & hoc agglutinabis. Piliæ S.D. et Atticæ, deliciis, atque amoribus meis. Vale.

30

[a] v.c. & L. bella reli- reliqui.

[b] v. c. ad te missum, &

ANNOTATIONES.

1 atque inde Corcyram) libri vulgati habent, est inde Corcyr. scribendum, atque inde Cercyram.

2 quid fugientem? periculum ne?) etiam hic locus ope cod. Turnes. præclarè restitutus est. Omnino hic codex & antiquissimus, & longè optimus est: eiusq; fide, & ueritate freti locos compluresis ab aliis uel intactos relictos, uel desperatos, uel deteriores factos, in his epistolis restituimus. quem cùm Adr. Turnebo ostendissem, & commodatò dedissem, is libros Aduersariorũ cõponens, & concinnans, sæpe hoc lib. inspecto & consulto in easdẽ, atque ego, coniecturas incidit. easq. in libros illos retulit, cùm sciset me huc negotium suscepisse, in eoq; dies & noctes uersari. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες, longam nauigationem ingressi. 10

ἡ δ' εὖρ' ὁδός σοι τί. δύναται, iter huc tibi quid prodest.

σύγγραμμα, conscriptio.

CICERO ATTICO S. 7

a v.c.viii idus Sext.

[2] *OCtauo Id. Sext. cùm à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter* CCC. *processissem, reiectus sum Austro uehementi ad eandem Leucopetram. Ibi cùm uentum exspectarem (erat enim villa Valerii nostri, ut familiariter essem, & libenter) Rhegini quidam, illustres homines, eò uenerunt Roma sanè recentes: in iis Bruti nostri hospes, qui Brutum Neapoli reliquisset. hęc afferebant: edictum Bruti, & Cassii: & fore frequentem senatum kal.* [b] *à Bruto, Cassio litteras missis ad consulareis, & prętorios: ut adessent, rogare. summam spem nuntiabant, fore, ut Antonius cederet, res conueniret, nostri Romam redirent. Addebant etiam, me desiderari, sub accusari. Quæ cùm audissem, sine ulla dubitatione abieci consilium profectionis, quo mehercule ne antea quidem delectabar. Lectis uerò tuis litteris, admiratus equidem sum, te tam vehementer* 15 20 25 30

b fort à Bruto, & Cassio

ter ſententiam commutaſſe: ſed non ſine cauſa arbitrabar. Etſi, quamuis non fueris ſuaſor, & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti, dummodò Kal. Ian. Romæ eſſem. Ita fiebat, ut, dum minus periculi videretur, abeſſem: in flammam ipſam venirem. Sed hęc etiam ſi non prudenter, tamen ἀνεμέσητα *ſunt: primùm quòd de mea ſententia acta ſunt: deinde etiam, ſi te auctore, quid debet, qui conſilium dat, præſtare, præter fidem? Illud admirari ſatis non potui, quòd ſcripſiſti his verbis,* [a] BENE IGITVR TV, QVI ἀθανασίαν, [b] BENE. [c] RELINQVE PATRIAM? *An ego relinquebam? aut tibi tum relinquere videbar? Tu id non modò non* [d] *prohibebas; verùm etiam approbabas. Grauiora, quę reſtant.* VELIM χόλιον ALIQVOD ELIMES AD ME, OPORTVISSE TE ISTVC FACERE. *Itane, mi Attice, defenſione eget meum factum, præſertim apud te, qui id mirabiliter approbaſti? Ego verò iſtum* ἀπολογισμὸν συντάξομαι: *ſed ad eorum aliquem, quibus inuitis, & diſſuadentibus profectus ſum. Etſi, quid iam opus eſt,* χολίῳ; *ſi perſeueraſſem, opus fuiſſet. At hoc ipſum non conſtanter.* NEMO DOCTVS VMQVAM (*multa autem de hoc genere ſcripta ſunt*) MVTATIONEM CONSILII, INCONSTANTIAM DIXIT ESSE. *Deinceps igitur hęc,* [1] NAM SI A PHAEDRO NOSTRO, EXPEDITA EXCVSATIO ESSET, NVNC QVID RESPONDEMVS? *Ergo id erat meum factū, quod Catoni probare non poſſim, flagitii ſcilicet plenum, & dedecoris. Vtinam à primo ita tibi eſſet viſum tu mihi, ſicut eſſe ſoles, fuiſſes Cato. Extremū illud uel moleſtiſſimū,*

a v.c. Veni
b v.c Veni
c L. Relinques patriam? al. Reliquis patriam?
d al. inhibebas,

NAM BRVTVS NOSTER SILET, *hoc est, non audet hominem id ætatis monere. Aliud habeo,*[a] *quod ex iis à te uerbis significari putem. & hercule ita est. nam* XVI. *kalend. Septembr. cùm uenissem Veliam, Brutus audiuit. Erat enim cum suis nauibus apud*[b] *Haletem fluuium, citra Veliam millia passuum* III. *Pedibus ad me statim. Dii immortales: quàm ualde ille reditu, vel potiùs reuersione mea lætatus, effudit illa omnia, quæ tacuerat! vt recordarer illud tuum* NAM BRVTVS NOSTER SILET. *Maximè autem dolebat, me kalendis Sext. in senatu non fuisse. Pisonem ferebat in cælum. Se autem lætari, quòd effugißem duas maximas uituperationes: vnam, quam itinere faciendo me intelligebam suscipere, desperationis, ac relictionis reip.*[c] *flentes mecum uulgò querebantur: quibus de meo celeri reditu non probabam: alteram, de qua Brutus, & qui vnà erant (multi autem erant) lætabantur,*[d] *quòd eam uituperationem effugissem, me existimari ad Olympia. Hoc verò nihil turpius quouis reip. tempore. sed hoc ἀναπολόγητον. Ego uerò Austro*[e] *gratias miras ago, qui me à tanta infamia auerterit. Reuersionis has speciosas causas habes, iustas illas quidem & magnas: sed nulla iustior, quàm quòd tu idem aliis litteris:* PROVIDE, SI CVI QVID DEBETVR, VT SIT VNDE PAR PARI RESPONDEATVR. MIRIFICA ENIM δυσχρησία EST, PROPTER METVM ARMORVM. *In freto medio hanc epistolam legi, ut, quid possem prouidere, in mentem mihi non ueniret,*[f] *nisi quòd præsens me ipse defen-*

a L. quod ijs à te uerb.

b v. c. Heletem

c v. c. euntes

d L. quod eam effugissem, me ex.

e v. c. gratias miras, qui me

f v. c. & L. nisi ut præsens me ipsed.

defenderem. Sed hæc hactenus. reliqua coram. Antonii edictum legi, [a] *à Bruto: & horum contra, scriptum præclarè. Sed quid ista edicta valeant, aut quo spectent, planè non video. Nec ego nunc, vt Brutus censebat, istuc ad remp. capessendum venio. Quid enim fieri potest? num quis Pisoni est assensus? num rediit ipse postridie? sed abesse hanc ætatem longè à sepulcro negant oportere. Sed, obsecro te, quid est, quod audiui de Bruto? Piliam* πειράζεσθαι παραλύσει, *te scripsisse aiebat. Valde sum commotus. etsi idem, te scribere, sperare melius. ita planè velim.* [b] *Dicas plur. sal. & suauissimæ Atticæ. Hæc scripsit nauigans, cum Pompeianum accederem,* XIIII. *Kalend.*

a L. à Bruto, & Cassio: & hor.

b v. c. & L. ei dicas plur.

ANNOTATIONES.

1 Nā, si à Phædro nr̄o, &c.) in hoc loco restituendo, distinctionē duntaxat immutaui, nihil præterea. Quod tm̄ feci in multis aliis.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀνεμέσητα, inuidia carentia, sine iusta reprehensiones.
εὐθανασίαν, facilem mortem.
σχόλιον, defensionem, explicationem tui consilii.
ἀπολογισμὸν συντάξομαι, defensionem componam.
ἀναπολόγητον, quod defendi nequit.
δυσχρησία, difficultas omnium rerum.
πειράζεσθαι παραλύσει, tentari, & vexari dissolutione neruorum.

CICERO ATTICO S. 8

Qvum sciam, quo die venturus sim, faciam vt scias. Impedimenta expectanda sunt, quę Anagnia veniunt: & familia ęgra est. kalendis, vesperi, litterę mihi [a] ab Octauiano redditæ sunt. magna

a v. c. & L. ab Octauiano. magna mol.

gna molitur. Veteranos, [a] *quique Casili, & Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam: nec mirum: quingenos denarios dat cogitat reliquas colonias obire. Planè hoc spectet, vt, se duce, bellũ geratur cum Antonio. Itaque uideo paucis diebus nos in armis fore. Quem autem sequamur? vide nomen, uide ętatem. Atque à me postulat, primum clam colloquatur mecum* [b] *vel Capuæ. Puerile hoc quidem, si id putat clam fieri posse. Docui* [c] *litteris, id nec opus esse, nec fieri posse. Misit ad me Cęcinam quendam, Volaterranum, familiarem suum, qui* [d] *hoc pertulit: Antonium cum legione Alaudarum ad urbem pergere: pecunias municipiis imperare, legionem sub signis ducere. Consultabat vtrum Romam cũ* CIↃ.CIↃ.CIↃ. *veteranorum proficisceretur, an Capuam tenere, & Antonium venientem excluderet: an iret ad treis legiones Macedonicas, quę iter secundum mare superum faciunt: quas sperat suas esse.* [e] *Hæ congiarium ab Antonio accipere voluerunt, vt hic quidem narrat: ei conuicium* [f] *grande fecerunt, contionantemq́. reliquerunt. Quid quæris? Ducem se profitetur, nec nos sibi putat deesse oportere. Equidem suasi, vt Romam pergeret. videtur enim mihi & plebeculam vrbanam, & (si fidem fecerit) etiam bonos viros secum habiturus. O Brute, vbi es? quantum* εὐκαιρίαν *amittis? Non equidem hoc diuinaui: sed aliquid tale putaui fore. Nunc tuum consilium exquiro: Romamne venio, an hic maneo, an Arpinum?* [g] ἀσφάλειαν *habet is locus?* [h] *fugiam Romam, ne desideremur, siquid actum videbitur. Hoc igitur explica. Numquam in maiore* ἀπορίᾳ *fui.*

[a] v. c. & L. qui Casilini, & Cal.
[b] v. c. & L. vel Capuæ, vel non longè à Capua
[c] v. c. per litteras,
[d] v. c. hæc
[e] L. Hæ
[f] v.c. graue
[g] L. habet hic locus. &c
[h] fortass. cupio Romã,

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 ἀσφάλειαν)habet,hic locus cupio Romam, &c.) codex Turnesianus habet, ἀσφ.habet hic locus fugam Romam. vnde videtur sic esse legendum,ἀσφ. hab. hic locus fugæ an Romam, ne desider.siquid act. videbitur.

5 *Verba Græca,Latinis expreßa.*

εὐκαιρίαν,occasionem.
ἀσφάλειαν,securitatem.
ἀπορίᾳ,dubitatione.

CICERO ATTICO S. 9

10 *Bin[a] in die mihi litteræ ab Octauiano: nunc quidem vt Romam statim veniã:velle se rem agere per senatum. Cui ego,nõ posse senatum ante kal.Ian. Quod quidem ita credo. Ille autem addit,* CONSILIO TVO. *Quid multa? Ille vrget. ego autem* [b] σκέπτομαι.*non confido ætati: ignoro, quo animo. nil sine* 15 *Pansa tuo volo. Vereor, ne valeat Antonius. nec à mari discedere libet. metuo,* [c] *nequa ἀριστεία, me absente. Varroni quidem displicet consilium pueri:* [d] *mihi non. firmas copias habet. Brutum habere potest, & rem gerit palam: centuriat Capuæ: dinumerat:* 20 *iam,iamque video bellum. Ad hæc rescribe.*

a L. vno die

b fort. σκέπτομαι.

c v. c. nequæ

d v. c. mihi nõ, si firmas

Verba Græca,Latinis expressa.

σκήπτομαι,causas necto,excuso me.
ἀριστεία,actio præclara,consensus optimatum.

25 CICERO ATTICO S. 10

Tabellarium meum kal. Roma profectum sine tuis litteris miror.[a] VI. *Arpinũ ueni,ad* IIII. *in Sinueßanum. Eodem die vulgò loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini. itaque mutaui consilium. statueram enim rectà Appia Romam. facilè* 30 *me ille eßet aßecutus. aiunt enim eum* [b] *Cæsariana*

a v. c. & L. VI. Kal. veni. ad me in Sinuess. al. VI. kal. Arpinum veni in Sinuess. Eod.

b al. Cæsarina

uti celeritate. Verti igitur me Minturnis Arpinum versus. [a] *Constitueram ut* [b] *prid. Id. aut Aquini manerem, aut in Arcano. Nunc, mi Attice, tota mente incumbe in hanc curam. magna enim res est. Tria sunt autem, maneamne Arpini, an propius accedam,* 5 *an veniam Romam. Quod censueris, faciam. sed quã primum. auidè expecto tuas litteras.* VI. *Id. manè in Sinuessano.*

a L. Constitueram t 1. idus ut aut Aquini manerem, &c.
b v. c. 1 1. idus

CICERO ATTICO S. II 10

N*Onis accepi à te duas epistolas, quarum alterã Kalendis dederas, alteram prid. Igitur prius ad superiorem. Nostrum opus tibi probari lætor:* [1] *ex quo* [2] *antè ipse posuisti quæ mihi florentiora sunt visa tuo iudicio. cerulas enim tuas miniatulas extime-* 15 *scebam. De Sicca ita est, ut scribis.* [2] [b] *ast ab ea ægrè me tenui. Itaque* [c] *perstringam sine ulla contumelia Siccæ.* [d] *& Septimię, tantum ut sciant* παῖδες παίδων *sine vallo Luciliano,* [e] *eum ex C. Fadii filia liberos habuisse. Atq. utinam eum diem videam, cum ista oratio* 20 *ita liberè vagetur, ut etiam in Siccæ domum introeat. Sed illo tempore opus est, quod fuit illis triumuiris. moriar, nisi facetè. Tu verò leges Sexto, eiusq. iudiciũ mihi perscribes,* εἷς ἐμοὶ μύριοι. *Caleni interuentũ, & Caluennæ cauebis. Quòd vereris, ne* ἀδόλεσχος: *mi*- 25 *hi tu? quis minus? cui, ut Aristophani Archilochi iãbus, sic epistola longissima quæque, optima videtur. Quòd me admones: tu verò etiam si reprehenderes, non modò facilè paterer, sed etiam lætarer: quippe cùm in reprehensione est prudentia cum* εὐμενείᾳ. 30 *Ita libenter ea corrigam, quæ à te animaduersa sunt,*

a L. anthe ipsa pos.
b L. à Fadia ægrè me ten.
c fort eam perstringam
d v. c. aut
e v. c. eum ex Galli Fadii filia lib. L. eum ex Caij Fadii filia &c. al. eum ex Q. Fadij fil.

eodem iure, quo Rubriana, potius quàm quo Scipionis: & de laudibus Dolabellæ[a] diruam cumulum. At tamen est isto loco bella (vt mihi videtur) εἰρωνεία, [b] quòd eum contra cineis in acie. [3] Illud etiam malo, [c]
5 INDIGNIVS ESSE HVNC VIVERE, quàm QVID INDIGNIVS. πεπλογραφίαν Varronis tibi probari non molestè fero: à quo adhuc ἡρακλείδειον illud non abstuli. Quòd me hortaris ad scribendum: amicè tu quidem: sed me scio agere nihil aliud. [d] Gra-
10 uedo tua mihi molesta est. Quæso adhibe, quam soles, diligentiam. [4] O Tite tibi prodesse lætor. Anagnini sunt, Mustella ταξιάρχης, & Laco, qui plurimum bibit. Librum, quem rogas, perpoliam, & mittam. Hęc ad posteriorem. Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, quatenus
15 Panætius, absolui duobus. illius tres sunt. sed, cùm initiò diuisisset ita, tria genera exquirendi officii esse: vnum cum deliberamus, honestum, an turpe sit: alterum vtile, an inutile: tertium, cum hæc inter se pugnare [e] videantur, quomodo iudicandum sit: qua-
20 lis causa Reguli: redire, honestum: manere: vtile: de duobus primis præclarè disseruit, de tertio pollicetur se deinceps [f] scripturum: sed nihil scripsit. Eum locum Posidonius persecutus: ego autem & eius librum [g] accersiui, & ad Athenodorum Caluum scri-
25 psi, vt ad me τὰ τεθάλαια mitteret: [h] quem exspecto: quem velim cohortere, et roges, vt quamprimum. in eo est περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος. Quod de inscriptione quæris, non dubito, quin τὸ καθῆκον, officium sit: nisi quid tu aliud: sed inscriptio plenior DE
30 OFFICIIS. προσφωνῶ autem Ciceroni filio. visum est non ἀνοικεῖον. De Myrtilo dilucidè. O qualeis tu sem-

[a] L. deruã
[b] L quòd eum ter contra ciueis
[c] L. indignissimum esse h. v. fort. Nonne indignũ est hunc v. fort. Nonne indignissimum est h. v. &c.
[d] v. c. Grauido
[e] al. videntur,
[f] scriptum, abest a q. v. c.
[g] L. arcessiui,
[h] v. c. & L. quæ expecto: quem coh.

ſemper iſtos? Itane in D. Brutum? de iſtis. Ego me, vt ſcripſeram, [12a] in Pompeianum non abdidi: primò tempeſtatibus, quibus nihil tætrius, deinde ab Octauiano quotidie litteræ, vt negotium ſuſciperem, Capuam venirem, iterum remp. ſeruarem. Romam vtique ſtatim, Αἰδέσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. Is tamen egit ſanè ſtrenuè, & agit. Romam veniet cum manu magna. Sed eſt planè puer, putat ſenatum ſtatim. Quis veniet? Si venerit, quis [b] incertis in rebus offendet Antonium? Kal. Ian. erit fortaſſe præſidio, aut quidem antè depugnabitur. Puero municipia mirè fauent. Iter enim faciens in Samnium, venit Cales, manſit Theani. Mirifica ἀπάντησις, & cohortatio. Hoc tu putares? ob hoc ego citius Romam, quàm conſtitueram, ſimulac conſtituero, ſcribam. Etſi nondum ſtipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen rem prid. Id. velim conficias. Epiſtolas Catinam, [c] Tauromenon, Syracuſas commodius mittere potero, ſi Valerius interpres ad me nomina gratioſorum ſcripſerit. Alii enim ſunt alias, noſtrique familiares fere demortui: publicè tamen ſcripſi, ſi vti vellet eis Valerius: aut mihi nomina mitteret. [d] De Lepidianis feris, Balbus ad me. Vſque ad III. kalend. exſpectabo tuas litteras [e] deq. Torquati negotiolo ſciturum puto. Quincti litteras ad te miſi, vt ſcires quàm valde eum amaret, quem dolet à te minùs amari. Atticæ quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis verbis ſuauium des.

a L. in Pompeianum abdidi:

b L. & v. c. incertis reb.

c L. Tauromenium,

d L. De Lepidanis ferijs,

e L. vnde me de Torqua. neg. al. me q. de Torquati negotiolo ſc.

ANNOTATIONES.

1 ex quo ante ipſa poſuiſti) lego non, ut uulgò, ex quo antè ipſe, ſed, ex quo anthe ipſa poſuiſti: anthe autem, id eſt, flores, ἄνθη. Et verò, vt ita legendum iudicem, mouet me primum codicis

dicis Turnes. auctoritas, & omnium aliorum consensus: deinde quæ sequuntur: quæ mihi florentiora sunt visa, &c. Quamuis autem codicibus nostris, non sit scriptum, anthe ipsa, satis est mihi tamen, & satis omnibus esse debet, scriptum esse, ante ipsa. aspirationis enim nota sæpe in libris scriptis aut desideratur, aut superat. quod in suo negat esse P. Vict.

2 à Fadia ægrè me tenui) Nonnulli legunt, Ab Attia ægrè &c. sed malim legi, à Fadia. codex Turnes. habet, Aste egræ : vnde quidam legunt, à Septia ægrè: alij habent, Ast ægrè me tenui. Infrà autem non admodum longè, planè scriptum est in codice Turnes moriar, nisi facetè.

3 Illud etiam malo, indignissimum esse h.) hic locus pertinet ad illum, qui est Philipp. 2. vbi vulgò legitur. Quid indignius, quàm eum viuere, qui imposuerit diadema, &c. cum ex hoc cuius intelligere liceat, esse legendum, nonne indignissimum est, &c. Hic autem vulg. lectio, indignius esse, ferri non potest: legendum autem, vel vt edidimus, & quo modo ferè habet codex Turnes. vt intelligamus, Ciceronem verborum sententiam duntaxat posuisse, non ipsa verba: vel, quomodo scribi debet in Philippica secunda, Nonne indignissimum est, &c. Præterea superiore illa verba, quòd eum ter contra ciueis, ad eandem Philippic. referenda sunt. ibi, Ter depugnauit Cæsar cum ciuibus in Thessalia, Africa, Hispania. omnibus affuit his p. Dol. &c.

4 O Tite tibi prod.) codex Turnes. habet. Librum meum illum, O Tite, &c. sed ego has treis voces, Lib. meum ill. arbitror esse ex annotatione natas, & ex ora libri, in contextum verborum Ciceronis inuectas.

5 in Pompeianum abdidi) omnes quidem libri & vulg. & manuscrip. habent, non abdidi: sed tollenda mihi videtur negatio: & ita legendum, Ego me, vt scripseram, in Pompeianum abdidi. Atque hoc modò edendum curaui. Nam hoc, non, ex vltima syllaba vocis, Pompeianum, natum puto.

Verba, Græca Latinis expressa.

παῖδες παίδων, nati natorum.

εἷς ἐμοὶ μύριοι, Vnus mihi decem millia.

εὐμενία, constantia. ἀδόλεσχος, loquax.

εἰρωνία, dissimulatio.

πεπλογραφίαν, pepli descriptionem.

ταξιάρχης, ordinis ductor, centurio.

τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, de officio.

τὰ κεφάλαια, capita.

περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος, de officio, cui quædam adiuncta est circunstantia (de officio circa aduersitatem fortunæ.)

προσφω-

προσφωνῶ, mitto dedico.
ἀνοικεῖον, alienum, improprium, non accommodatum.
Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι, pudebat quidem abnuere, ueriti sunt autem suscipere.
ἀπάντησις, occursus.

CICERO ATTICO S. 12

OPpii epistolæ, quia perhumana erat, tibi misi exemplū. de Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum. Itaque me prid. Id. arbitror Romæ futurum. Commodius est visum frustra me istic esse, cum id non necesse esset, quàm, si opus esset, non adesse: & simul, ne intercluderer, metuebam. Ille enim iam aduentare potest: etsi varii rumores, multique, quos cuperem veros. nihil tamen certi. Ego verò, quidquid est, tecum potius, quàm animi pendeam, cum à te absim, & de te, & de me. [a] Sed quid tibi dicam? [b] Bonam animum: de ἡρακλειδείῳ Varronis, negotia salsa. me quidem nihil vmquam sic delectauit. Sed hæc, & alia maiora, coram. Vale.

a v. c. & L. Sed quid tibi dicam? b v.c. Bonū enim de ἡρακλειδίῳ non pl.

CICERO ATTICO S. 13

O Casum mirificum! v. Id. cum antè lucem de Sinueßano surrexissem, venißemque diluculò ad Pontem [a] Tiretium, qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter Arpinas, obuiam mihi fit tabellarius, qui me offendit δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα. Ego statim, Cedò, inquam, si quid ab Attico. Nondum legere poteramus. nam & lumina dimiseramus, nec satis lucebat. cum autem luceret, antè scripta epistola ex duabus tuis, prior mihi legi cœpta est. Illa omnium

a v. c. Tirenum,

qui-

quidem elegantissima (ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio) nihil legi humanius. Itaque ueniam quò vocas, modò adiutore te. sed nihil tam ἀπροσδιόνυσον *mihi primò uidebatur, quàm od eas litteras, quibus ego à te consilium petieram, te mihi ista rescribere. Ecce tibi altera, qua hortaris* παρ' ἠνεμόεντα μίμαντα, Νήσου ἐπὶ ψυρίης,[a] *Appiam* ἐπ' ἀριστερ' ἔχοντα. *Itaque eo die mansi Aquini.*[1] *longulum sanè iter, & uia inepta. Inde postridie manè proficiscens, has litteras*[b] *dedi, & quidem ut è me dimitterem inuitissimus, fecerunt Erotis litteræ. Rem tibi Tiro narrabit. Tu quid faciendum sit, videbis: præterea possimne propiùs accedere. (malo enim esse in Tusculano, aut uspiam in suburbano) an etiam longiùs discedendum*[c] *putas? Crebrò ad me velim scribas. erit autem quotidie cui des. Quòd præterea consulis, quid tibi censeam faciundũ, difficile est, cùm absim. Verũtamen, si paras æquè inter se, quiescendum, sin, latiùs manabit: & quidem ad nos, deinde cõmuniter. Auidè tuum consilium exspecto. Timeo ne absim, cùm adesse me sit honestius: venire non audeo. De Antonii itineribus nescio quid aliter audio, atque vt ad te scribebam. Omnia igitur uelim explices, & ad me certa mittas. De reliquo quid tibi ego dicam? ardeo studio historiæ. Incredibiliter enim me commouet tua cohortatio: quæ quidem nec institui, nec effici potest sine tua ope. Corám igitur hoc quidẽ conferemus: in præsentia mihi uelim scribas,*[d] *quib.* COSS. *C. Fannius, M. F. tribunus pl. fuerit. Videor mihi audisse,*[e] *P. Africano, L. Mummio. id igitur quæro. Tu mihi de his reb. quæ nouantur, oĩa certa, clara,* III. *Id. ex Arpinati.*

ANNO-

a v.c. Appiam scilicet ἐπ'

b L. dedi. Tironem quidem ut q.

c L. putes?

d L. quibus cens.

e v.c. P. Africano, L. Mũmio censoribus

ANNOTATIONES.

1 longulum sanè iter,& uia inepta) codex Turnes. facit ut hunc locum mendosum putem. in eo enim legitur, & uia mata. quod quid sibi uelit,quæro. Nonnulli, madida alij,molesta: alij, mala, reponunt. Quid si legamus,madidata?sic. n.Arnobius quodam lo co,uia madidata imbribus.

Verba Græca, Latinis expreßa. 5

δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα, longam nauigationem ingredientem.

ἀπροσδιόνυσον,nihil ad rem pertinens, inexspectatum, nouum, absurdum.

παρ' ἠνεμόεντα μίμαντα,Νήσου ἐπὶ ψυρίης,pręter uentosam Mimmantem,insula in Psyria. 10

ἐπ' ἀριστέρ' ἔχοντα, ad sinistram habentem.

CICERO ATTICO S. 13

Nihil erat planè, quod scriberem. nam cùm Puteolis essem, quotidie aliquid noui de Octauiano, multa etiam falsa de Antonio. Ad ea autem, quæ scripsisti (treis enim acceperam III. Id. à te epistolas) valde tibi assentior, si multum possit Octauianus, multo firmiùs acta tyranni comprobatum iri, quàm in Telluris, atque id contra Brutum fore. sin autem vincitur: vides intolerabilem Antonium: ut, quem uelis, nescias. O[a] Sestii tabellarium, hominem nequam: postridie Puteolis Romæ se dixit fore. Quòd me mones, ut [b] pedetentim: aßentior: etsi aliter cogitabam. nec me Philippus, aut Marcellus mouet. alia enim eorum ratio. &, si non est, tamen uidetur. Sed in isto iuuene, quamquam animi satis, auctoritatis parum est. tamen uide, si fortè in Tusculano rectè esse[c] pôssim, ne id melius sit (ero libentiùs: nihil enim ignorabo) an hoc, cùm Antonius venerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubiũ, quin, quod Græci καθῆκον, nos officium. 15 20 25 30

a L. Sextij

b v.c. pedetemptim.

c al. possum, id ne melius sit:

officium? Id autem quid dubitas, quin etiam in remp. præclarè caderet? nonne dicimus coss. officium, senatus officium? Pręclare conuenit, aut da melius. Malè narras de Nepotis filio. ualde mehercule moueor, & molestè fero. Nescieram omnino, esse istum puerum. Caninium perdidi, hominem, quod ad me attinet, non ingratum. Athenodorum nihil est quòd hortere. misit enim satis bellum ὑπόμνημα.[a] Grauedini, quæso, omni ratione subueni. Quinctus [b] tui patris nepos scribit ad patris mei nepotem, se ex nonis his, quibus nos magna gessimus, ædem Opis explicaturum, idque ad populum. uidebis igitur, & scribes. Sexti iudicium exspecto.

a v.c. Grauidini,
b v.c. tui pronepos scr.

Verba Græca, Latinis expressa.

ὑπόμνημα, commentarium.

CICERO ATTICO S. 14

Noli putare pigritia me facere, quòd non mea manu scribam: sed [a] mehercule pigritia. nihil enim habeo aliud quod dicam. & tamen in tuis quoq. epistolis Alexim videor agnoscere. sed ad rem venio. Ego, si me non improbissimè Dolabella tractaßet, dubitassem fortasse, utrùm remissior essem, an summo iure contenderem. nunc verò etiam gaudeo, mihi causam oblatam, in qua & ipse sentiat, & reliqui omnes, me ab illo abalienatum, idq. præ me feram, [b] & quidem me mea facere, & reip. causa, cur illum oderim: quòd cùm eam, me auctore defendere cœpißet, non modò [c] deseruit emtus pecunia, sed etiam, quantum in ipso [d] fuerit, euerterit. Quòd autem quæris, quomodo agi placeat, cùm dies venerit: primùm velim eiusmodi sit, ut non

a v.c. mercule
b L. & quidem me facere & mea & reip. causa, ut illum od.
c L. deseruerit
d sic q v.c. al. & L. fuit, euerterit.

non alienum sit, me Romæ esse. De quo, ut de ceteris, faciam ut tu censueris. de summa autem agi prorsus[a] vehementer, & seuerè uolo. etsi sponsores appellare, videtur habere quamdam δυσωπίαν, tamen hoc quale sit, consideres velim. Possumus enim, ut sponsores appellentur, procuratorem introducere. Neque enim illi litem contestabuntur: quo facto, non sum nescius sponsores liberari. Sed & illi turpe arbitror [b] eo nomine, quod satisdatò debeat, procuratores eius non dissoluere: & nostræ grauitatis, ius nostrum sine summa illius ignominia persequi. De hoc quid placeat, rescribas uelim: [c] & non dubito, quin hoc totum leniùs administraturus sis. Redeo ad remp. Multa mehercule à te sæpe ἐν πολιτικῷ genere prudenter: sed his litteris nihil prudentius. QVAMQVAM ENIM [d] *posset in præsentia bellè iste puer* [e] *retundere Antonium, tamen exitum exspectare debemus. At quę contio? nam est missa mihi. Iurat, ita sibi parentis honores consequi liceat: & simul dextram intendit ad statuam.* [1] [f] μηδὲ σωθείην, εἴ ποτε τοιοῦτο. *sed, ut scribis,* [2] [g] *certissimum esse video discrimen, Cascæ nostri tribunatus: de quo quidē ipso dixi Oppio, cùm me hortaretur, ut adolescentem, totamq. causam, manumq. ueteranorum complecterer, me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset, eum non modò nō inimicum tyrannoctonis, uerùm etiam amicum fore, cùm ille diceret, ita futurum. Quid igitur festinamus, inquam? Illi enim mea opera ante kal. Ian. nihil opus est. nos autem eius uoluntatem ante Id. Decemb. perspiciemus in Casca. mihi ualde assensus est. quamobrem hæc quidem hactenus. Quod reliquum est, quoti-*

a v.c. uemēter,

b fort. id nomen,

c v.c. & L. nec dubito,

d v.c. postea, in pr.

e v.c. retundit

f L. μηδὲ σωθείην ὑπόγε τοσούτου.

g I. certissimum uideo uenisse in discrimen Cascæ nostri tribunatum:

quotidie tabellarios habebis. & ,ut ego arbitror,etiam [a]*quid scribas,* [b] *quotidie. Leptæ litterarũ exemplum tibi misi: ex quo mihi videtur* [c] στρατηλάξ *ille deie-ctus de gradu. Sed tu, cum legeris, existimabis.*

5 *Obsignata iam epistola, litteras à te, & à Sexto accepi. Nihil iucundius litteris Sexti, nihil amabi-lius. nam tuæ breues, priores erant vberrimę. Tu quidem & prudenter, & amicè suades, vt in his lo-cis potissimum sim, quoad audiamus, hæc, quæ com-*

10 *mota sunt, quorsum euadant. Sed me, mi Attice, non sanè, hoc quidem tempore, mouet. resp. non quo* [d] *ea sit mihi quidquam carius, aut esse debeat: sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medici-nam. quare ista valeant.* [e] *Me res familiaris mouet:*

15 *rem dico? immò verò existimatio. Cùm enim tanta reliqua sint, ne Terentię quidem adhuc quod sol-uam, expeditum est.* [f] *Terentiàm dico? scis nos pri-dem iam constituisse Montani nomine* HS. [g] XXII. *dissoluere.* 3 *Pudentissimè hoc Cicero petierat,* [h] *vt*

20 *ei de suo liberalissimè (vt tibi quoque placuerat) promiseram: Erotiq; dixeram, vt sepositum haberet.* [i] *non modo, sed iniquissimo fęnore versuram facere Aurelius coactus est. nam de Terentię nomine Tiro ad me scripsit, te dicere nummos à Dolabella fore. ma*

25 *lè eum credo intellexisse, si quisquam malè intelligit: potius nihil intellexisse. tu enim ad me scripsisti Coc-cei i responsum, & iisdem pæne verbis Eros. Venien-dum est igitur vel in ipsam flammam. turpius est n. priuatim cadere, quàm publicè. Itaq. ceteris de re-*

30 *bus,* [k] *quia ad me suauissimè scripsisti, perturbato ani-mo, non potui,* [l] *vt consueueram, rescribere. Consenti*

a L. quod scribas,
b L. habebis quotidie
c L. στρατηλάτις
d v. c. aut sit
e v. c. me res familiares mouent.
f fort. Terentiæ dico?
g v. c. XXV.
h L. vt fide sua. v. c. vti de suo.
i L. non modo non fecit,
k v. c. & L. quas ad me
l v. c. & L. vt consueueram,

in hac cura, vbi sum, vt me expediam: quibus autem rebus, venit quidem mihi in mentem: sed [a] *certò constituere nihil possum, priusquam te videro. Qui minus autem ego istic rectè esse possim, quàm est Marcellus? Sed non id agitur: neque id maximè curo. Quid curem, vides. Adsum igitur.*

a v. c. certè

ANNOTATIONES.

1 μηδὲ σωθείην, ὑπόγε τοιούτου.) sic habent libri vulgati, μηδὲ σωθείαν, ἤποτε τοιοῦτο. sed legendum vt habet codex Turnes. μηδὲ σωθείην, ὑπόγε τοιούτου. id est, ne seruari quidem velim à tali.

Verba Græca, Latinis expressa.

δυσωπίαν, vitiosum pudotem.
ἐν πολιτικῷ, in ciuili.
μηδὲ σωθείην ὑπόγε τοιούτου, ne saluus fiam saltem ab hoc.
στρατηλάτης, dux, imperator.

CICERO ATTICO S. 15

IVcundissimas tuas legi litteras. ad Plancum scripsi, [a] misi: habes exemplum. Cum Tirone quid sit locutus, cognoscam ex ipso. Cum sorore ages attentius, si te occupatione ista relaxaris.

a misi, abest à q. v. c.

M. CICERO L. PLANCO Pr. Desig. S. 16

ATtici nostri te ualde studiosum esse cognoui: mei verò ita cupidum, vt mehercule paucos æquè obseruanteis, atque amanteis me habere existimem. Ad paternas enim magnas, & veteres, & iustas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me: meque erga te par, atque mutua. Buthrotia tibi causa ignota non est. [a] Egi enim sæpe, tibiq;ue

a L. ex v. c. Egi enim sæpe de ea tecum, tibiq. t.

vbique totam rem demonstraui: quę est acta hoc modo. Vt primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus libellum composuit. eum mihi dedit, vt darem Cæsari. eram enim cenaturus
5 *apud eum illo die.* [a] *Cum libellum Cæsari dedi, probauit causam: rescripsit Attico, ęqua eum postulare: admonuit tamen,* [b] *vt pecuniam reliquam Buthrotii ad diem soluerent. Atticus, qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. Quod*
10 *cum eßet factum,* [c] *adiimus ad Cæsarem: verba fecimus pro Buthrotiis. liberalissimum decretum abstulimus: quod est obsignatum ab amplissimis viris. Quę cum essent acta, mirari* [d] *quidem solebam, pati Cæsarem conuenire eos, qui agrum Buthrotium concupis-*
15 *sent, neque solum pati, sed etiam ei negotio te præficere. itaque & ego cum illo locutus sum, & sępius quidem, vt etiam accusarer ab eo, quòd parum constantiæ suæ confiderem.* [e] *& Marco Meßallæ, & ipsi Attico dixit, vt sine cura essent: aperteque osten-*
20 *debat, se præsentium animos (erat enim popularis, vt noras) offendere nolle, cum mare transissent, curaturum se, vt in alium agrum deducerentur. Hæc illo viuo. Post interitum* [f] *verò Cæsaris, vt primùm ex S.C. causas* COSS. *cognoscere instituerunt, hęc, quæ su-*
25 *prà scripsi, ad eos delata sunt: probauerunt causas sine vlla dubitatione, seque ad te litteras daturos eße dixerunt. Ego autem, mi Plance, etsi non dubitabam, quin, & S.C. & lex, & consulum decretum, ac litteræ apud te plurimum auctoritatis haberent,*
30 *teque ipsius Attici causa velle intellexeram: tamen hoc pro coniunctione,* [g] *& beneuolentia nostra mibi*

a v. c. & L. eum libellum Cæsaris dedi: prob.
b al. vt pecuniæ reliquum B.
c v. c. adimus ad Cæsarem: verba facimus pro
d L. equidē soleb.
e v. c. & L. & M. Mess.
f v.c. autem
g v.c. & beniuolentia

ſumſi, vt id à te peterem, quod tua ſingularis hu-manitas, ſuauiſſimique mores à te eßent impetratu-ri. Id autem eſt, vt hoc, quod de tua ſponte facturum eſſe certò ſcio, honoris noſtri cauſa libenter, proli-xè, celeriter facias. Mihi nemo eſt [a] *amicior, nec iu-cundior, nec carior Attico: cuius antea res ſolum fa-miliaris agebatur, eaque magna: nunc acceſſit etiam exiſtimatio, vt, quod conſecutus eſt magna & indu-ſtria, & gratia, & viuo Cęſare, & mortuo, id te adiuuante obtineat. Quod ſi à te erit impetratum, ſic velim exiſtimes, me de tua liberalitate ita inter-pretaturum, vt tuo ſummo beneficio me affectum iu-dicem. Ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitror, ſtudiosè, diligenterque curabo. Da ope-ram, vt valeas.*

a v.c. amicitior, non pl.

CICERO PLANCO PR. DES. S. 17

IAm antea petiui abs te per litteras, vt, cùm cau-ſa Buthrotiorum probata à COSS. *eßet, quibus & lege, & S. C. permiſſum erat, vt de Cæſaris actis cognoſcerent, ſtatuerent, iudicarent: eam rem tu ad-iuuares: Atticumque noſtrum, cuius te ſtudioſum cognoui, & me, qui non minus laboro, moleſtia li-berares. Omnibus enim rebus magna cura, multa ope-ra, & labore confectis, in te poſitum eſt, vt noſtræ ſollicitudinis finem quamprimùm facere poſſimus. quamquam* [a] *intelligimus, ea te eſſe prudentia, vt vi-deas, ſi ea decreta* COSS. *quę de Cæſaris actis inter-poſita* [b] *ſint, non ſeruentur, magnam perturbationem rerũ fore. Equidem, cum multa (quod neceſſe erat in tanta occupatione) non probentur, quæ Cæſar ſtatue-rit, tamen otii, paciſq. cauſa acerrimè illa ſoleo defen-dere:*

a v. c. intellegimus,

b v. c. ſunt,

dere: quod tibi idem [a] magnopere faciendum censeo: quamquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. Igitur, mi Plance, rogo te, & etiam oro, sic mediusfidius, vt maiore studio, magisque ex animo agere non possim, vt totum hoc negotium ita agas, ita tractes, ita conficias, ut, quod sine vlla dubitatione apud coss. obtinuimus propter summam bonitatem, & æquitatem causæ, id tu nos obtinuisse non modò facilè patiare, sed etiam gaudeas. Qua quidem voluntate [b] esse erga Atticum, sæpe præsens, & illi ostendisti, & verò etiam mihi. Quòd si feceris, me, quem voluntate, & paterna necessitudine [c] coniunctum semper habuisti, maximo beneficio deuictum habebis: idq; ut facias, te vehementer etiam atq; etiam rogo.

a v. c. magnoopere

b L. te esse erga

c fort. tecum coniunct.

CICERO CAPITONI SVO S. 18

NVmquam putaui fore, vt supplex ad te uenirem. sed hercule facilè patior datum tempus, in quo amorem experier tuum. Atticum quanti faciam, scis. Amabò te, da mihi & hoc: obliuiscere mea causa, illum aliquando suo familiari, aduersario tuo voluisse consultum, cùm illius existimatio ageretur. Hoc primùm ignoscere est humanitatis tuæ: suos enim quisque debet tueri. deinde, si me amas, [a] omitte Atticum Ciceroni tuo: quem quanti facias, prę te soles ferre. Totum hoc, vt quod semper existimaui, nunc planè intelligam, me à te multum amari. Buthrotios cùm Cęsar decreto suo, quod ego obsignaui cum multis amplissimis viris, liberauisset, ostendissetque nobis, se, cùm agrarii mare transissent, litteras missurum, quem in agrum deducerentur: accidit, vt

a v.c. & L. omitte Atticum Ciceroni tuo, quem quanti facias, præ te soles ferre, totum hoc da, ut,

subitò ille interiret. deinde, quemadmodum tu scis, (interfuisti enim cùm COSS. *oporteret ex S. C. de actis Cæsaris cognoscere) res ab iis in kal. Iun.*[a] *dilata. Accessit ad S.C. lex. quæ lata est*[b] *ad* IIII. *Non. Iun. quę lex, earum rerum, quas Cęsar statuisset, decreuisset, egisset,* COSS. *cognitionem dedit. Causa Buthrotiorum delata est ad* COSS. *decretum Cæsaris recitatum est, & multi præterea libelli Cæsaris prolati.* COSS. *de consilii sententia decreuerunt secundum Buthrotios. Plancum dederunt. Nunc, mi Capito (scio enim, quantum semper apud eos, quibuscum sis, posse soleas) eos plus apud hominem facillimum, atque humanissimum Plancum enitere, elabora, uel potiùs eblandire, effice, ut Plancus, quem spero optimum esse: sit etiam melior opera tua. Omnino res huiusmodi videtur esse, vt sine cuiusquam gratia, Plancus ipse pro ingenio, & prudentia sua non sit dubitaturus, quin decretum* COSS. *quorum & lege, & S. C. cognitio, & iudicium fuit, conseruet: pręsertim cùm, hoc genere cognitionum labefacto, acta Cæsaris in dubium ventura uideantur: quæ non modò ii, quorum interest, sed etiam ii, qui illa non probant, otii causa confirmare velint. Quod cùm ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc, animo libenti, prolixoq. facere: quod certè faciet, si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatemq. qua nemo tibi par est, adhibueris. Quod ut facias, te uehementer rogo.*

a v.c.& L. dilata est. Acc.

b L. a.d.

CICERO C. CVPIENNIO S. 19

P*Atrem tuum plurimi feci, meque ille mirificè & coluit, & amauit: nec*[a] *mehercule umquam mihi dubium fuit, quin à te diligerer. Ego quidem id facere*

a v. c. mercule

5 10 15 20 25 30

cere non destiti. Quamobrem peto à te in maiorem modum, vt ciuitatem Buthrotiam subleues, decretumque coss. quod ii secundum Buthrotios fecerunt, cùm & lege, & S. C. statuendi potestatem haberent,
5 des operam ut Plancus noster quamprimùm confirmet, & [a] probet. Hoc te vehementer, mi Cupienni, etiam atque etiam rogo.

[a] v. c. comprobet,

CICERO PLANCO PR. DES. S. 20

10 IGnosce mihi, quòd cùm antea accuratissimè de Buthrotiis ad te scripserim, eadem de re sæpius scribam. Non mehercule, mi Plance, facio, quòd parum confidam aut liberalitati tuæ, aut nostræ amicitiæ: sed cùm tanta res agatur Attici nostri, nunc ve-
15 rò etiam existimatio, ut id quod probauit [a] cos. nobis testibus, & obsignatoribus, qui & decretis & responsis Cæsaris interfueramus, uideatur obtinere potuisse: præsertim cùm tota potestas eius rei tua sit, ut ea, quæ coss. decreuerunt secundum Cæsaris de-
20 creta, & responsa, non dicam comprobes, sed studiosè, libenterque comprobes. Id mihi sic erit gratum, vt nulla res gratior esse possit. etsi iam sperabam, cùm has litteras accepisses, fore, vt ea, quę superioribus litteris à te petiissemus, impetrata essent: tamen non
25 faciam finem rogandi, quoad nobis nuntiatum erit, te id fecisse, quod magna cum spe exspectamus. [b] Deinde tum confido fore, ut alio genere litterarum utamus, tibique pro tuo summo beneficio gratias agamur. Quod si acciderit: uelim sic existimes, non tibi
30 tam Atticam, cuius permagna res agitur, quàm me, qui non minùs laboro, quàm ille, obligatum fore.

[a] L. Cæsar

[b] vulg. cod. Deinde. n. c.

CICERO CAPITONI S. 21

Non dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quòd tecum de eadem re agam sæpius. Hominis familiarissimi, & mihi omnibus reb. coniunctissimi permagna res agitur, Attici. Cognoui ego tua studia in amicos, etiam in te amicorum. multum potes nos apud Plancum iuuare. noui humanitatem tuam. scio quàm sis amicis iucundus. Nemo nos in hac causa plus iuuare potest, quàm tu. & res [a] *ista est firma, vt debet esse, quam* COSS. *de consilii sententia decreuerunt, cùm & lege, & S. C. cognoscerent. tamen omnia posita putamus in Planci tui liberalitate: quem quidem arbitramur cùm officii tui, & reip. causa decretum* COSS. *comprobaturum, tum libenter nostra causa esse facturum. Adiuuabis igitur, mi Capito: quod vt facias, vehementer etiam atque etiam rogo.*

a v. c & L. ita est.

M. T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD QVINCTVM FRATREM,

LIBER I.

MARCVS Q. FRATRI S. I

10 ETSI *non dubitabam, quin hanc epistolam multi nuntii, fama denique esset ipsa, sua celeritate superatura, tuq. ante ab aliis auditurus esses, annum tertium accessisse desiderio nostro, & labori tuo: tamen existimaui à me quoque tibi huius molestiæ nuntium perferri oportere. Nam superioribus litteris, non vnis, sed pluribus, cùm iam aliis desperata res esset, tamen ego tibi spem maturæ decessionis afferebam, non solùm, ut quamdiutissimè te iucunda opinione oblectarem, sed etiam quia tanta adhibebatur & à nobis, & à prætoribus contentio, vt rem posse confici non diffiderem. Nunc quoniam ita accidit, vt neque prętores suis opibus, neque nos nostro studio quidquam proficere possemus, est omnino difficile non grauiter id ferre: sed tamen nostros animos maximis in rebus & gerendis, & sustinendis exercitatos, frangi, & debilitari molestia non oportet. & quoniam ferre ea molestissimè homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt, est quiddam in hac re mihi molestiùs ferendum, quàm tibi factum: est enim mea culpa, contrà quàm tum mecum, & proficiscens,*

15

20

25

30

a fort. superiore
b fort. tibi non succed.

ficiſcens, & per litteras egeras, ut [a] priore anno [b] non ſuccederetur. Quod ego dum ſociorum ſaluti conſulo, dum impudentię nonnullorum negotiatorum reſiſto, dum noſtram gloriam tua virtute augeri expeto, feci non ſapienter: præſertim cùm id commiſerim, ut ille alter annus etiam tertium poſſet adducere. Quod quoniam peccatum meum eſſe confiteor: eſt ſapientiæ, atq. humanitatis tuæ, curare & perficere, ut hoc minùs ſapienter à me prouiſum, diligentia tua corrigatur. Ac ſi ipſe vehementiùs ad omneis parteis bene audiendi excitaris, non ut cum aliis, ſed ut tecum iam ipſe certes: ſi omnem tuam mentem, curam, cogitationem, [c] & excellentem omnibus in rebus laudis cupiditatem incitaris: mihi crede, vnus annus additus labori tuo, multorum annorum lætitiam nobis, gloriam verò etiam poſteris noſtris afferet. Quapropter hoc te primùm rogo, ne contrahas, [d] aut demittas animum, neue te obrui, tamquam fluctu, ſic magnitudine negotii ſinas, contraq. erigas, ac reſiſtas, ſiue etiam ultrò occurras negotiis. Neq. enim eiuſmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur, ſed in qua plurimum ratio poſſit, & diligentia: Quòd ſi tibi bellum aliquod magnum, & periculoſum adminiſtranti prorogatum imperium uiderem, tremerem animo, quòd eodem tempore eſſe intelligerem etiam fortunæ poteſtatem in nos prorogatam. Nunc verò ea pars tibi reip. commiſſa eſt, in qua aut nullam, aut perexiguam partem fortuna [e] tenet, & quæ mihi tota in tua virtute, ac moderatione animi poſita eſſe videatur. Nullas (ut opinor) inſidias hoſtium, nullam prælii dimicationem, nullam defectionem ſociorum, nullā inopiam

c v.c. ad exc.
d al. ac demittas
e I. teneat,

5 10 15 20 25 30

inopiam stipendii, aut rei frumentariæ, nullam seditionem exercitus pertimescimus: quæ persæpe sapientissimis uiris acciderunt, ut quemadmodum gubernatores optimi uim tempestatis, sic illi fortunæ impe-
5 *tum superare non possent. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas: ita tamen, ut ea dormientem gubernatorem uel obruere, uigilantem etiam delectare possit. Constat enim ea prouincia primùm ex eo genere sociorum, quod est[a] ex hominum omni genere hu-*
10 *manissimum: deinde ex eo genere ciuium, qui aut quòd publicani sunt, nos summa necessitudine attingunt: aut quòd ita negotiantur, ut locupletes sint, nostri consulatus beneficio se incolumeis fortunas habere arbitrantur. At enim inter hos ipsos exsistunt graues*
15 *controuersiæ, multæ nascuntur iniuriæ, magnæ contentiones consequuntur. Quasi uerò ego id putem, non te aliquantum negotii sustinere. Intelligo permagnum esse negotium, & maximi consilii. Sed memento, consilii me hoc negotium esse magis aliquanto,*
20 *quàm fortunæ, putare. Quid est enim negotii continere eos, quibus præsis, si te ipse contineas? Id autem sit magnum, & difficile ceteris, [b] sicut est difficillimum: tibi & fuit hoc semper facillimum, & uerò esse debuit: cuius natura talis est, ut etiam sine do-*
25 *ctrina uideatur moderata esse potuisse: ea autem adhibita doctrina est, quæ uel uitiosissimam naturam excolere possit. Tu cùm pecuniæ, cùm uoluptati, cùm omnium rerum cupiditati resistes, ut facis: erit, credo, periculũ, ne improbum negotiatorem, paullo cu-*
30 *pidiorem publicanum comprimere non possis. Nam Græcis quidem sic te ita uiuentẽ intuebuntur, ut quẽadmodum*

[a] L. ex omni hominum g.

[b] fort. sicut est: tibi & f. al. sicut est, & quidem difficillimum:

a L.è.cęlo

admodũ ex annaliũ memoria, aut etiam [a] de cęlo diui num hominem esse in prouinciam delapsum putent. Atque hęc nunc non ut facias, sed vt te facere, & fecisse gaudeas, scribo. Pręclarum est enim, summo cum imperio fuisse in Asia triennium, sic ut nullum te signum, nulla pictura, nullum vas, nulla vestis, nullum [b] mancipium, nulla formæ cuiusquam, nulla condicio pecuniæ (quibus rebus abundat ista prouincia) ab summa integritate, continentiaq. deduxerit. Quid autem reperiri tam eximium, aut tam expetendum potest, quàm istam virtutem, moderationem animi, temperantiam, non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ prouinciæ, atque in auribus omnium gentium, ac nationum esse positam? non itineribus tuis perterreri homines? non sumtu exhauriri? non aduentu commoueri? esse, quocumque ueneris, & publicè, & priuatim maximam lætitiam: cùm urbs custodem, non tyrannum: domus hospitem, non expilatorem, recepisse videatur? His autem in rebus iam te vsus ipse profectò erudiuit, nequaquam satis esse, [c] ipsum hasce habere virtutes, sed esse circunspiciendum diligenter, vt in hac custodia prouinciæ non te unum, sed [d] omneis ministros imperii tui, sociis, & ciuibus, & reip. præstare uideare. Quamquam legatos habes eos, qui ipsi per se habituri sint rationem dignitatis suę: de quibus honore, & dignitate, & ætate præstat Tubero: quem ego arbitror, presertim cùm scribat historiam, multos ex suis annalib. posse diligere, quos velit, & possit imitari: [e] Halienus autem noster cùm animo & beneuolentia, tum verò etiam imitatione viuendi.

5 10 15 20 25 30

b q.v.c. mancupium,

c al. te ipsum

d v.c. omnis

e fort. Hallienus al. Allienus

uiuendi. Nam quid ego de [a] *Gratidio dicam? quem certò scio ita laborare de existimatione sua, vt propter amorem in nos fraternum, etiam de nostra laboret. Quæstorem habes non tuo iudicio* [b] *delectum, sed*
5 *eum, quem sors dedit. Hunc oportere et sua sponte esse moderatum, & tuis institutis, ac præceptis obtemperare. Quorum si quis fortè esset sordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, quibus* [c] *est adstrictus: non vt ea potestate, quam tu ad dignita-*
10 *tem* [d] *permisisses, ad quæstum* [e] *abuteretur. Neque enim mihi sanè placet, præsertim cum ii mores tantũ iam ad nimiam lenitatem,* [f] *& ambitionem incubuerint, scrutari te omneis sordeis, excutere vnumquemque eorum: sed, quanta sit in quoq. fides, tantum cui-*
15 *que committere. Atque inter hos, eos quos tibi comites, & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa resp. duntaxat finib. his præstabis, quos antè præscripsi. Quos verò aut est domesticis* [g] *conuictoribus, aut ex necessariis* [h] *apparitoribus tecum esse voluisti, qui*
20 *quasi ex coborte prætoris appellari solent, horum non modò facta, sed etiã dicta omnia præstanda nobis sunt. Sed habes eos tecum, quos possis rectè* [i] *facienteis facilè diligere: minùs* [k] *consulenteis existimationi tuæ, facillimè coercere: à quibus, rudis cum esses,*
25 *videtur potuisse tua liberalitas decipi.* NAM VT QVISQVE EST VIR OPTIMVS, *ita difficillimè esse alios improbos suspicetur. Nunc verò tertius hic annus habeat integritatem eandem, quam superiores,* [l] *cautiorem etiam ac diligentiorem. Sint*
30 *aures tuæ, quæ id, quod audiunt, existimentur audire, non in quas fictè,* [m] *aut simulatè quæstus*

causa

a al. Craticio
b al. dilectum,
c v. c. esset.
d fort. ei permis.
e v. c & uteretur.
f v. c. & amb.
g v. c. conuictionibus,
h v. c. aparitionib.
i v. c. facientis
k v. c. consulentis
l L. contionem etiam diligentiorem.
m v.c. & L. & simulatè

causa insusurretur. Sit annulus tuus non vt vas aliquod, sed tanquam ipse tu: non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. Accensus [a] *sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt: qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris, ac muneris non temerè nisi libertis suis deferebant, quibus illi quidem non multo secus, ac seruis, imperabant. Sit lictor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor: maioraq. præferant fasces illi, ac secures dignitatis insignia, quàm potestatis. Toti denique sit prouinciæ cognitum, tibi omnium, quibus præsis, salutem, liberos, famam, fortunas esse carissimas. Denique hęc opinio sit, non modò iis, qui aliquid acceperint, sed iis etiam, qui dederint, te inimicum (si id cognoueris) futurum. Neque verò quisquam dabit, cùm erit hoc perspectum, nihil per eos, qui simulant se apud te multum posse, abs te solere impetrari. Nec tamen est hæc oratio mea huiusmodi, vt te in tuos aut durum esse nimium, aut suspiciosum velim. Nam siquis est eorum, qui tibi biennii spatio numqum in suspicionem auaritiæ venerit, vt ego Cæsium, & Chærippum, & Labeonem audio, &, quia cognoui, existimo: nihil est, quod non & iis, & si quis est alius* [b] *eiusmodi, & committi, & credi rectissimè putem. Sed siquis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris: huic nihil crediderís, nullam partem existimationis tuæ commiseris. In prouincia verò ipsa, si quem es nactus, qui in tuam familiaritatem* [c] *penitus intrarit, qui nobis antè fuerit ignotus: huic quantum credendum sit, vide: non quin possint multi esse prouinciales viri boni: sed hoc sperare licet, iudicare periculosum est.* Multis enim simula-

[a] v. c. sit eo numero,

[b] v. c. eiusdem modi,

[c] al. penetrarit,

ſimulationum inuolucris tegitur, *& quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura*: frons, oculi, vultus perſępe mentiuntur: oratio verò ſæpiſsime. [2] *Quamobrem qui potes reperire ex eo genere hominum, qui pecuniæ cupiditate careant his rebus omnibus, à quibus nos diuulſi eſſe* [a] *non poſſumus? Te autem, alienum hominem ament ex animo, ac non ſui commodi cauſa ſimulent? Mihi quidem per magnum videtur,* [b] *pręſertim ſi iidem homines priuatum non ferè quemquam, pętores ſemper omneis amant. Quo ex genere ſiquem fortè tui* [c] *cognoſti amantiorem (fieri enim potuit) quàm temporis:* [d] *hunc ad tuum numerum libenter adſcribito. Sin autem id non perſpicies: nullum erit genus in familiaritate cauendum magis: propterea quòd & omneis uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt: &, quicum victuri non ſunt, eius exiſtimationi conſulere non curant. Atque etiam è Gręcis ipſis diligenter cauendæ ſunt quędam familiaritates,* [e] *præter hominum perpaucorum, ſi qui ſunt vetere Græcia digni.* [f] *Sic verò fallaces ſunt permulti, & leues, & diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem* [g] *eruditi. quos ego vniuerſos adhiberi liberaliter, optimum quemque hoſpitio, amicitiaque coniungi dico oportere: nimiæ familiaritates eorum, neq. tam fideles ſunt (non enim audent aduerſari noſtris uoluntatibus)* [h] *& inuident non noſtris ſolum, verum etiam ſuis. Iam qui in eiuſmodi rebus, in quibus vereor etiam ne durior ſim, cautus eſſe velim ac diligens: quo me animo* [i] *in ſeruos eſſe cenſes? quos quidem cum omnibus in locis, tum pręcipuè in prouinciis regere debemus:*

quo

a L. non poſſumus, quem quam, qui te, alienum hominem, amet ex animo, ac non ſui commodi cauſa ſimulet?
b L. præſertim cum ijdem hom. priuatum nō f. q. pr. ſ. omn. ament.
c al. cognouiſti
d v. c. & L. hunc verò ad tuum n.
e fort. præterquam hom.
f L. ſin uerò fall.
g L. erudi-ti eos ego uniuerſ.
h v. c. & L. & verò inuident
i v. c. in ſeruis,

quo de genere multa præcipi poßunt. Sed hoc & breuißimum eſt, & facillimè teneri poteſt, vt ita ſe gerant in iſtis Aſiaticis itineribus, vt ſi iter Appia via faceres: neue intereſſe quidquam putent, vtrum Tralleis, an Formias venerint. At, ſiquis eſt ex ſeruis egregiè fidelis, ſit in domeſticis rebus, & priuatis. quæ res ad officium imperii tui, atque ad aliquam partem reip. pertinebunt, de his rebus ne quid attingat. Multa enim, quæ rectè committi ſeruis fidelibus poſſunt, tamen ſermonis, & vituperationis vitandę cauſa, committenda non ſunt. Sed neſcio quo pacto ad prӕcipiendi rationem delapſa eſt ratio mea, cum id mihi propoſitum initiò non fuiſſet. Quid enim ei præcipiam, quem ego in hoc prӕſertim genere intelligam, prudentia non eſſe inferiorem, quàm me, vſu verò etiam ſuperiorem? Sad tamen ſi ad ea, quæ faceres, [a] auctoritas accederet mea, tibi ipſi illa putaui fore iucundiora. Quare ſint hӕc fundamenta dignitatis tuæ: tua primum integritas, & continentia: deinde omnium, qui tecum ſunt, pudor: [b] delectus in familiaritatibus, & prouincialium hominum, & Græcorum, percautus, & diligens: familiæ grauis, & conſtans diſciplina. Quæ cum honeſta ſint in his priuatis noſtris, quotidianisque rationibus: in tanto imperio, tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia, diuina videantur neceſſe eſt. Hæc inſtitutio, [c] atque hæc diſciplina poteſt ſuſtinere in rebus ſtatuendis, decernendisque eam ſeueritatem, qua tua in iis rebus vſus es, ex quibus nonnullas ſimultates cum magna mea lætitia ſuſceptas habemus. niſi fortè me Paconii neſcio cuius, hominis [d] ne Græci quidem, at Myſii,

a al. mea auctoritas accederet,

b. v. c. dilectus

c al. atq. diſciplina

d L. ne Græci quidem, ſed Myſi, aut Phryges, p.

Mysii, aut Phrygii potiùs, querelis moueri putas: aut Tuscenii, hominis furiosi, ac sordidi vocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti summa cum æquitate. Hæc, & cetera
5 *plena seueritatis, quæ statuisti in ista prouincia, non facilè sine summa integritate* [a] *sustinebimus. Quare fit summa in iure* [b] *dicendo seueritas, dummodò ea ne varietur gratia, sed conseruetur æquabilis. Sed tamen parui refert abs teipso ius dici æqualiter, & diligen-*
10 *ter, nisi idem ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem concesseris. Ac mihi quidem videtur non sanè magna varietas esse negotiorum in administranda Asia, sed eo tota iurisdictione maximè* [c] *sustineri. In qua scientiæ presertim prouincialis ratio*
15 *ipsa expedita est. Constantia est adhibenda, & grauitas, quę resistat non solum gratiæ, uerùm etiam suspicioni. Adiungenda etiam est facilitas in audiendo, lenitas in* [d] *discernendo, in satisfaciendo ac disputando diligentia. His rebus nuper* [e] *Cn. Octauius,*
20 *iucundissimus fuit: apud quem* [f] *primus lictor* [g] *qui fuit, tacuit accensus: quoties quisque uoluit, dixit, & quàm uoluit diu. Quibus ille rebus fortasse nimis lenis uideretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Cogebantur Syllani homines quæ per uim &*
25 *metum abstulerant, reddere. Qui in magistratibus iniuriosè decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum. Hæc illius seueritas, acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Quòd si hæc lenitas, grata Romæ est, ut ubi tanta arro-*
30 *gantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia, denique tot magistratus, tot auxilia,*

a v c. sustineremus.
b q. v. c. dicundo
c fort. contineri.
d v. c. & L. decernendo,
e L. C. Octauius
f fort. primùm
g v c. & L. quieuit,

quo de genere multa præcipi poßunt. Sed hoc & breuißimum est, & facillimè teneri potest, vt ita se gerant in istis Asiaticis itineribus, vt si iter Appia via faceres: neue interesse quidquam putent, vtrum Tralleis, an Formias venerint. At, siquis est ex seruis egregiè fidelis, sit in domesticis rebus, & priuatis. quæ res ad officium imperii tui, atque ad aliquam partem reip. pertinebunt, de his rebus ne quid attingat. Multa enim, quæ rectè committi seruis fidelibus possunt, tamen sermonis, & vituperationis vitandę causa, committenda non sunt. Sed nescio quo pacto ad pręcipiendi rationem delapsa est ratio mea, cum id mihi propositum initiò non fuißet. Quid enim ei præcipiam, quem ego in hoc pręsertim genere intelligam, prudentia non eße inferiorem, quàm me, vsu verò etiam superiorem? Sad tamen si ad ea, quæ faceres, [a] auctoritas accederet mea, tibi ipsi illa putaui fore iucundiora. Quare sint hęc fundamenta dignitatis tuæ: tua primum integritas, & continentia: deinde omnium, qui tecum sunt, pudor: [b] delectus in familiaritatibus, & prouincialium hominum, & Græcorum, percautus, & diligens: familiæ grauis, & constans disciplina. Quæ cum honesta sint in his priuatis nostris, quotidianisque rationibus: in tanto imperio, tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia, diuina videantur necesse est. Hæc institutio, [c] atque hæc disciplina potest sustinere in rebus statuendis, decernendisque eam seueritatem, qua tua in iis rebus vsus es, ex quibus nonnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus. nisi fortè me Paconii nescio cuius, hominis [d] ne Græci quidem, at Mysii,

a al. mea auctoritas accederet,

b v. c. dilectus

c al. atq. disciplina

d L. ne Græci quidem, sed Mysi, aut Phryges, p.

Mysii, aut Phrygii potiùs, querelis moueri putas: aut Tuscenii, hominis furiosi, ac sordidi vocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti summa cum æquitate. Hæc, & cetera
5 plena seueritatis, quæ statuisti in ista prouincia, non facilè sine summa integritate [a] sustinebimus. Quare fit summa in iure [b] dicendo seueritas, dummodò ea ne varietur gratia, sed conseruetur æquabilis. Sed tamen parui refert abs teipso ius dici æqualiter, & diligen-
10 ter, nisi idem ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem concesseris. Ac mihi quidem videtur non sanè magna varietas esse negotiorum in administranda Asia, sed eo tota iurisdictione maximè [c] sustineri. In qua scientiæ presertim prouincialis ratio
15 ipsa expedita est. Constantia est adhibenda, & grauitas, quę resistat non solùm gratiæ, uerùm etiam suspicioni. Adiungenda etiam est facilitas in audiendo, lenitas in [d] discernendo, in satisfaciendo ac disputando diligentia. His rebus nuper [e] Cn. Octauius,
20 iucundissimus fuit: apud quem [f] primus lictor [g] qui fuit, tacuit accensus: quoties quisque uoluit, dixit, & quàm uoluit diu. Quibus ille rebus fortasse nimis lenis uideretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Cogebantur Syllani homines quæ per uim &
25 metum abstulerant, reddere. Qui in magistratibus iniuriosè decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum. Hæc illius seueritas, acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Quòd si hæc lenitas, grata Romæ est, ut ubi tanta arro-
30 gantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia, denique tot magistratus, tot auxilia,

[a] v c. sustineremus.
[b] q.v.c. dicundo
[c] fort. contineri.
[d] v.c. & L. decernendo,
[e] L.C. Octauius
[f] fort. primùm
[g] v c. & L. quieuit,

tanta vis, tanta ſenatus auctoritas: quàm iucunda tandem prętoris comitas in Aſia poteſt eſſe, in qua tanta multitudo ciuium, tanta ſociorum, tot vrbes, tot ciuitates vnius hominis nutum intuentur? vbi nullum auxilium eſt, nulla [a] *conqueſtio, nullus ſenatus, nulla contio? Quare cùm permagni hominis eſt, & cùm ipſa natura moderati, tum verò etiam doctrina, atque optimarum artium ſtudiis eruditi, ſic ſe adhibere in tanta poteſtate, vt nulla alia poteſtas ab iis,* [b] *quibus præſit, deſideretur.* [c] *Cyrus ille à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperii: cuius ſumma grauitas ab illo philoſopho cum ſingulari comitate coniungitur: quos quidem libros non ſine cauſa noſter ille Africanus de manibus ponere non ſolebat: nullum eſt enim prætermiſſum* [d] *in his officium diligentis, & moderati imperii:* [e] *eaq., ſi ſic coluit ille, qui priuatus futurus numquam fuit, quonam modo retinenda ſunt iis, quib. imperium ita datum eſt, vt redderent, & ab iis legib. datum ad quas reuertendũ eſt?* Ac mihi quidẽ videntur huc omnia eſſe referenda [f] ab ijs, qui prȩſunt alijs, vt ij, [g] qui erũt eorum in imperio, ſint quàm beatiſſimi: *quod tibi & eſſe antiquiſſimum, & ab initio fuiſſe, vt primùm Aſiam attigiſti, conſtante fama, atque omnium ſermone celebratum eſt.* Eſt autem non modò eius, qui ſocijs et ciuibus, ſed etiam eius, *qui ſeruis, qui mutis pecudibus præſit, eorum, quibus præſit, commodis, vtilitatique ſeruire. Cuius quidem generis conſtare inter* [h] *omneis video, abs te ſummam adhiberi diligentiam: nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus. vetere autem magno,* &

[a] al. quæſtio,
[b] v.c. quibus præſit,
[c] L. Si Cyrus ille, &c.
[d] L. in eis off.
[e] L. ea igitur ſi ſic col.
[f] ab, abeſt à q.v.c.
[g] v.c. qui erunt in eorum
[h] v.c. omnis

(Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25, 30)

& graui multas abs te eſſe liberatas vrbeis: [a] complureis dirutas, ac pæne deſertas, in quibus vnam Ioniæ nobilisſimam, alteram Cariæ, Samum & Halicarnaſſum, per te eſſe recreatas: nullas eſſe in oppidis
5 ſeditiones, nullas diſcordias: prouideri abs te, vt ciuitates [b] optimatum conſiliis adminiſtrentur: ſublata Myſiæ latrocinia: cædeis multis locis repreſſas: pacem tota prouincia conſtituta: neque ſolùm illa itinerum, atque agrorum, ſed multo etiam plura,
10 & maiora oppidorum & fanorum furta, & latrocinia eſſe depulſa. Remotam à fama, & à fortunis, & ab otio [c] locupletum, illam acerbiſſimam miniſtram prætorum auaritiæ calumniam: ſumtus & tributa ciuitatum ab omnibus, qui earum ciuitatum [d] fineis
15 incolant: tolerari [e] æquabiliter: facillimos eſſe aditus ad te: patere aureis tuas querelis omnium: nullius inopiam, ac ſolitudinem, [f] non modò illo populari acceſſu, ac tribunali, ſed ne domo quidem tua, & cubiculo eſſe excluſam tuo: toto denique in imperio
20 nihil acerbum eſſe, nihil crudele, atque omnia plena clementiæ, manſuetudinis, humanitatis. Quantum verò illud eſt beneficium tuum, quòd iniquo, & graui vectigali ædilitiorum, magnis noſtris ſimultatibus, Aſiã liberaſti? [g] Enimuerò ſi vnus homo nobilis queritur
25 palàm, te, quòd edixeris, ne ad ludos pecuniæ decernerentur, HS. cc. ſibi eripuiſſe: quanta tandem pecunia penderetur, ſi omnium nomine, quicumque Romæ ludos facerent, quod erat iam inſtitutum, erogaretur? Quamquam has querelas hominum noſtrorum
30 illo conſilio oppreſſimus, quod in Aſia neſcio quonam modo, Romæ quidam non mediocri cum admiratione

Vu 2 lauda-

[a] v. c. compluris
[b] v. c. & L. optimatium
[c] v. c. & L. locupletium,
[d] v. c. finis
[e] v. c. æqualiter:
[f] L. non modò ullo pop.
[g] v. c Etenim

laudatur, quòd, cùm ad templum, monumentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent: cumque id & pro magnis meis meritis, & pro tuis maximis beneficiis, summa sua voluntate fecissent: nominatimque lex exciperet, vt AD TEMPLVM, MONVMENTVMQVE CAPERE LICERET: *cumque id, quod dabatur, non esset interiturum, sed in ornamentis templi futurum, vt non mihi potiùs, quàm populo Romano, ac diis immortalibus datum videretur: tamen id, in quo erat dignitas, erat lex, erat earum, qui faciebant, uoluntas, accipiendum non putaui,* [a] *tum aliis de causis, tum etiam vt animo æquiore ferrent ii, quibus nec deberetur, nec liceret. Quapropter incumbe toto animo,* [b] *& studio omni in eam rationem, qua adhuc vsus es, vt eos, quos tuæ fidei, potestatique S. P. Q. R. commisit, & credidit, diligas, & omni ratione tueare, vt esse quàm beatissimos velis. Quòd si te fors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus, ac barbaris nationibus: tamen esset humanitatis tuæ, consulere eorum commodis, & utilitati, salutiq; seruire. Cùm verò ei generi hominum præsimus, non modò in quo ipsa sit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas: certè iis eam potissimùm tribuere debemus, à quibus accepimus. Non enim me hoc iam dicere pudebit, præsertim in ea vita, atque in iis rebus gestis, in quibus non potest residere inertiæ, aut leuitatis vlla suspicio:* NOS EA, QVAE CONSECVTI SVMVS, HIS STVDIIS, ET ARTIBVS ESSE ADEPTOS, QVAE SINT NOBIS GRAECIAE *mo-*

a v. c. cùm alijs
b al. & omni studio

numentis, disciplinisque tradita. Quare præter communem fidem, quæ omnibus debetur, præterea nos isti hominũ generi præcipuè debere videmur, vt, quorum præceptis sumus eruditi, apud eos ipsos quod ab iis didicerimus, velimus exprimere. Atque ille quidem princeps ingenii, & doctrinę Plato, TVM DENIQVE FORE BEATAS RESP. PVTAVIT, SI AVT DOCTI, ET SAPIENTES HOMINES *eas regere cœpissent,* [a] *aut qui regerent, omne suum studium in doctrina, ac sapientia collocassent. Hanc coniunctionem videlicet potestatis, ac sapientiæ, salutis censuit ciuitatibus esse posse: quod fortasse aliquando vniuersæ reip. nostrę, nunc quidem profectò isti prouincię contigit, vt is in ea summam potestatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute, atque humanitate percipienda, plurimum à pueritia* [b] *studii fuisset, & temporis. Quare cura, vt hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutem Asiæ prorogatus esse videatur.* [c] *quoniam in te retinendo fuit Asia felicior, quàm nos in deducendo: perfice, vt lætitia prouinciæ desiderium nostrum leniatur. Etenim si in promerendo, vt tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini, fuisti omnium diligentissimus: multo maiorem in his honoribus tuendis adhibere diligentiam debes. Et quidem de isto genere honorum quid sentirem, scripsi ad te* [d] *antè. Semper eos putaui, si vulgares essent,* [e] *vileis: si temporis causa constituerentur,* [f] *leueis: si verò (id quod ita factum est) meritis tuis tribuerentur, existimabam multam tibi in his tuendis operam esse ponendam. Quare quoniam in istis vrbibus cum summo im-*

[a] v. c. & L. aut ij, qui reg.

[b] fort. studij positum fuisset, & temporis. al. studij fuisset, & temporis collocatum.

[c] fort. quoniamq. in te ret. f. As. fel. quam nos in reducendo,

[d] al. anteà.

[e] v. c. uilis:

[f] v. c. leuis:

perio, & potestate versaris, in quibus tuas virtutes consecratas, et in deorum numero collocatas vides: in omnibus rebus, quas statues, quas decernes, quas ages, quid tantis hominum opinionibus, tantis de te iudiciis, tantis honoribus debeas, cogitabis. Id autem erit eiusmodi, vt consulas omnibus, vt medeare incommodis hominum, prouideas saluti, vt te parentem Asiæ & dici, & haberi velis. Atque huic tuæ voluntati, ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani. quibus si aduersamur: ordinem de nobis optimè meritum, & per nos cum rep. coniunctum, & à nobis, & à rep. disiungemus. sin autem omnibus in rebus obsequemur: funditus eos perire patiemur, quorum non modò saluti, sed etiam commodis consulere debemus. Hæc est vna (si verè cogitare volumus) in toto imperio tuo difficultas. Nam esse abstinentem, continere [a] *omneis cupiditates, suos coercere, & iuris æquabilem tenere rationem, facilem te in rebus cognoscendis, in hominibus audiendis, admittendisq́. prębere, præclarum magis est, quàm difficile. Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi, atq. voluntate. Illa causa publicanorum quantam acerbitatem afferat sociis, intelleximus ex ciuibus, qui nuper in portoriis Italiæ tollendis, non tã de portorio, quàm de nõnullis iniuriis portitorum querebantur. Quare non ignoro quid sociis accidat in vltimis terris, cùm* [b] *audiuerim in Italia quærelas ciuium. Hic te ita versari, vt & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redemtis, et socios perire non sinas, diuinę cuiusdam virtutis esse videtur, idest, tuę. Ac primùm Græcis, id, quod acerbissimũ est, quòd sunt vecti-*

[a] v. c. omnis

[b] v. c. audiuerint

[c] al. sint

uectigales, non ita acerbum uideri debet, propterea quòd sine imperio populi R. suis institutis, per se ipsi ita fuerunt. Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pendere vectigal sine publicano non
5 *potuerunt, quòd iis æqualiter Sylla descripserat. Non esse autem leniores in exigendis uectigalib. Græcos, quàm nostros publicanos. hinc intelligi potest, quòd Caunii nuper omnes, ex insulis, quæ erant ab Sylla Rhodii attributæ, confugerunt ad senatum, nobis vt*
10 *potius vectigal, quam Rhodiis penderent. quare nomen publicani neq. ii debent horrere, qui semper vectigales fuerunt: neq. ii aspernari, qui per se pendere vectigal non potuerũt: neq. ii recusare, qui postulauerũt. Simul & illud Asia cogitet, nullam à se neque belli*
15 *externi, neque discordiarum domesticarum calamitatem* [a] *absuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur. Id autem imperium cum retineri sine vectigalibus nullo modo possit, æquo animo parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat, atq.*
20 *otium. Quòd si genus ipsum, & nomen publicani non iniquo animo sustinebunt: poterunt iis consilio, & prudentia tua reliqua uideri mitiora. Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotii, & li-*
25 *berationem molestiæ. Potes etiam tu id facere, quod & fecisti egregiè, & facis, vt commemores, quanta sit in publicanis dignitas, quantum nos illi ordini debeamus, vt, remoto imperio, ac ui potestatis, & fascium, publicanos cum Græcis gratia, atque au-*
30 *ctoritate coniungas.* [b] *Sed & ab iis, de quibus optimè tu meritus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas,*

a v. c. & L. afuturã fuisse.

b L. Sed ab iis, & de q.

vt facilitate sua, non eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere, & conseruare patiantur. Sed quid ego te hęc hortor, quæ tu non modò facere potes tua sponte sine cuiusquam præceptis, sed etiam magna iam ex parte perfecisti? non desistunt nobis agere quotidie gratias honestissimæ, & maximæ societates: quod quidem mihi idcirco iucundius est, quòd idem faciunt Græci. DIFFICILE EST AVTEM EA, QVAE COMMODIS, *vtilitate, & propè natura diuersa sunt, voluntatem coniungere. At ea quidem, quæ suprà scripta sunt, non vt te instituerem, scripsi (neq. enim prudentia tua cuiusquam præcepta desiderat) sed me in scribendo commemoratio tuæ virtutis delectauit: quamquam in his litteris longior fui, quàm aut vellem, [a] aut quàm me putaui fore. Vnum est, [b] quod tibi ego precipere non desinam, neq. te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Omnes enim, qui istinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis summis laudib. excipiant vnam iracundiam.* Quod vitium, cũ in hac priuata, quotidianaq. *vita leuis esse animi, atque infirmi videtur:* tum verò nihil est tã deforme, quàm ad summum imperium etiam acer*bitatem naturę adiungere. Quare illud non suscipiam, vt, quę de iracundia dici solent à doctissimis hominibus, ea tibi nunc exponam, cùm & nimis longus esse nolim, & ex multorum scriptis ea facilè possis cognoscere. Illud, quod est epistolę proprium, vt is, ad quem scribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat, prętermittendum esse non puto. Sic ad nos omnes ferè*

deferunt,

a L. aut me putaui fore.
b fort. quod ego tibi pr.

deferunt, nihil, cum absit iracundia, te fieri posse iucundius. Sed cum te alicuius improbitas, peruersitasque commouerit, sic te animo incitari, vt ab omnibus tua desideretur humanitas. Quare quoniam in eam rationem vitæ nos non tam cupiditas quædam gloriç, quàm res ipsa, ac fortuna deduxit, vt sempiternus sermo hominum de nobis futurus sit: caueamus, quantum efficere, & consequi possumus, ne quod in nobis insigne vitium fuisse dicatur. Neque ego hoc nunc contendo, quod fortasse cum in omni natura, tum iam in nostra ętate difficile est, mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, *id subitò vellere: sed te illud admoneo, vt, si hoc plenè vitare non potes, quòd antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur: te antè compares, quotidieque meditere, resistendum esse iracundiæ: cumque ea maximè animum moueat,* tum tibi esse diligentissimè linguam continendam: quæ quidẽ mihi virtus *non interdum minor videtur, quàm omnino non irasci. Nam illud non solum est grauitatis, sed nonnunquam etiam lenitudinis. Moderari verò & animo, & orationi, cùm sis iratus, aut etiam tacere, & tenere in sua potestate motum animi, & dolorem, etsi non est perfectæ sapientiæ, tamen est non mediocris ingenii. Atque in hoc genere multo te esse iam commodiorem, mitioremque nuntiant. Nullæ tuæ vehementiores animi concitationes, nulla maledicta ad nos, nullæ contumeliæ perferuntur: quę cùm abhorrent à litteris,* [a] *ab humanitate, tum verò contraria sunt imperio, ac dignitati.* Nam si impla-

[a] al. & ab human.

implacabiles iracundię sint: summa est acerbitas. sin autem exortabiles: *summa leuitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda est. Sed quoniam primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis, credo, propterea, quòd tibi hominum iniuriæ, quòd auaritia, quòd insolentia præter opinionem accidebat, & intolerabilis videbatur: secundus autem multo lenior, quòd & consuetudo, & ratio, & (vt ego arbitror) meæ quoque litteræ te patientiorem, lenioremq. fecerunt: tertius annus ita esse debet emendatus, vt ne minimam quidem rem quisquam possit vllam reprehendere. Ac iam hoc loco non hortatione, neq. præceptis, sed precibus tecum fraternis ago, totum vt animum, curam, cogitationemq. tuam ponas in omnium laude vndique colligenda. Quòd si in mediocri statu sermonis, ac prędicationis nostræ res essent: nihil abs te eximium, nihil præter aliorum consuetudinem postularetur. Nūc verò propter earum, in quibus versati sumus, splendorem, & magnitudinem, nisi summam laudem ex ista prouincia assequimur, vix videmur summam vituperationem posse vitare. Ea nostra ratio est, vt omnes boni [a] cùm faueant, cùm etiam à nobis omnem diligentiam, virtutemque & postulent, & exspectent: omnes autem improbi, quòd cum iis bellum suscepimus sempiternum, vel minima rē ad reprehendendum contenti esse videantur. Quare [b] quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum, celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resonans, vt vsque Romam significationes, vocesque referantur: conten-*

a fort. tum nobis faueant,

b L. quoniam eiusmodi theatrũ tuis virtutib. est d.

contende, quęso, atque elabora, non modò vt his rebus dignius fuisse, sed etiam vt illa omnia tuis artibus superasse videare. Et quoniam mihi casus vrbanam in magistratibus administrationem reip. tibi prouincialem dedit, [a] *etsi mea pars nemini cedit, fac, vt tua ceteros vincat. Simul & illud cogita, nos non de reliqua, & sperata gloria iam laborare, sed de parta dimicare. Quæ quidem non tam* [b] *expedita fuit, quam tuenda nobis est. Ac si mihi quidquam esset abs te separatum, nihil amplius desiderarem hoc statu, qui mihi iam partus est. Nunc verò res sic sese habet, vt, nisi omnia tua facta, atque dicta nostris respondeant, isthinc respondeant, ego me meis tantis laboribus, tantisque periculis, quorum tu omnium particeps fuisti, nihil consecutum putem. Quòd si vt amplissimum nomen consequeremur, vnus præter cæteros adiuuisti: certè idem vt id retineamus, præter ceteros* [c] *laborabis. Non est tibi his solis vtendum existimationibus, ac iudiciis, qui nunc sunt, hominum, sed is etiam, qui futuri sint: quamquam illorum erit verius iudicium, obtrectatione, &* [d] *maleuolentia liberatum. Denique illud etiam debes cogitare, non te tibi soli gloriam quærere: quod si esset, tamen non negligeres, præsertim cum amplissimis monumētis consecrare voluisses memoriam nominis tui: sed ea tibi est communicanda mecum, prodenda liberis nostris. In qua cauendum est, ne, si negligentior* [e] *fueris, non solum tibi parum consuluisse, sed tuis etiam inuidisse videaris. Atque hæc non eò dicuntur, vt te oratio mea dormientem excitasse, sed potius vt currentem incitasse videatur. Facies enim perpetuò,*

a L. si mea p.

b al. expetēda nobis fuit, quàm tuenda est,

c al. elaborabis.

d v.c. maliuolentia

e al. fueris. tibi parum consuluisse, sed t.

petuò, quę fecisti, vt omnes æquitatem tuam, temperantiam, seueritatem, integritatemque laudent. Sed me quædam tenet, propter singularem amorem, infinita in te auiditas gloriæ: quamquam illud existimo, cum iam tibi Asia, sicut vnicuique sua domus, nota esse debeat, cum ad tuam summam prudentiam tantus vsus accesserit, nihil esse, quod ad laudem attineat, [a] *quod tu non optimè perspicias, & tibi non, sine cuiusquam hortatione, in mentem veniat quotidie. Sed ego, qui cum tua lego, te audire, & qui, cum ad te scribo, tecum loqui videor: idcirco & tua longissima quaque epistola maximè delector, & ipse in scribendo sæpe sum longior. Illud te ad extremum & oro, & hortor, ut tanquam poetæ boni & actores industrii solent, sic in extrema parte, & conclusione muneris, ac negotii tui diligentissimus sis, vt hic tertius annus imperii tui, tanquam tertius actus, perfectissimus, atque ornatissimus fuisse videatur. Id facillimè facies, si me cui semper vni magis, quàm vniuersis, placere voluisti) tecum semper esse putabis, & omnibus iis rebus, quas dices, ac facies, interesse. Reliquum est, vt te orem, vt* [b] *valetudini tuę, si me, & tuos omneis valere vis, diligentissimè seruias.*

a L. quod & tu non

b v. c. valitudinis

ANNOTATIONES.

1 videtur potuisse tua liberalitas decipi.) Quidam libri manuscri. habent, tua libertas, quos non sequor.

2 Quamobrem qui potes reperire ex eo genere, &c.) Hunc locum sic restitui, partim coniectura ductus, partim uestigia scripturæ veteris secutus. nam, ut vulgò legitur, explicari non potest. Sic autem emendaui. Quamobrem qui potes reperire ex eo genere hominem, qui pec. cupid. add. car. iis reb. omn. à quib. n. d. esse non poss. quemquam, qui te, alien. hom. amet ex animo, ac non sui comm. causa simulet? ordo autem hic est. Qui

potes

potes repetire quemquam, qui te alienum hominem amet &c. ex eo genere homin.&c.

3 C. Octauius, iucundissimus fuit,) legendum. C. Octauius, non,Cn. Octauius. fuit autem hic augusti pater.

4 nulla conquestio, nullus senatus.) Manutio magis placet ut ita legatur, nulla quæstio:id est nullum iudicium aduersus magi-
5 stratum.

5 Si Cyrus ille, &c.) Sic esse legendum & ratio & scripturæ ueteris vestigia peruincunt Est autem hic hyperbaton. Idcirco infrà, succurrendi memoriæ lectoris gratia, quasi nouo orationis initio facto, subiungitur, quod illi superiori respondeat, Ea igitur si sic, &c. Quatenus & à viris doctis obseruatum est, & nos alibi notauimus.

10 MARCVS Q. FRATRI S. 2

Statius ad me venit [a] *ad* VIII. *kal. Nouembr. eius aduentus, quòd ita scripsisti, direptum iri te à tuis, dum is abesset, molestus mihi fuit. Quòd autem exspectationem tui, concursumque, qui erat fu-*
15 *turus, si unà tecum decederet, neque antea visus esset, sustulit, id mihi non incommodè visum est accidisse. Exhaustus enim est sermo hominum,* [b] *& multis emisse iam eiusmodi voces,* ἀλλά αἰείτινα φῶτα μέγαν· *quæ te absente confecta esse lætor. Quòd*
20 *autem idcirco à te missus est, mihi vt se purgaret, id necesse minimè fuit. Primùm enim numquam ille mihi fuit suspectus: neque ego, quæ ad te de illo scripsi, scripsi meo iudicio: sed* cùm ratio, salusq. omnium nostrum, qui ad remp. accedimus, nõ ve-
25 ritate solùm, sed etiam fama *niteretur, sermones ad te aliorum semper, non mea iudicia perscripsi. Qui quidem quàm frequentes essent, & quàm graues, aduentu suo Statius ipse cognouit. Etenim interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de*
30 *illo ipso habebantur: & sentire potuit, sermones iniquorum in suum potissimùm nomen erumpere.*

Quod

[a] L. a. d. VIII. kal.

[b] L. & multæ

Quod autem me maximè mouere solebat, cùm audiebam, illum plus apud te posse, grauitas[a] *illius ætatis, & imperii prudentia postularet (quàm multos enim mecum egisse putas, vt se Statio commendarem? quàm multa autem ipsum* ἀφελῶς *mecum in sermone ita protulisse?) id mihi non placuit : monui, suasi, deterrui. Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est (quod prorsus credo, quoniam tu ita iudicas) tamen species ipsa tam gratiosi liberti, aut serui, dignitatem habere nullam potest. Atque hoc sic habeto, (nihil enim nec temerè dicere, nec astutè reticere debeo)*[1] *materiam omnem sermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dedisse : & antea tantùm intelligi potuisse, iratos tuæ seueritati esse nonnullos : hoc manumisso, iratis, quod loquerentur, non defuisse. Nunc respondebo ad eas epistolas, quas mihi reddidit L. Cæsius, cui quoniam ita te velle intelligo, nullo loco deero. Quarum altera est de*[b] *Blandenio Zeuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari. Qua de re,*[c] *& hoc de genere toto, ne fortè me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirere, pauca cognosce. Ego cùm Græcorum querelas nimiùm valere sentirem, propter hominum ingenia ad fallendum parata : quoscumque de te queri audiui. quacumq. potui ratione placaui. Primùm Dionysipolitas, qui erant inimicissimi mei, leniui: quorum principem Hermippum non solùm sermone meo, sed etiam familiaritate deuinxi. Ego*[d] *Apamensem Ephesium, ego leuissimum hominem, Megaristum Antandrium, ego Niciam Smyrnæum, ego nugas maximas omni mea comitate sum complexus,*

a fort. istius

b al. Blaudenio

c L. & de hoc gen.

d L. Apameensem Ephesium,

xus Nymphontem etiam Colophonium. quę feci omnia, non quò me, aut ii homines, aut tota natio delectaret:[a] pertęsum est leuitatis, aßentationis, animorum, non officiis, sed temporibus. Sed, vt ad Zeuxim reuertar: cùm is de M. Cascellii sermone secum habito, quę tu scribis, ea ipsa loqueretur, obstiti eius sermoni, & hominem in familiaritatem recepi. Tu autem quæ fuerit cupiditas tanta nescio, quod scribis[b] cupiisse te, quoniam Smyrnæ[c] duos Mysos insuisses in culeum, simile in superiore parte prouinciæ edere exemplum seueritatis tuæ: & idcirco Zeuxim elicere omni ratione uoluiße: quem adductum in iudicium fortaße dimitti non oportuerit: conquiri verò, & elici blanditiis (vt tu scribis) ad iudicium, necesse non fuit, eum præsertim hominem, quem ego & ex suis ciuibus, & ex multis aliis quotidie magis cognosco nobiliorem esse propè, quàm ciuitatem suam. At enim Græcis solis indulgeo. Quid? L. Cælium nõne omni ratione placaui? quem hominem? qua ira? quo spiritu? quem denique, pręter Tuscenium, cuius causa sanari non potest, non mitigaui? Ecce supra caput homo leuis, ac sordidus, sed tamen equestri censu, Catienus. etiam is lenietur. Cuius tu in patrem quod fuisti asperior, non reprehendo: certò enim scio te fecisse cum causa. Sed quid opus fuit eiusmodi litteris, quas ad ipsum misisti? illum crucem[d] sibi ipsum constituere, ex qua tu eum antè detraxisses: te curaturum, fumo vt combureretur, plaudente tota prouincia. Quid verò ad C. Fabium, nescio quem? (nã eam quoq. epistolam T. Catienus circumgestat) renũtiari tibi, Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa

[a] L. pertæsum est. n. leuitatis,

[b] al. cupisse te

[c] v.c & L. duo Mysos

[d] al. sibi ipsi

tributa exigere? Deinde rogas Fabium, vt & patrem, & filium viuos comburat, si possit: sin minùs, ad te mittat, uti iudicio comburantur. Hæ litteræ abs te per iocum missæ ad C. Fabium, si modò sunt tuę, cùm leguntur, inuidiosam atrocitatem verborum habent. 5
Ac, si omnium mearum litterarum præcepta repetes, intelliges nihil esse à me, nisi orationis acerbitatem, & iracundiam, &, si fortè, raro litterarum missarum indiligentiam reprehensam. Quibus quidem in rebus si apud te plus auctoritas mea, quàm tua siue 10
natura paullo acrior, siue quędam dulcedo iracundiæ, siue dicendi sal, facetięq́. valuissent, nihil sanè esset, quòd nos pœniteret. Et mediocri me dolore putas affici, cùm audiam, qua sit existimatione Virgilius, qua tuus vicinus[a] Cn. Octauius? Nam si te in- 15
terioribus vicinis tuis, Cilicensi, & Syriaco anteponis, ualde magnum facis. Atque is dolor est, quòd cùm ii, quos nominaui, te innocentia non vincant, uincunt tamen artificio[b] beneuolentiæ colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neque Agesilaum nouerint: quo- 20
rum regum summo in imperio nemo vmquam verbum vllum asperius audiuit. Sed hæc à principio tibi præcipiens, quantum profecerim, non ignoro. Nunc tamen decedens (id quod mihi iam facere videris) relinque, quæso, quàm iucundissimam memoriam tui. 25
Successorem habes perblãdum: cetera valde illius aduentu tuo requirentur. In litteris mittendis (vt sæpe ad te scripsi) nimiùm te[c] inexorabilem præbuisti. Tolle omneis, si potes, iniquas, tolle inusitatas, tolle contrarias. Statius mihi narrauit, scriptas ad te solere afferri, ab se legi: &, si iniquæ sint, fieri te certiorem. ante- 30
quàm

a L. C.Oct.

b v.c. beniuolentiæ coll.

c L. exorabilem

quàm verò ipse ad te venisset, nullum [a] *delectum litterarum fuisse: ex eo esse volumina selectarum epistolarum, quę reprehendi solerent. Hoc de genere nihil te nunc quidem monio:* [b] *serò est enim ac scire potes multa me variè, diligenterq. monuisse. Illud tamen, quod Theopompo mandaui, cùm essem admonitus ab ipso, uide per homines amanteis tui, quod est facile, ut hæc genera tollantur epistolarum, primùm iniquarum: deinde contrarium: tum absurdè, & inusitatè scriptorum postremò in aliquem contumeliosarum. Atque ego hæc tam esse, quàm audio non puto: & si sunt occupationibus tuis minùs* [c] *aduersa, nunc perspice & purga. Legi epistolam, quam ipse scripsisse Sylla nomenclator dictus est, non probandam: legi nonnullas iracundas. Sed tempore ipso de epistolis. Nam cùm hanc paginam tenerem, L. Flauius, prætor design. ad me uenit, homo mihi ualde familiaris. Is mihi, te ad procuratores suos litteras misisse: quæ mihi uisæ sunt iniquissimę: ne quid de bonis, quæ L. Octauii Nasonis fuissent, cui L. Flauius heres est* [d] *diminuerent antè quàm C. Fundanio pecuniam soluissent. Itemq. misisse ad* [e] *Apollonienses, ne de bonis, quæ Octauii fuissent,* [f] *diminui paterentur, priusquàm Fundanio debitum solutum esset. Hęc mihi verisimilia non videntur. sunt. n. à prudētia tua remotissima. Ne* [g] *diminuat heres? Quid si infitiatur? Quid si omnino non debetur? Quid? prætor solet iudicare deberi? Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moueor? nemo magis:* SED VIA IVRIS EIVSMODI EST QVIBVSDAM IN REBVS, VT NIHIL

[a] v. c. delictum
[b] L. serum est enim
[c] L. animaduersa.
[d] L. deminuerent
[e] L. Apollonidienseis.
[f] L. deminui
[g] L. deminuat

SIT LOCI GRATIAE. *Atque ita mihi dicebat Flauius scriptum in ea epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda*[a] *laturum. Quid multa? ferebat grauiter*, [b] *id vehementer mecum querebatur, orabatque, vt ad te quàm diligentissimè scriberem: quod facio, & te prorsus vehementer etiam atque etiam rogo, vt & procuratoribus Flauii remittas*[c] *diminuendo, & de*[d] *Apolloniensibus nequid perscribas quod contra Flauium sit: amplius, & Flauii causa, & scilicet Pompeii, facias omnia. Nolo medius fidius ex tua iniuria in illum, tibi liberalem me videri.* [e] *sed & te oro, vt tu ipse auctoritatem, & monumentum aliquod decreti, aut litterarum tuarũ relinquas, quod sit ad Flauii rem,* [f] *& ad causam accommodatum. Fert enim grauiter homo & mei obseruantissimus, & sui iuris, dignitatisq́.* [g] *retinens, se apud te neque amicitia, neque iure valuisse: &, vt opinor, Flauii aliquando rem & Pompeius, & Cæsar tibi cõmendarunt: & ipse ad te scripserat Flauius, et ego certè. Quare si vlla res est,* [h] *quam tibi me faciendam petente putes, hęc ea sit. Si me amas, cura, elabora, perfice, vt Flauius & tibi, & mihi quàm maximas gratias agat. hoc te ita rogo, vt maiore studio rogare non possim. Quòd ad me de Hermia scribis, mihi mehercule valde molestum fuit. Litteras ad te parum fraternè scripseram: quas oratione Diodoti, Luculli liberti, cõmotus, de pactione statim quòd audieram, iracundius scripseram, & reuocare cupiebam. huic tu epistolæ non fraternè scriptæ, fraternè debes ignoscere. De Censorino, Antonio, Cassio,* [i] *Scæuula, te ab iis diligi (vt scri-*

[a] fort. illaturum. al. daturum.
[b] fort. & uehementer &c.
[c] L. demiuendo,
[d] L. Apollonidiensibus ne quid præscr.
[e] L. sed te oro,
[f] fort. & causam acc.
[g] fort. retinentiss.
[h] al. quam tibi faciendum me petente putes.
[i] v.c. Scęuula.

ſcribis) vehementer gaudeo. cetera fuerunt in eadem epiſtola grauiora, quàm vellem, ὀρθὰν τὰν ναῦν, ἅπαξ θανεῖν. Maiora iſta erunt. Meæ obiurgationes fuerunt amoris pleniſſimę, quę ſunt nonnullæ, ſed tamen me-
5 diocres, & paruæ potius. Ego te numquam vlla in re dignum minima reprehenſione putaßem, cum te ſanctiſſimè gereres, niſi inimicos multos haberemus. Quæ [a] ad te aliqua admonitione, aut obiurgatione ſcripſi, ſcripſi propter diligentiam cautionis meę, in qua &
10 maneo, & manebo, & idem vt facias, non deſiſtam rogare. Attalus Iphemens mecum egit, vt ſe ne impedires, quo minus quod ad Q. Publiceni ſtatuam decretum eſt, erogaretur: quod ego te & rogo, & admoneo, ne talis viri, tamque noſtri neceſſarii, ho-
15 norem minui per te, aut impediri velis. Præterea Aeſopi tragœdi, noſtri familiaris, Licinius ſeruus, tibi notus, aufugit. Is Athenis apud Patronem Epicureum pro libero fuit. inde in Aſiam venit. Poſtea Plato quidam Sardianus, Epicureus, qui Athenis ſo-
20 let eſſe multum, & qui tum Athenis fuerat, cum Licinius eo veniſſet, cum eum fugitiuum poſtea eße ex Aeſopi litteris [b] cognoſceret, hominem comprehendit, & in cuſtodiam Epheſi tradidit: [c] ſed in publicam, uel in piſtrinum, non ſatis ex litteris eius intelligere po-
25 tuimus. Tu, quoque modo, quoniam Epheſi eſt, hominem inueſtiges velim, ſummaque diligentia vel tecū deducas. Noli ſpectare, quanti homo ſit: parui enim pretii eſt, qui iam nihili ſit: ſed tanto dolore Aeſopus eſt affectus propter ſerui ſcelus, & audaciam, vt nihil
30 ei gratius facere poſſis, quàm ſi illum per te recuperarit. Nūc ea cognoſce, quæ maximè exoptas. Rempub.

[a] L. ad tecū aliqua

[b] L. cognoſcet,

[c] L. ſed in publicamne, an piſtrinum,

funditus amisimus: adeo vt Cato, adolescens nullius consilii, sed tamen ciuis Rom. & Cato, vix viuus[2a] *effugeret, quòd, cum Gabinium de ambitu vellet postulare, neque prætores diebus aliquot adiri possent, vel potestatem sui facerent, in contionem adscendit, & Pompeium priuatus dictatorem appellauit. propius nihil est factum, quàm vt occideretur. Ex hoc, qui sit status totius reip. videre potes. Nostræ tamen causæ non videntur homines defuturi. mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur: & quidem cum spe sum maxima, tum maiore etiam animo. spero superiores fore nos: confido animo,* [2b] *vt in hac rep. ne casum quidem vllũ pertimescam: sed tamen res sic se habet. Si diem nobis Clodius dixerit: tota Italia concurret, vt multiplicata gloria discedamus. sin autem vi agere conabitur: spero fore, studiis non solum amicorum, sed etiam alienorum, vt vi resistamus. Omnes et se, & suos liberos, amicos, clienteis, libertos, seruos, pecunias denique suas pollicentur. Nostra antiqua manus bonorum ardet studio nostri, atque amore. Siqua antea aut alieniores fuerant, aut languidiores, nunc horum regum odio, se cum bonis coniungunt. Pompeius omnia pollicetur, & Cæsar: quibus ego ita credo, vt nihil de mea comparatione* [c] *diminuam. Tribuni pl. desig. sunt nobis amici. coss. se optime ostendunt. Prætores habemus, amicissimos, & acerrimos ciueis, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum: bonos etiam alios: sed hos singulareis. Quare magnum fac animum habeas, & spem bonam. De singulis tamen rebus, quæ quotidie gerantur, faciam te crebrò certiorem.*

a fort. effugerit,

b L. vt in hac re

c L. deminuam.

ANNO

ANNOTATIONES.

1 materiam omnem sermouum eorum, qui, &c.) Velim legi, mater.omn.sermonum ijs, qui,&c.

2 ut in hac re) Assentior Manutio,qui legendum censet, in hac re,&c. non,ut uulgò, ut in hac rep.

Verba Græca, Latinis expressa.

5 ἀλλ' αἰεὶ τινὰ φῶτα μέγαν, sed semper uirum ingentē.

ἀφελῶς, simpliciter.

ὀρθὰν τὰν ναῦν,& ἀπαξ θανεῖν,rectam nauem & semel mori.

MARCVS Q. FRATRI S. 5

10 *MI frater,mi frater,mi frater,tune id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus pueros ad te sine litteris miserim? aut etiam ne te videre voluerim? Ego tibi irascerer?tibi ego possem irasci? scilicet: tu enim me afflixisti: tui me inimici, tua me inuidia,*

15 *ac non ego te miserè perdidi. Meus ille laudatus consulatus,mihi te,liberos,patriam,fortunas:tibi velim ne quid eripuerit,præter vnum me. Sed certè à te mihi omnia semper honesta,& iucunda*[a] *ceciderunt. A me tibi luctus meæ calamitatis, meus tuæ, desiderium,*

20 *mæror, solitudo. Ego te videre noluerim? Immò verò me à te videri nolui. Non enim vidisses fratrem tuum,non eum quem reliqueras:non eum,quem noras:non eum,quem flens flentem, prosequentē proficiscens dimiseras: ne vestigium quidem eius,nec si-*

25 *mulachrum: sed quandam effigiem spirantis mortui. Atque vtinam me mortuum priùs vidisses,aut audisses. Utinam te non solùm vitæ, sed etiam dignitatis meę superstitem reliquissem. Sed testor omneis deos, me hac una voce à morte esse reuocatum,quòd omnes*

30 *in mea vita partem aliquam tuę vitæ repositam esse dicebant. Quare peccaui, sceleratéque feci. nam si*

a L. acciderunt.

si[a] cecidißem, mors ipsa meā pietatem, amoremq́. in te facilè defenderet. Nunc commisi, vt viuo me careres, viuo me aliis indigeres: mea vox in domesticis periculis potissimùm occideret, quę sæpe alienissimis prę- sidio fuißet. Nam quòd ad te pueri sine litteris venerunt, quoniam vides non fuisse [b] iracundiæ causa, certè pigritia fuit, & quædam infinita uis lacrymarum, & dolorum. Hæc ipsa me quo fletu putas scripsisse? eodem, quo te legere certò scio. An ego possum aut non cogitare aliquando de te, aut umquam sine lacrymis cogitare? Cùm enim te desidero, fratrem solum desidero. [c] Ego verò [1] suauitate propè fratrem, propè æqualem, obsequio filium, consilio parentem. Quid mihi sine te vmquam, aut tibi sine me, iucundum fuit? Quid, quòd eodem tempore desidero filiam? qua pietate, qua molestia, quo ingenio? effigiem oris, sermonis, animi mei? [d] Quid filium venustissimum, mihiq́. dulcissimum? quem ego ferus, ac ferreus è complexu dimisi meo, sapientiorem puerum quàm uellem. sentiebat enim miseriam, quid ageretur. Quid verò tuum filium? quid? [2] imaginem [e] meam, quam meus Cicero & amabat, vt fratrem, & iam, vt maiorem fratrem, verebatur? Quid quòd mulierem miserrimam, fidelissimam coniugem, me prosequi non sum passus, ut eßet quæ reliquias communis calamitatis, communeis liberos tueretur? Sed tamen, quoquo modo potui, scripsi, & dedi litteras ad te Philogono, liberto tuo, quas credo tibi postea redditas eße: in quibus idem te hortor, & rogo, quod pueri tibi verbis meis nuntiarunt, vt Romam protinus pergas, & properes. Primùm enim [f] præsidio eße uolui, si qui eßent inimici,

a v. c. occidissem,

b L. iracundiam, causam: al. iracundiam in causa,

c L. Ego verò suauitate fratrem, ætate propè & æqualem, obs.

d fort. Quid quòd filium men.

e fort. tuā,

f L. te tuis præsidio, &c.

inimici, quorum crudelitas nondum esset nostra calamitate satiata. Deinde congreßus nostri lamentationem pertimui: digressum verò non tulissem: atque etiam idipsum, quod tu scribis, metuebam, ne à me
5 *distrahi non poßes. His de causis hoc maximum malum, quòd te non uidi, quo nihil amantissimis, & coniunctissimis fratrib. acerbius, ac miserius videtur accidere potuisse: minùs acerbum,*[a] *minùs miserum fuit, quàm fuisset*[b] *tum congreßio, tum verò digreßio no-*
10 *stra. Nunc, si potes, id quod ego, qui fortis tibi semper uidebar, non possum, erige te, & confirma, si qua subeunda dimicatio erit. Spero, siquid mea spes habet auctoritatis, tibi & integritatem tuam, & amorem in te ciuitatis, & aliquid etiam misericor-*
15 *diam nostri, præsidii laturam. sin eris ab isto periculo vacuus: ages scilicet, siquid agi posse de nobis putabis. de quo scribunt ad me quidem multi multa, & se sperare demostrant: sed ego, quid sperem non dispicio, cùm inimici plurimùm valeant, amici partim deser-*
20 *uerint me, partim etiam prodiderint: qui in meo reditu fortaße reprehensionem sui sceleris*[c] *pertimescant. Sed, ista qualia sint, tu velim perspicias, mihique declares. Ego tamen, quamdiu tibi opus erit, siquid periculi subeundum videbis, viuam. diutiùs in*
25 *hac vita esse non poßum. Neque enim tantum virium habet vlla aut prudentia, aut doctrina, ut tantum dolorem poßit sustinere. Scio fuisse & honestius moriendi tempus, & vtilius: sed non hoc solùm: multa alia prętermisi: quæ si queri uelim præterita, ni-*
30 *hil agam, nisi vt augeam dolorem tuum, indicem stultitiam meam. Illud quidem nec faciendum est, nec*

[a] al. minusque
[b] al. cùm
[c] al. pertimescunt.

 fieri

fieri potest, me diutiùs, quàm aut tuum tempus, aut firma spes postulabit, in tam misera, tamq. turpi vita commorari: ut, qui modò frater fuerim, liberis, coniuge, copiis, genere ipso pecuniæ beatissimus: dignitate, auctoritate, existimatione, gratia non inferior, quàm qui vmquam fuerunt amplissimi: is nunc in hac tam afflicta, perditaq. fortuna, neq. me neq. meos lugere diutiùs possim. Quare quid ad me scripsisti de permutatione? quasi verò nunc me non tuæ facultates sustineant. Qua in re ipse uideo miser, & sentio, quid sceleris admiserim, cùm de visceribus tuis, & filii tui, satisfacturus sis, quibus debes: ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine frustra dissiparim. Sed tamen & M. Antonio, quantum tu scripseras, & Cæpioni tantundem solutum est: mihi ad id, quod cogito, hoc, quod habeo satis est. siue enim restituimur, siue desperamur, nihil amplius opus est. Tu si fortè quid erit molestiæ, te ad Crassum, & ad [a] Callidium conferas, censeo. Quantum Hortensio credendum sit, nescio. me summa simulatione amoris, summaq. assiduitate quotidiana sceleratissimè, insidiosissimeq. tractauit, [b] adiuncto quoq. Arrio: quorum ego consiliis, promissis, [c] præceptis destitutus in hanc calamitatem incidi. Sed hæc occultabis, ne quid obsint. Illud caueto: & eò puto per Pomponium fouendum tibi esse ipsum Hortensium, ne ille versus, qui in te erat collatus, cùm ædilitatem petebas, de lege Aurelia, falso testimonio confirmetur. Nihil enim tam timeo, quàm ne, cùm intelligant homines, quantum misericordiæ nobis tuę preces, & tua salus allatura sit, oppugnent te vehementiùs. Messallam tui studiosum

5 10 15 20 25 30

a L. calidium

b al. adiuncto Q. Arrio:

c fort. inductus, ac destitutus

sum esse arbitror: Pompeium etiam simulatorem puto. Sed hæc vtinam nõ experiare: quod precarer deos, nisi meas preces audire desiissent. Verumtamen precor, vt his infinitis nostris malis contenti sint: [a] *in*
5 *quibus non modò tamen nullius inest peccati infamia: sed omnis dolor est, quòd optimè factis pœna est maxima constituta. Filiam meam, & tuam, Ciceronemque nostrum, quid ego, mi frater, tibi commendem? quin illud mæreo, quod tibi non minorem dolorē illo-*
10 *rum orbitas affert, quàm mihi. Sed, te incolumi, orbi non erunt.* [b] *Reliqua, ita mihi salus aliqua detur, potestasq. in patria moriendi, vt me lacrymæ non sinunt scribere. Etiam Terentiam velim tueare, mihique de omnibus rebus rescribas. Sis fortis, quoad*
15 *rei natura patiatur. Id. Iuniis, Thessalonicę.*

a fort. in quibus tamen non m.

b fort. De reliqua,

ANNOTATIONES.

1 suauitate fratrem, ætate propè æqualem) sic esse legendum veritas & ratio probant. Si quis tamen assentiens Manutio & Malæspinæ, malet ita legi, uoce, fratrem, deleta, suauitate propè æqualem, non pugnabo.

2 imaginem meam,) legendum fortasse est, imaginem tuam: 20 quod videtur & Manutio.

MARCVS Q. FRATRI S. 4

AMabo te, mi frater, ne, si vno meo facto & tu, & omnes mei corruistis, improbitati, & scele-
25 *ri meo potiùs,* [1] *quàm imprudentiæ,* [a]*misericordięq. assignes. nullum est meum peccatum, nisi quòd iis credidi, à quibus nefas putaram esse me decipi, aut etiam quibus ne id expedire quidem arbitrabar. Intimus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi pertimuit, aut mihi inuidit.* [2] *Ita mihi nihil misero* [b] *præ-*
30 *ter fidem amicorum, cautum meum consilium fuit.*

a L. miseriæq. ass.

b fort. præter fidem amicorum defuit: cautum m. c. fuit. al. præter fidem amicorum, non cautum, cautum meũ cons. fuit.

Quòd

Quòd si te satis innocentia tua, & misericordia hominum vindicat hoc tempore à molestia: perspicis profectò ecquæ nam nobis spes salutis relinquatur. Nam me Pomponius, & Sextius, & Piso noster adhuc Thessalonicæ retinuerunt, cùm longiùs discede re propter nescio quos motus vetarent. verùm ego magis exitum, illorum litteris, quàm spe certa exspectabam. Nam quid sperem, potentissimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelib. amicis, pluribus inuidis?[a] *Denotius autem tribunus pl. est ille quidem in me officiosissimus. Sextius,*[b] *& spero, Curtius, Milo, Fadius,*[c]*Gratidius: sed valde aduersante Clodio: qui etiam priuatus eadem manu poterit contiones concitare: deinde etiam intercessor parabitur. Hæc mihi proficiscenti non proponebantur: sed sæpe triduo summa cum gloria dicebar esse rediturus. Quid tu igitur? inquies. Quid? multa conuenerunt, quę mentem exturbarent meam: subita defectio Pompeii, alienatio* COSS. *etiam prætorum timor, publicanorum arma, lacrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt: quod certè & ad honestatem, & ad effugiendos intolerabileis dolores fuit aptissimum. Sed de hoc scripsi ad te in ea epistola, quam Phaetonti dedi. Nunc tu, quoniam in tantum luctum, & laborem detrusus es, quantum nemo vmquam:*[d]*si releuare potes communem casum misericordia hominum: scilicet incredibile quiddam assequeris: sin planè occidimus: (me miserum) ego omnibus meis exitio fuero, quibus antè dedecori non eram. Sed tu, vt antè ad te scripsi, perspice rem, & pertenta: & ad me, vt tempora nostra, non vt amor tuus fert, verè perscribe.*

a L. De nouis autem

b L. & (ut spero)

c L. Fabricius:

d v. c. si leuare

Ego

Ego uitam, quo ad putabo tua intereße, aut ad ſpem ſeruandum eſſe, retinebo. Tu nobis amiciſſimum Sextium cognoſces: credo tua cauſa, vel Lentulum, qui erit COS. *quamquam ſunt facta verbis difficiliora. Tu & quid opus ſit, & quid ſit, videbis omnino. Si tuam ſolitudinem, communemq́. calamitatem nemo deſpexerit: aut per te confici aliquid, aut nullo modo poterit. ſin te quoque inimici vexare cœperint, neceſſaris. Non enim gladiis* [a] *tecum, ſed litib. agetur. Verùm hæc abſint velim. Te oro, vt ad me de omnibus rebus ſcribas, & in me animi potiùs, aut conſilii putes minùs eſſe, quàm antea: amoris uerò, & officii non minùs.*

a v. c. mecum.

ANNOTATIONES.

1 quam imprudentiæ, miſeriæque aſſignes.) Paulli Manutij fidem, teſtimoniumq́. ſecutus, qui in libro illo Beſſarionis ſic eſſe ſcriptum teſtatur, hoc modo edendum curaui nam, miſericordiæ, quod eſt in uulgaris, locum hic habere non poteſt.

2 Ita mihi nihil miſero præter fidem amicorum, &c.) uel ſubintelligendum verbum, obfuit, ſeu, defuit, ſeu quod aliud ſimile, ut Manutio uidetur: vel ita legendum, ita mihi nihil miſero præter fidem amicorum non cautum: cautum meum conſilium fuit. Sed ego Manutio aſſentior potiùs. Nam quòd Malaſpina uerbum, defuit, in extremo ponit, ut utrique membro reſpondeat: quod olim operæ, me imprudente ſecutæ ſunt: nam, fuit, iuſſeram imprimi, ut habent omnes libri: non placet.

M. T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD QVINCTVM FRATREM, LIBER II.

MARCVS Q. FRATRI S. I

EPISTOLAM, *quam legisti, manè dederam. sed fecit humaniter Licinius, quòd ad me, misso senatu, vesperi uenit, vt, si quid esset actum, ad te (si mihi videretur) perscriberem. Senatus fuit frequentior, quàm putabamus esse posse mense Decembri sub dies festos. Cōsulares nos fuimus, & duo cōsules designati P. Seruilius, M. Lucullus:* [a] *Lupus, Volcatius, Glabrio pręt. Sanè frequentes fuimus: omnino ad ducentos. Commorat exspectationē Lupus. egit causam agri Cāpani sanè accuratè. auditus est magno silentio. materiam rei non ignoras. nihil ex nostris actionib. pręte rmisit. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæsarem. Cōtumeliæ in Gellium. expostulationes cum absente Pompeio. Causa serò perorata, sententias se rogaturum negauit, nequod onus simultatis nobis imponeret. Ex superiorum temporum conuiciis, & ex præsenti silentio, quid senatus sentiret, se intelligere dixit. Milo cæpit dimittere. Tum Marcellinus, Noli, inquit, ex taciturnitate nostra, Lupe, quid aut probemus hoc tempore, aut improbemus, iudicare. Ego, quod ad me attinet, idemq. arbitror ceteros, idcirco taceo, quòd non existimo,*

[a] fort. Lepidus,

existimo, cum Pompeius absit, causam agri Campani agi cōuenire. Tum ille, se senatum negauit tenere. Racilius surrexit, & de iudiciis referre cœpit. Marcellinum quidem primū rogauit. Is cum grauiter de Clo-
5 *dianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus questus esset: sententiam dixit,* [a] *vt ipse iudices per prat. vrbanum sortiretur, iudicum sortitione facta, comitia haberentur: qui iudicia impediuisset, eum cōtra remp. esse facturum. Approbata valde sententia, C. Cato*
10 *contra dixit, & Cassius, maxima acclamatione senatus, cum comitia iudiciis anteferret. Philippus assensit Lentulo. Postea Racilius de priuatis me primū sententiam rogauit. Multa feci verba de toto furore, latrocinioque P. Clodii: eum, tanquam reum, accusaui*
15 *multis, & secundis admurmurationibus cuncti senatus. Orationem meā collaudauit satis multis verbis, non mehercule indisertè* [b] *Seuerus Antistius: isq. iudiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. Ibatur in eam sententiam. Tum Clodius*
20 *rogatus,* [1] *diem dicendo eximere cœpit. furebat, à Racilio se contumaciter,* [c] *vrbaneque vexatum. Deinde eius operæ repente à Græcostasi, & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt, opinor in Q. Sextilium, & amicos Milonis incitatæ. Eo metu iniecto,*
25 *repentè magna querimonia omnium discessimus. Habes acta vnius diei. reliqua, vt arbitror, in mensem Ianuarium reiicientur. De tribunis pl. longè optimum Racilium habemus. videtur etiam Antistius amicus nobis fore. nam Plancius, totus noster est. Fac, si*
30 *me amas, vt consideratè, diligenterque nauiges de mense Decembr.*

a fort. vt ipse iudices prætor vrbanus sortiretur:

b L. Sex. Vetus

c L. inurbaneque

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 diem dicendo eximere cœpit) Secutus sum editionem Manutianam. Victorius tamen legit ex antiq. cod. diem dicendi eximere cœpit.

MARCVS Q. FRATRI S. 2 5

a L. & non, ut ad te soleo, ad te ipse scr.
b al. te puto, & si non semper, sæpe certè habere. qui, n.
c L. a. d.

Non occupatione, qua eram sanè impeditus, sed paruula lippitudine adductus sum, vt dictarem hanc epistolam: [a] *& non, vt soleo ad te, ipse scriberem. Et primùm me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso. me enim adhuc nemo rogauit, nũ quid in Sardiniam vellem:* [b] *te puto sæpe habere, etsi non semper, qui, num quid Romam velis, quærent. Quòd ad me de Lentuli, & Sexti nomine scripsisti, locutus sum cum Cincio. Quoquomodo res se habet, non est facillima, sed habet profectò quiddam Sardinia appositum ad recordationem præteritæ memoriæ. Nam, vt ille Gracchus augur, posteaquam in istam prouinciam venit, recordatus est, quid sibi, in campo Martio comitia consulum habenti, contra auspicia accidisset: sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minuciana, & de nominibus Pomponianis in otio recogitasse. Sed ego adhuc emi nihil. Culleonis auctio facta est. Tusculano emtor nemo fuit. si condicio valde bona fuerit, fortasse non omittam. De ædificatione tua, Cyrum vrgere non cesso. spero eum in officio fore. sed omnia sunt tardiora, propter furiosæ ædilitatis exspectationem. Nam comitia sine mora futura videntur. edicta sunt* [c] *ad XI. Kal. Febr. Te tamen sollicitum esse nolo. omne genus à nobis cautionis adhibebitur. De rege Alexandrino factum est. S.C. Cum multitudine eum reduci, periculosum reip. videri. Reliqua*

10 15 20 25 30

liqua cum esset in senatu contentio, Lentulusne, an Pompeius reduceret: obtinere causam Lentulus videbatur. In ea re nos & officio erga Lentulum mirificè, & voluntati Pompeii praeclarè satisfecimus. sed per
5 *obtrectatores Lentuli res [a] calumnia extracta est. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi nō poterat. Quid futurum sit latrocinio tribunorum, non diuino: sed tamen suspicor, per vim rogationem Caninium perlaturum. In ea re Pompeius quid velit,*
10 *non dispicio. Familiares eius quid cupiant, omnes vident. Creditores verò regis apertè pecunias suppeditant contra Lentulum. Sine dubio res à Lentulo remota videtur esse, cum magno meo dolore: quamquam multa fecit, quare, si fas esset, iure ei [b] suc-*
15 *censere possemus. [c] Tu: si ita expedit, velim quamprimum bona, & certa tempestate conscendas, ad meque venias. innumerabiles enim res sunt, in quibus te quotidie in omni genere desiderem. Tui, nostrique valent. XIIII. Kal. Febr.*

[a] v. c. & L. Kalumnia
[b] q. v. c. succensere.
[c] L. tu si ista expedisti, velim q.

20 MARCVS Q. FRATRI S. 3

Scripsi ad te antea superiora: nūc cognosce postea, quae sint acta. A Kalend. Febr. legationes in idus Febr. reiiciebantur. eo die res confecta non est. [a] Ad
25 IIII. *Non. Febr. Milo affuit. ei Pompeius aduocatus venit. Dixit Marcellus, à me rogatus. honestè discessimus. producta dies est in* IIII. *Id. Febr. Interim reiectis legationibus [b] in idus, referebatur de prouinciis quaestorum, [c] & de ornandis praetoribus.*
30 *Sed res, multis querelis de rep. interponendis, nulla transacta est. [d] Cato legem promulgauit de impe-*

[a] L. A. d.
[b] L. in vni idus. Ref.
[c] L. & de ornandis praetoriis.
[d] al. C. Cato

a L. A. d. *rio Lentuli abrogando. vestitum filius mutauit.*[a] *Ad* IIII. *Iduum Febr. Milo affuit. dixit Pompeius, siue voluit. Nam, vt surrexit, operæ Clodianæ clamorem sustulerunt idq́. ei perpetua oratione contigit, non modò, vt acclamatione, sed ut conuicio, & maledictis impediretur. Qui vt perorauit (nam in eo sanè fortis fuit: non est deterritus: dixit omnia, atque interdum etiam silentio,* [1] [b]*cum auctoritate peregerat:) sed vt perorauit, surrexit Clodius.* [c] *et tantus clamor à nostris (placuerat.n. referret gratiam) vt neq. mente, neq. lingua, neque ore consisteret. Ea res acta est, cùm H.* VI. *vix Pompeius perorasset, vsque ad H.* VIII. *cùm omnia maledicta, uersus etiam obscœnissimi* [2] *in Clodium, & Clodiam dicerentur. Ille furens, & exsanguis interrogabat suos in clamore ipso, quis esset, qui plebem fame necaret. respondebant operæ, Pompeius. Quis Alexandriam ire cuperet. Respondebant, Pompeius. Quem ire uellent. Respondebant, Crassum. Is aderat tum, Miloni animo non amico. H. ferè* IX. *quasi signo dato, Clodiani nostros consputare cœperunt. Exarsit dolor. vrgere illi, vt loco nos mouerent. Factus est à nostris impetus, fuga operarum. Eiectus de Rostris Clodius: ac nos quoque tum fugimus, ne quid in turba. Senatus uocatus in Curiam: Pompeius domum. Neque ego tamen in senatum, ne aut de tantis rebus tacerem, aut in Pompeio defendendo (nam is carpebatur à Bibulo, Curione, Fauonio, Seruilio, filio) animos bonorum offenderem, res in posterum dilata est. Clodius in Quirinalia produxit diem.* [d] *Ad* VI. *Id. Febr. senatus ad Apollinis fuit, ut Pompeius adesset. Acta res est grauiter à Pompeio. eo die nihil perfectū est.*

a L. A. d. VIII. idus Milo aff.
b L. cum auctoritate sem per:) sed vt p.
c L. ei tantus
d L. A. d.

est.[a] Ad VII. Id. ad Apollinis S.C. factũ est, ea, quę facta essent[b] ad VIII. Id. contra remp. esse facta. Eo die Cato est uehementer in Pompeium inuectus, & eum oratione perpetua, tamquam reum, accusauit. De me multa, me inuito, cum mea summa laude, dixit. Cùm illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio maleuolorum. Respondit ei vehementer Pompeius, Crassumque descripsit: dixitque apertè, se munitiorem ad custodiendam uitam suam fore, quã 10 Africanus fuisset: quem C. Carbo interemisset. Itaque magnæ mihi res iam moueri videbantur. Nam Pompeius hæc intelligit, nobiscumq. communicat, insidias uitę suæ fieri: C. Catonem à Crasso sustentari: Clodio pecuniam suppeditari: utrumque & ab eo, & 15 à Curione, [c]Bibulo, ceterisque suis obtrectatoribus, confirmari: vehementer esse prouidendum, ne opprimatur, contionario illo populo à se propè alienato, nobilitate inimica, non æquo senatu, iuuentute improbi. Itaque se comparat, homines ex agris [d] accessit. 20 Operas autẽ suas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur: in eo multo sumus superiores ipsius copiis.[e] Sed magna manus ex Piceno, & Gallia exspectatur, ut etiam Catonis rogationibus de Milone, & Lentulo resistamus.[f] Ad IIII. Id. Sestius ab in- 25 dice Cn. Nerio, Pupinia, de ambitu est postulatus: et eodem die à quodam M. Tullio de ui. Is erat ęger. domum (vt debuimus) ad eum statim venimus: eique nos totos tradidimus: idque fecimus præter hominum opinionem, qui nos ei iure [g] succensere putabant. 30 ut humanissimi, gratissimique & ipsi, & omnibus uideremur; itaque faciemus. Sed idem [h] Nerius in-

a L. A. d. VII. idus ad Ap.
b L. a. d. VIII. idus,
c L. & à Bibulo,
d L. arcessit.
e L. & magna m.
f L. A. d. IIII. idus Sextius ab Indice Cn.
g v. c. & L. suscensere
h L. Nerius Index

a L. ad allegatos,

b L. A. d. IIII.

c L. Sextius

d al. quidā

e L. Sextium

f L. Sextij

g L. cuiusmodi tu mihi ferè diffidenti prædicabas)

dex[1] edidit[a] ad allegatos, Cn. Lentulum Vacciam, & C. Cornelium. Eodem die S. C. factum est, Vt sodalitates, decuriatique discederent: lexq. de iis ferretur, Vt, qui non discessissent, ea pœna, quæ est de ui, tenerentur.[b] Ad III. Id. dixi pro Bestia de ambitu apud prętore Cn. Domitium in foro medio, maximo conuentu: incidique in eum locum in dicendo, cùm [c] Sestius multis in templo Castoris uulneribus acceptis subsidio Bestiæ seruatus esset. Hic προῳκονομησάμην,[d] quiddam ὑγιῶς, de iis, quæ in [e] Sestium apparabantur crimina: & eum ornaui ueris laudibus, magno aßensu omnium res homini fuit uehementer grata. Quæ tibi eò scribo, quòd me de retinenda[f] Sestii gratia litteris sæpe monuisti. Prid. Id. hæc scripsi ante lucem: eo die apud Pomponium in eius nuptiis eram cenaturus. Cetera sunt in rebus nostris [g] huiusmodi (ut tu mihi ferè diffidenti prædicabas) plena dignitatis, & gratiæ: quæ quidem tua, mi frater, prudentia, patientia, uirtute, pietate, suauitate etiam, tibi, mibique sunt restituta. Domus tibi ad lucum Pisonis Liciniana conducta est. sed, ut spero, paucis mensibus post kal. Quinct. in tuam commigrabis. Tuam in Carinis mundi babitatores Lamię conduxerunt. A te post illam Olbiensem epistolam nullas litteras accepi. Quid agas, & ut te oblectes, scire cupio: maximeque teipsum uidere quamprimùm. Cura mi frater, vt valeas, & quamquam est biems, tamen Sardiniam istam esse cogites. XV. kalend. Mart.

ANNOTATIONES.

1 cum auctoritate semper.)Secutus sum P. Danesij, Vaurensis antistitis, coniecturam: non tamen omni ex parte. Nam uerbum, egerat, delendum curaui, ut superuacaneum & alienum.

Quin

Quin (ut dicam quod sentio) hoc totum, cum auctoritate peregerat, seu, ut nos edidimus, cum auctoritate semper, suppositum esse arbitror. uerumtamen, eam lectionem, quam secutus sum, quamque excudendam curaui, ueram puto: probabilis quidem certè est.

2 In Clodiũ & Clodiã dicerentur) legendũ puto, conijcerentur.

3 edidit ad alligatos,) legendum, ad alligatos, non, ad allegatos, & ita edi iam olim iusseram, ad alligatos, autem, sic interpretor, præter alligatos, seu cum alligatis. Iã alligati Latinè sunt, quos Græci ἐνόχους appellant, quasi affineis culpæ, seu quos vulgus obnoxios nominat. Putaui tamen aliquando hic legendum, edidit alligatos, &c.

Verba Græca, Latinis expressa.

προφωνονομησάμην, præcuraui, prouidi.
εὐκαίρως, opportunè.

MARCVS Q. FRATRI S. 4

[2] *SEstius noster absolutus est ad* III. *Id. Mart. &, quod vehementer interfuit reip. nullam videri in eiusmodi causa dissensionem esse, omnibus sententiis absolutus est. Illud, quod tibi sæpe curæ esse intellexeram, necui iniquo relinqueremus vituperandi locum, qui nos ingratos esse diceret, nisi illius peruersitatem quibusdam in reb. quàm humanissimè ferremus: scito hoc nos in eo iudicio consecutos esse, vt omnium gratissimi iudicaremur. Nam in defendendo moroso homine cumulatissimè satisfecimus, & (id quod ille maximè cupiebat) Vatinium, à quo palàm oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus, diis, hominibusque*[b] *plaudentibus. Quinetiam Paullus noster cùm testis productus esset in*[c] *Sestium, confirmauit, se nomen Vatinii delaturum, si Macer Licinius cunctaretur: & Macer à*[d] *Sestii subselliis surrexit, ac se illi non defuturum affirmauit. Quid quæris? homo petulans, & audax, Vatinius ualde perturbatus, debilitatusq.*

a L. Sextius n.abs.a.d. III.

b al. applaudentibus.

c L. Sextiũ,

d L. Sextij

bilitatusq́. discessit. Quinctus tuus, puer optimus, eruditur egregiè. Hoc nunc magis animaduerto, quòd Tyrannio docet apud me. Domus utriusque nostrum ędificatur strenuè: Redemtori tuo dimidium pecuniæ curaui. Spero nos ante hiemem contubernaleis fore. 5 *De nostra Tullia, tui mehercule amantissima, spero cum Crassipede nos confecisse. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi.* [a] *ceterùm qui confectum erat.*[1] [b]*Latiar erat exiturus.*

a L. cetero qui conf. al. ceterùm conf.

b L. Latiari erat exiturus.

ANNOTATIONES. 10

1 Latiari erat exiturus,)uidelicet, Crassipes: uel lege, Latiari Lucceius erat exiturus. Nam Lucceius iter in Sardiniam habebat, ut infrà dicitur sequenti epist. & notat P. Manutius. Vel lege, Latiari eram exiturus. Latiare autem Latinarum sacrum solemne significat: vt ex Macrobio refert idem Manutius. Est & Latiaris Iupiter: de quo alibi.

MARCVS Q. FRATRI S. 5 15

[a] *ADVIII. Id. Apr. sponsalia Crassipedi præbui. Huic conuiuio puer optimus Qu. tuus, meusque, quòd perleuiter commotus fuerat, defuit:* [b]*ad III. Id. Apr. veni ad Quinctum, eumq́. vidi planè integrum, multumq́. is mecum sermonem habuit,* 20 *& perhumanum, de discordiis mulierum nostrarum. Quid quæris? nihil festiuius. Pomponia autem etiam de te questa est. sed hæc coràm agemus. A puero ut discessi, in aream tuam veni. res agebatur multis structoribus. Longilium redemtorem cohortatus sum. fi-* 25 *dem mihi faciebat, se velle nobis placere. Domus erit egregia. magis enim cerni iam poterat, quàm quantum ex forma iudicabamus. itemque nostra celeriter ædificabatur. Eo die cenaui apud Crassipedem. cenatus, in hortos ad Pompeium lectica latus sum.* 30

a L. a. d. vi. idus

b a. d. vi. idus

Lucceium

Lucceium conuenire non potueram, quod [a] *abfuerat. videre autem volebam, quòd eram postridie Roma exiturus, & quòd ille in Sardiniam iter habebat. Hominem conueni, & ab eo petiui, vt quamprimum te*
5 *nobis redderet. statim dixit. Erat autem iturus (vt aiebat)* [b] *ad III. Id. Apr. vt aut Labrone, aut Pisis conscenderet. Tu, mi frater,* [c] *simulac ille venerit, primam nauigationem (dummodò idonea tempestas sit) ne omiseris. Ad III. Id. Apr. ante lucem hanc epi*
10 *stolam dictaueram, scripseramq. in itinere, vt eo die apud T. Titium in Anagnino manerem postridie autem in Laterio cogitabam: inde, cum in Arpinati quinque dies fuissem, ire in Pompeianum: rediens adspicere Cumanum, vt, quoniam in Non. Maias Miloni*
15 *dies producta est, prid. Non. Romę essem, teque, mi carissime, & suauissime frater, ad eam diem (vt sperabam) viderem. Aedificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat. Fac, mi frater, vt valeas, quamprimumque venias.*

a L. abfuerat.
b L. a. d. III. idus Apr.
c L. simul vt ille ven.

20 ANNOTATIONES.

1 Ordinem hic aliquot epistolarum olim mutaueramus, Manutij sententiam, &, quod caput est, rationem secuti. nam, vt quiuis non tardissimus intelligere potest, aut à librarijs, aut à nescio quibus, fuit fœdè perturbatus, ac peruersus. non igitur ordinem mutasse, sed restituisse dicendus eram. Id autem maximè apparebit ex dierum ratione. Nunc autem satis habui lecto-
25 rem hac de re admonere. Tantum ab hoc loco, epistolæ nouæ, nempe quinctæ initium capi volui: cum hæc quæ sequuntur, in vulgatis cum quarta coniungantur.

MARCVS Q. FRATRI S. 6

O Litteras mihi tuas iucundissimas, [a] *expectatas, ac primo quidem cum desiderio, nunc verò*
30 *etiam cum timore. Atque has scito litteras me solas*

a fort. exspectatas primò quidem cum

accepisse post illas, quas tuus nauta attulit, Olbia datas. Sed cetera (vt scribis) presenti sermoni reseruentur. hoc tamen non queo differre. Idib. Maiis senatus frequens, diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Adiurat [a] *Porcilius hoc nemini accidisse. Foris valde plauditur. Mihi cum sua sponte iucundum, tum iucundius, quòd me absente (est enim εἰλικρινὲς iudicium) sine oppugnatione, sine gratia nostra. eram Antii. Quòd Idibus, & postridie fuerat dictum, de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hæret. Sed plura quàm constitueram. coram enim. Vale, mihi optime, & optatissime frater, aduola. Idem te nostri rogant pueri: illud scilicet, cenabis cum veneris.* 5 10

a tal. Procilius

Verba Græca, Latinis expressa. 15

εἰλικρινὲς, sincerum, integrum.

MARCVS Q. FRATRI S. 7

P*Laciturum tibi esse librum meum suspicabar: tam valde placuisse, quàm scribis, valde gaudeo.* [1] *Quòd me admones* [2] *de non curantia, suadesque, vt meminerim Iouis orationem, quæ est in extremo illo libro: ego verò memini, & illa omnia mihi magis scripsi, quàm ceteris. Sed tamen postridie, quàm tu es profectus, multa nocte cum Vibullio ueni ad Pompeium. Cumque ego egissem de istis operibus, atque inscriptionibus,* [b] *perbenignè mihi respondit: magnam spem attulit. cum Crasso se dixit loqui velle: mihique vt idem facerem, suasit. Crassum* COS. *ex senatu domum reduxit: suscepit rem: dixitque esse quòd Clodius hoc tempore cuperet per se, & per Pompeium conse-* 20 25 30

a L. de nostra Vrania,

b L. per mihi benignè resp.

consequi:putare se,si ego eum non impedirem,posse me adipisci sine contentione quod velim. totum ei negotium permisi, meq. in eius potestate dixi fore. Interfuit huic sermoni P. Crassus adolescens, nostri (vt
5 scis) studiosissimus. Illud autem, quod cupit Clodius, est legatio aliqua: si minus per senatum, per populum, libera, aut Byzantium, [a] aut Brogitarum, aut vtrumque. Plena res nummorum. Quod ego non nimium laboro, etiam si minus assequor quod volo. Pompe-
10 ius tamen cum Crasso locutus est, videntur negotium suscepisse. si perficiunt: optime. sin minus: ad nostrum Iouem reuertamur. ἀμφιλαφίαν autem illam, quam tu soles dicere, bono modo desidero, sic prorsus, vt aduenientem, excipiam libenter: latentem
15 etiam nunc, non excitem. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno: viuo paullò liberalius, quàm solebam. Opus erat, si te haberem, paullisper fabris locum dare. sed & hæc (vt spero) breui inter nos communicabimus. Res autem Romanæ sic se habent. Con
20 sul est egregius Lentulus, non impediente collega: sic, inquam, bonus, vt meliorem non viderim. dies [b] comitialeis exemit omneis. nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. sic legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis: cui tamen
25 egregiè imposuit Milo noster. Nam ille uindex gladiatorum, & bestiariorum emerat de Cosconio, & Pomponio bestiarios: nec sine his armatis vmquam in publico fuerat. hos alere non poterat. itaque vix tenebat. Sensit Milo. dedit cuidam non familiari negotiũ:
30 qui sine suspicione emeret eam familiam à Catone: quæ simulatque abducta est, Racilius, qui vnus est

a L. aut ad Brogitarum.

b v.c. comitialis exemit omnis.

boc tempore tribunus pleb. rem patefecit, eosq. homines sibi emtos esse dixit (sic enim placuerat) & tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. In eam tabulam magni risus consequebantur.

a v.c. Hunc igitur C.

[a] *Nunc igitur Catonem Lentulus à legibus remouit, & eos, qui de Cæsare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Nam quod de Pompeio Caninius agit, sanè quàm refrixit. neque enim res probatur, & Pompeius noster in amicitia P. Lentuli vituperatur, & hercule non est idem. Nam apud illam perditissimam, atque infimam fæcem populi, propter Milonem, suboffendit: & boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt. Marcellinus autem hoc vno mihi quidem non satisfacit, quòd eum nimis asperè tractat: quamquam id senatu non inuito facit: quo ego me libentius à curia, & ab omni parte reip. subtraho. In iudiciis ii sumus, qui fuimus. domus celebratur, ita vt cum maximè. Vnum accidit imprudentia Milonis incommodè, de Sexto* [b] *Cælio: quem neque hoc tempore, neque ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari. ei tres sententię tęterrimæ in consilio defuerunt. Itaque hominem populus reuocat, & retrahatur necesse est. non enim ferunt homines. & quia, cum apud suos diceret, pæne damnatus est, vident damnatum. Ea ipsa in re Pompeii offensio nobis obstitit. senatorum enim vrna copiosè absoluit, equitum adæquauit, tribuni ærarii condemnarunt. Sed hoc incommodum, consolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius allisus est, ceteri conciduntur.* [c] *Cato contionatus est, comitia haberi non siturum, si sibi cum populo dies agendi*

b L. Clodio:

c L. C. Cato.

5 10 15 20 25 30

agendi essent exemti. Appius à Cæsare nondum redierat. Tuas mirificè litteras exspecto: atque adhuc clausum mare scio fuiße: sed quosdam veniße tamen [a] Ostia dicebant, qui te vincè laudarent, plurimique in prouincia fieri dicerent. [b] Iidem aiebant nuntiare te prima nauigatione transmissurum. id cupio: &, quamquam teipsum scilicet maximè: tamen etiam litteras tuas antè expecto. Mi frater, vale.

a L. Olbia

b L. Eosdē

ANNOTATIONES.

1 Quod me admones de nostra Vrania) Ita certam Leon. Malæspinæ coniecturam hic esse puto, vt non dubitem, quin eam P. Victorius, quantumuis Malæspinæ iniquus, germanam & sinceram lectionem iampridem iudicarit.

MARCVS Q. FRATRI S. 8

DEderam ad te litteras antea, [a] quibus erat scriptum, Tulliam nostram Crassipedi prid. Non. April. eße [b] desponsatam: ceteraq. de rep. priuataq. perscripseram. Postea sunt hæc acta. Nonis April. S. C. Pompeio pecunia decreta in rem frumentariam [c] ad HS. S. M. cccc. Sed eodem die vehementer actum de agro Campano clamore senatus prope contionali: acriorem causam inopia pecuniæ faciebat, & annonæ caritas. Non prætermittam ne illud quidem, M. Furium Flaccum, equitem R. hominem nequam, Capitolini, & Mercuriales de collegio eiecerunt, præsentem, ad pedes vniuscuiusque iacentem. [d] Ad III. Id. Maii S. C. est factum de ambitu in Afranii sententiam, quam ego dixeram cum tu adesses: sed magno cum gemitu senatus COSS. non sunt persecuti eorum sententias: qui Afranio cum essent aßensi, addiderunt, vt prætores ita crearentur,

a al. in quibus

b v. c. desponsam

c L. ad H-S. cccc.

d L. A. d. III.

vt

vt dies LX. *priuati essent. eo die Catonem planè repudiarunt. Quid multa? tenent omnia: idque ita omneis intelligere volunt.*

MARCVS Q. FRATRI S. 9

TV metuis, ne me interpelles? primò si in isto essem tu scis, quid sit interpellare. [1] *An te Ateius? mehercule mihi docere* [a] *videbaris istius generis humanitatem: qua quidem ego nihil vtor abs te. Tu verò, vt me & appelles, & interpelles, & obloquare, colloquare velim. Quid enim mihi suauius? Non mehercule quisquam* μουσοπάτακτος *libentius sua recentia poemata legit, quàm ego te audio quacumque de re, publica, priuata, rustica, vrbana. Sed mea factum est* [b] *inuisa verecundia, vt te proficiscens non tollerem.* [2] *Opposuisti semel* [c] ἀντίεκτον *causam, Ciceronis nostri valetudinem: conticui. iterum* [d] *Cicerones: quieui. Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc adspersit molestiæ, quòd videris, ne mihi molestus esses, veritus esse, atque etiam nunc vereri. Litigarem tecum, si fas esset: sed mehercule istuc si vmquam suspicatus ero, nihil dicam aliud, nisi verebor nequando ego tibi, cùm sum vna, molestus sim. video te ingemuisse. sic fit,* εἰδ' ἐν αἴᾳ ἔζησας. [3] *numquam enim dicam,* ἔα πάσας. *Martium autem nostrũ in lecticam mehercule coniecissem, non illam regis Ptolemæi Anicianam. memini enim cum hominem portarem ad Baias, Neapoli, octophoro Aniciano, Machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere, cum ille ignarus sui comitatus, repentè aperuit lecticam, et pæne ille timore, ego risu corrui. Tũc, vt dico, certè sustulißem, vt aliquando subtilitatem*

a v. c. & L. videris

b L. insulsa verec.

c L. ἀντίεκτον C. al. ἀναντίλεκτον

d al. ceteri omnes:

Line numbers: 5, 10, 15, 20, 25, 30

tem veteris vrbanitatis, & humanissimi sermonis attingerem. sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne [a] tutam quidem etiam nunc inuitare nolui. Hoc verò mihi peculiare fuerit, hic etiam isto frui. Nam illorum prędiorum scito mihi [4] vicinum Marium, lumen esse. apud Anicium videbimus vt paratum sit. Nos enim ita philologi sumus, vt vel cum fabris habitare possimus. Habemus hanc philosophiam, non ab Hymetto, sed ab erea Syra. Marius, & [b] valetudine est, & natura imbecillior. De interpellatione tantum sumam à nobis temporis ad scribendum, quantũ dabitis. vtinam nihil detis, vt potius vestra iniuria, quàm ignauia mea cessem. De rep. nimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse, quàm Philoctetē, qui accepta iniuria, illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. Amabo te, aduola: consolabor te, & omnem astergebo dolorem, & adhuc, si me amas, Marium. sed adproperate. Hortus domi est.

a v. c. rudē

b v. c. valitudine

ANNOTATIONES.

1 An te Ateius) Legendum fortasse est: An te Statius? subintelligendumque, interpellat. Erat autem libertus Q. Fratri carissimus.

2 Opposuisti semel ἀντισίσακτον causam) ἀναντίλεκτον legit P. Victorius lib. VI. Var. lect. ἀναντίλεκτον autem, id est, cui contrà dici non potest. quæ scriptura, ualde probabilis est. Sed P. Manutius testatur in cod. Bessarionis scriptum esse, ἀντισίσακτον, id est, oppositam & obiectam voluntati meæ. Quod si verum est, vt videtur, (locuples enim testis est) ἀντισίσακτον reponendum censeo: quemadmodum reposui paullo antè, insulsa uerecundia, vbi vulgò legitur, inuisa.

3 numquam enim dicam, ἔα πάσας) Non addidit quod sequebatur. μελεδῶνας, id est, omitte curas omneis.

4 vicinum Marium, lumen esse) P. Victorius vocem, lumen, delet: Manutius retinet: & ita hunc locum declarat. Scio Marium vicinum esse mihi, seu villæ meæ, luminis loco: seu æquè gratum atque opportunum, ac lumen. Nam quæ lumine carent loca, minus iucunda sunt.

MARCVS

Verba Græca, Latinis expreſſa.

μουσοπάτακτος, à muſis percuſſus.
ἀναντίλεκτον, cui contrà dici non poteſt. al. *ἀντείσακτον*, oppoſitam & obiectam voluntati meæ. 5
εἰδ' αἶα ἔζησας, ſi verò in terra vixiſſes.
ἔα πάσας, mitte omnes.

MARCVS Q. FRATRI S. 10

Epiſtolã hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Nam res quidem ipſa, & is dies, quo tu es profectus, nihil mihi ad ſcribendum argumenti ſanè dabat. Sed, quemadmodum coram cum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet, ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum halucinari. Tenediorum igitur libertas, ſecuri Tenedia præciſa eſt, cum eos pręter me, & Bibulum, & Calidium, & Fauonium nemo defenderet. 10 15
[1] [a] *De te magis ab Sipylo mentio eſt honorifica facta, cum te vnum dicerent poſtulationi L. Sextii Panſæ reſtitiſſe. Reliquis diebus, ſi quid erit te ſcire opus ſit, aut etiam ſi nihil erit, tamen ſcribam quotidie aliquid. Prid. Id. neque tibi, neq. Pomponio deero.* [b] *Lucretii poemata (vt ſcribis) non ita ſum multis luminibus ingenii. multæ tamen artis. Sed cum veneris,* [2] *virum te putabo, ſi Saluſtii Empedoclea legeris: hominem non putabo. Vale.* 20 25

a L. De te à Magnetibus ab Sipulo m.
b L. Lucretij poemata, vt ſcribis, ita ſunt: multis luminibus ingenij illuſtrata: multæ tamen etiam artis.

ANNOTATIONES.

1 De te à Magnetib.) Sic reſtituit hunc locum Petr. Victorius libro Var. lectionum XXX. c. 1.

2 virum te putabo, &c.) id eſt fortem & patientem, & malis inuictum, ſi potueris ferre, id eſt patienter legere, ſeu audire tam indoctum poema: hominem non putabo: id eſt putabo te omnis humanitatis expertem, ferum, immanem, ſeu ſenſus expertem. 30

MAR-

MARCVS Q. FRATRI S. II

GAudeo, tibi iucundas esse meas litteras: nec tamen habuissem scribendi nunc quidem vllum argumentum, nisi tuas accepissem. Nam prid. Id. cùm Appius senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, ut populi conuicio coactus sit nos dimittere. De Commageno rege, quòd rem totam discusseram, mirificè mihi & per se, & per Pomponium blanditur Appius. Videt enim hoc genere dicendi si utar in ceteris, Februarium sterilem futurum: eumque lusi iocosè satis: neque solùm illud extorsi oppidulum, quod erat positum[a] in Euphrate, & Zeugmate: sed præterea togam sum eius prætextam, quam erat adeptus Cæsare coss. magno hominum risu cauillatus. [b]Quòd non vult, inquã, renouare honores eosdem, quo minùs togam prætextam quotannis interpollet, decernendum nihil censeo. Vos autem homines nobiles, qui [c]Busrenum prætextatùm non ferebatis, Commagenum feretis? Genus vides, & locum iocandi. Multa dixi in ignobilem regem: quibus totus est explosus. quo genere commotus (vt dixi) Appius, totum me amplexatur. Nihil est enim facilius, quàm reliqua discutere. Sed non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Iouis Hospitalis: Graios omneis conuocet, per quos mecum in gratiam rediit. Teopompo satisfecimus. De Cæsare fugerat me ad te scribere. Video enim, quas tu litteras exspectaris. sed ille scripsit ad Balbum, fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum sibi aqua madidum reditum esse: ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam. sed

[a] L. in Euphrate Zeugma: sed pr.

[b] al. Quòd nolit

[c] al. Busciscum al. Burisrienum

blicani, quòd eum essent cum equis prosecuti: C. noster Lamia paullo ferociùs, cùm Domitius dixisset, vestra culpa hæc acciderũt equites R. dissolutè enim iudicatis: *Nos iudicamus, vos laudatis, inquit. Actum est eo die nihil. nox diremit. Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege* [a] *Pupia, quo minùs habeat senatum, & quòd Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex Kalend. Febr. usque ad kalend. Mart. Legatis senatum quotidie dari. ita putantur detrudi comitia in mensem Martium. Sed tamen his comitialibus tribuni pleb. de Gabinio se acturos esse dicunt. Omnia colligo, ut noui scribam aliquid ad te. sed ut uides, res me ipsa deficit.* [b] *Itaque ad Callisthenem, & ad Philistum redeo: in quibus te uideo uolutatum.* [1] [c] *Callisthenis quidem, uulgare, & notum negotium, quemadmodum Græci aliquot locuti sunt. Siculus ille, capitalis, creber, acutus, breuis. pæne pusillus Thucydides: sed utros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque, nescio. Me magis de Dionysio delectat: ipse est enim ueterator magnus, & perfamiliaris Philisto. Sed quod adscribis, aggrederisne ad historiam? me auctore potes. &, quoniam tabellarios subministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Oblecta te cum Cicerone nostro quambellissimè.*

a L. Pupia,

b L. Itaque ad Callisthenem, & Philistum: in quibus &c.

c L. Callisthenes quidem,

ANNOTATIONES.

1 Callisthenes quidem, uulgare, ac notum negotium) sic legendum censet Muretus Var. lect. lib. 2. cap. 5. Ibidemque uerbum, redeo, uersu superiore delendum putat.

MARCVS

MARCVS Q. FRATRI S. 13

DVas adhuc à te accepi epistolas:[a]quarum alteram in ipso discessu nostro, alteram Arimino da tam. plureis, quas scribis te dedisse, non acceperam. Ego me in Cumano, & Pōpeiano, præterquàm quòd sine te, cæterum satis commodè oblectabam, & eram in iisdem locis usque ad kal. Iun. futurus. Scribebam illa, quæ dixeram, πολιτικά: spissum sanè opus, & operosum. Sed si ex sententia successerit? bene erit opera posita. sin minùs: in illud ipsum mare deiiciemus, quod scribentes[b]spectamus. aggrediemur alia, quoniam quiescere non possumus. Tua mādata persequar diligenter & adiungendis hominibus, & quibusdam non alienandis.[c]Maximę mihi uerò curæ erit, ut Ciceronem tuum, nostrumque videam, scilicet quotidie: sed inspiciam quid discat, quàm sæpissime: & nisi ille contemnet, etiam magistrum me ei profitebor: cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio, Cicerone nostro minore perdocendo. Tu, quemadmodum scribis, quod etiam si non scriberes, facere te diligentissimè tamen sciebam, facies, scilicet, ut mea mandata digeras, persequare, conficias. Ego, cùm Romam uenero, nullum prętermittam Cæsaris tabellarium, cui litteras ad te non dem. His diebus (ignosces) cui darem fuit nemo ante hunc M. Orfium, equitem R. nostrum, & perneceßarium, & quòd est ex municipio Atellano: quod scis esse in fide nostra. Itaque eum tibi commodo[d] in maiorem modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum: quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. est tribunus mil. in exercitu [e] nostro. gratum hominem,

[a] L. earum alteram.

[b] L. spectabamus

[c] L. Maximæ uerò mihi c. al. Maximè v. m.

[d] al. maiorem in modum,

[e] al. vestro.

minem, obseruantemque cognosces. Trebatium vt ualde ames, vehementer te rogo. Vale.

Verba Græca, Latinis expressa.

πολιτικά, de rep.

5 MARCVS Q. FRATRI S. 14

a A. D. IIII. Non. Iun. quo die Romam veni, accepi tuas litteras, datas Placentiæ: deinde alteras postridie, datas[b] Blandenonæ, cum Cęsaris litteris, refertis omni officio, diligentia, suauitate. Sunt ista quidem magna, vel potius maxima. Habent enim uim magnam ad gloriam, & ad summam dignitatem. Sed mihi crede, quem nosti, quod in istis reb. ego plurimi æstimo, id iam habeo: te scilicet primum tam inseruientem communi dignitati: deinde Cæsaris tantum in me amorem: quem omnibus his honoribus, quos me à se exspectare vult, antepono. Litteræ verò eius vnà datæ cum tuis, quarum initium est, quàm suauis ei tuus aduentus fuerit, & recordatio veteris amoris: deinde, se effecturum, vt ego in medio dolore, ac desiderio tui, te, cum à me abesses, potissimum secum esse lætarer, incredibiliter delectarunt. Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, vt omnia mea studia in istum vnum conferam. Ego verò ardenti quidem studio: ac fortasse efficiam, quod sæpe viatoribus, cum properant, euenit: vt, si serius, quàm voluerunt, fortè surrexerint: properando, etiam citius, quàm si de multa nocte[c] vigilassent, perueniant quò velint: sic ego, quoniam in isto homine colendo[d] tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu cor-

a L. A. d. IIII.

b L. Laude, nonis,

c L. euigilassent,

d fort. tam dormiui diu,

rigam tarditatem, tum equis, tum verò (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis. modò mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis,[a] penicillo meo. Sed quid ago? quòd mihi tempus, Romæ, præsertim, vt iste me rogat, manenti vacuum ostenditur? sed videro. fortasse enim (vt fit) vincet tuus amor omneis difficultates. Trebatium quòd ad se miserim, persalsè,[b] & humaniter etiã gratias mihi agit. negat. n. in tanta multitudine eorum, qui vnà essent, quemquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. M. Curtio tribunatũ ab eo petiui, (nam Domitius se derideri putasset, si esset à me rogatus: hoc enim est eius quotidianum, se ne tribunum mil. quidem facere: etiam in senatu lusit Appium collegã; propterea isse ad Cæsarem, vt aliquem tribunatum auferret) sed in alterum annum. id & Curtius ita volebat. Tu, quẽadmodum me censes oportere esse in rep. & in nostris inimicitiis, ita & esse, & fore, auricula infima scito molliorem. Res Romanæ se sic habebant. Erat nonnulla spes comitiorum, sed incerta: erat aliqua suspicio dictaturæ, ne ea quidem certa: summum otium forense, sed senescentis magis ciuitatis, quàm acquiescentis. Sententia autẽ nostra in senatu eiusmodi, magis vt alii nobis assentiantur, quàm nosmetipsi. τοιαῦτα ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται. Calamo, & atramẽto temperato, charta etiam dentata res agetur. Scribis enim te meas litteras superiores uix legere potuisse: in quo nihil eorum, mi frater, fuit, quæ putas. neq. enim occupatus eram, neq. perturbatus, [c] nec iratus alicui: sed hoc facio semper, vt, quicumq. calamus in manus meas venerit, eo sic vtar, tamquam bono. Verum

[a] q. v. c. periculo

[b] L. & perhumaniter

[c] al. neq.

rum attende nunc, mi optime, & suauissime frater, ad ea dum rescribo, quæ tu in hac eadem breui epistola πραγματικῶς valde scripsisti. De quo petis, vt ad te, nihil occultans, nihil dissimulans, nihil tibi indulgens, genuinè, fraterneq. rescribam. id est, [3] vtrum voles, [a] vt diximus, ad expediendum te: si causa sit, commorere. Si, mi Quincte, parua aliqua res esset, in qua sciscitare, quid vellem: tamen, cùm tibi permissurus essem, vt faceres, quod velles: ego ipse, quid vellē, ostenderem. In hac verò re hoc profectò quæris, cuiusmodi illum annū, qui sequitur, exspectē. planè aut tranquillum nobis, aut certè munitissimum: quod quotidie domus, quod forum, quod theatri significationes declarant: [4] neq. laborant[b] quòd mea conscientia copiarum nostrarum, quòd Cæsaris, quòd Pompeii gratiam tenemus. Hæc me, vt confidam faciunt. Sin aliquis erūpet amentis hominis furor: omnia sunt ad eum frangēdum expedita. Hæc ita sentio, iudico, ad te exploratè, scribo. dubitare te, non aßentatoriè, sed fraternè veto. Quare suauitatis equidem nostræ fruendæ causa, cuperē te ad id tempus venire, quod dixeras: sed illud malo tamen, [c] quod putas, magis etiam illa (etenim magni æstimo me) ἀμφιλαφίαν illam tuam, & expectationē debitorum tuorū. Illud quidem sic habeto, nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatius. parua sunt quæ desunt, nostris quidem moribus, & ea sunt ad explicandū expeditissima, modò valeamus. Ambitus redit immanis. numquam fuit par. [5] idib. Quinct. fœnus fuit[d] ZZ. ex Z. coitione Memmii, [e] quàm cum Domitio[f] habuit Scaurus, vnum vincere. Messalla flaccet. non dico ὑπερβολικῶς. vel HS. centies consti-

a fort. vt diximus, ad expediendum si causa sit: an cōmorere.

b L. quòd mira est consensio cop. n.

c L. quod putas magis esse è re tua. Etiam magni æstimo ἀμφιλαφίαν illā tuam, &c.

d L. 3. 3. ex 3.

e al. quam cū Cn. Domitio h.

f L. habuit. Scaurus vult vincere Mes.

tuunt in prærogatiua pronuntiare. Res ardet inuidia. Tribunitii candidati compromiserunt, HS. quingenis in singulos apud M. Catonē depositis, petere eius arbitratu, vt, qui contrà fecisset, ab eo condemnaretur. quæ quidem comitia gratuita si fuerint, vt putantur, [a] plus vnus Cato fuerit, quàm omnes leges, omnesque iudices.

a L. plus vnus Cato potuerit, quàm

ANNOTATIONES.

1 datas Laude nonis) Approbata Caroli Sigonij cōiectura, sic edendum curaui. Est autem Laus, oppidi nomen.

2 quàm si de multa nocte euigilassent) Sic emendauit Err. Stephanus, & rectè: quamquam, vigilassent, ferri potest.

3 vtrum voles, &c) id est vtrum aduoles ad me. Locus est aliquanto obscurior, & fortasse mendosus. Sed potest tamen sententia aliqua ex eo elici.

4 neque laborant, &c.) locus corruptus: in quo me libri veteres, quod ad has duas voces, neque laborant, attinet, nihil adiuuerunt. Sed quod ad ea, quæ deinceps sequuntur, in vno reperi, conscientia, pro, conscientia, quod est in vulgatis. vnde feci, consensio. Videtur autem sic posse totus hic locus emendari, saltem vt aliqua ex ea sententia probabilis eliciatur. alioqui nihil affirmo, cum sola coniectura nitar. Sic igitur legere fortasse licet, nostri inimici laborant, quòd mira est consensio, &c.

5 idibus Quinct. fænus fuit 2. 3. ex 3.) id est duobus trientibus ex triente: Credibilius autē est hanc notam 3. esse trientis, quàm 2. vt rectè conijcit Manutius.

Verba Græca, Latinis expressa.

τοιαῦτα ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται, talia ærumnosum bellum efficit.

πραγματικῶς, aptè ad rem gerendam.

ὑπερβολικῶς, hyperbolicè, supra veritatem.

MARCVS Q. FRATRI S. 15

a L. nec paullum otij

b paullum.

Cum à me litteras librarii manu acceperis, [a] ne paullum otii me habuisse iudicato: cum autem mea, [b] nullum. sic. n. habeto, numquam me à causis, & iudiciis districtiorem fuisse: atque id anni tempore grauissi-

grauissimo, & coloribus maximis. Sed hæc (quoniam tu ita perscribis) ferenda sunt: neque committendum, ut aut spei, aut cogitationi vestrę ego videar defuisse: præsertim cùm, tametsi difficilius
5 *fuerit, tamen ex hoc labore magnam gratiam, magnamque dignitatem sim collecturus. Itaque ut tibi placet, damus operam, ne cuius animum, atque vt etiam ab iis ipsis, qui nos cum Cæsare tam coniunctos dolent, diligamur: ab æquis verò, aut etiam à pro-*
10 *pensis in hanc partem vehementer & colamur, & amemur. De ambitu cùm atrocissimè ageretur in senatu multos dies, quòd ita erant progressi candidati consulares, vt non esset ferendum: in senatu non fui. Statui ad nullam medicinam reip. sine magno præ-*
15 *sidio accedere. Quo die hæc scripsi, Drusus erat de preuaricatione à tribunis ærariis absolutus, in summa, quattuor sententiis cùm senatores, & equites damnassent. Ego eodem die post meridiem Vatinium [a]aderam defensurus. ea res facilis est. Comitia in men-*
20 *sem Sept. reiecta sunt. Scauri iudicium statim exercebitur: cui nos non deerimus. συνδείπνους Σοφοκλέους, quamquam à te actam fabellam video esse festiuè, nullo modo probaui. Venio nunc ad id, quod nescio an primum esse debuerit. O iucundas mihi tuas de Bri-*
25 *tannia litteras! timebam Oceanum, timebam litus insulæ. Reliqua non equidem contemno, sed plus habent tamen spei, quàm timoris, magisque sum sollicitus exspectatione ea, quàm metu. Te verò ὑπόθεσιν scribendi egregiam habere uideo. Quos tu situs, quas naturas rerum & locorum, quos mores, quas [b] gen-*
30 *teis, quas pugnas, quē uerò ipsum imperatorē habes?*

a L. eram

b v. c gentis

Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis adiuuabo, & tibi versus, quos rogas, γλαῦκα εἰς Ἀθήνας mittam. Sed heus tu, celari videor à te. [a] quomodonam, mi frater, de nostris versibus Cæsar? Nam primum librum se legisse scripsit ad me antè: prima sic, ut neget se ne Græca quidem meliora legisse. Reliqua ad quemdam locum [b] ῥαθυμότερα. hoc enim utitur verbo. Dic mihi uerum, num aut res eum, aut χαρακτὴρ non delectat? nihil est, quòd vereare. Ego enim ne pilo quidem minùs me amabo. Hac de re φιλαλήθως, &, vt soles, scribe fraternè.

a al. quo nā modo,

b al. ῥαθυμότερα.

Verba Græca, Latinis expressa.

συνδείπνους Σοφοκλέους, concenatores Sophoclis.
ὑπόθεσιν, argumentum.
γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, noctuam Athenas.
ῥαθυμότερα, segniora.
χαρακτὴρ, stilus, nota.
φιλαλήθως, ingenuè, liberè.

M. T.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD QVINCTVM FRATREM, LIBER III.

MARCVS Q. FRATRI S. I

10 EGO ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus, Philotimo tribulibus commendatis. In Arcano [a] ad IIII. idus Sept. fui. ibi Messidium cum Philoxeno, aquamque, quam ii ducebant non longè à villa, bellè sanè fluentem vidi, præsertim maxima siccitate: vberioremq. aliquanto sese collecturos esse dicebant. Apud Herum rectè erat. In Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. sed tamen nihil ei restabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. Villa mihi valde placuit, propterea quòd summam dignitatem pauimentata porticus habebat: [b] quod mihi deniq. apparuit, posteaquàm & ipsa tota patet, & columnæ politæ sunt. Totum in eo est (quod mihi erit curæ,) tectorium vt concinnum sit. pauimenta rectè fieri videbantur. cameras quasdam non probaui, mutariq. iussi. Quo loco in porticu te scribere aiunt vt atriolum fiat, mihi, vt est, magis placebat. neq. enim satis loci esse videbatur atriolo: neq. ferè solet, nisi in [c] his ædificiis fieri, in quibus est atrium maius: nec habere poterat

(Marginal line numbers: 15, 20, 25, 30.)

a L.a.d.

b v.c & L. quod mihi nunc denique

c L.ijs æd.

terat adiuncta cubicula, et eiusmodi membra.[1] [a] Nunc
hoc vel honestate testudinis, vel valde boni aestiuū lo-
cū obtinebit. Tu tamen si aliter sentis, rescribe quam-
primùm. In balneariis, assa in alterum apodyterii an-
gulum promoui, propterea quòd ita erant posita, vt eo- 5
rum vaporarium, ex quo ignis erumpit, [b] esset, sub te-
ctum cubiculi: subgrande cubiculum autem, & hiber-
num altum valde probaui, quòd & ampla erant, et lo
co posita ambulationis vno latere, eo, quod est proxi-
mum balneariis. Columnas neq. rectas, neq. è regio- 10
ne Diphilus collocarat. eas scilicet demolietur. ali-
quando perpendiculo, et linea discet vti. Omnino spero
paucis mensib. opus Diphili perfectum fore. curat. n.
diligentissimè Caesius, qui tum mecum fuit. Ex eo loco
rectà Vitularia via profecti sumus in[c] Fusidianū fun- 15
dum, quem tibi proximis nuntiis Arpini de[d] Fufidio
HS. CCCIↃↃↃ. emeramus. Ego locum aestate um-
brosiorē vidi numquam: permultis locis aquā profluen-
tem, & eam vberem. Quid quaeris? Iugera L. prati Cae-
sius irrigaturum facilè te arbitrabatur. Equidem hoc, 20
quod meliùs intelligo, affirmo, mirifica suauitate te
villā habiturū, piscina, & salientib. additis, palestra,
& silua[e] viridicata. Fundum audio te hunc Bouilla-
nū velle retinere, de eo[f] quid videatur, ipse constitues.
Caluus aiebat, aqua demta, & eius aquae iure consti- 25
tuto, & seruitute fundo illi imposita, tamē nos pretium
seruare posse, si vendere vellemus. Messidium mecum
habui. is se ternis nummis in pedem tecum transegis-
se dicebat: sese autem mensum pedibus aiebat [g] passuū
CCCC. CIↃ. mihi plus visum est. Sed praestabo, sum- 30
tum nusquam meliùs posse poni. Chilonem[h] arcessiue-
ram

a L. Nunc hoc vel hieme, testudinis: uel aestate, ualde boni aestiui locum obt.

b L. esset subiectum cubiculis. subgrande cubic. al. esset subiectū cubiculo. Subgr.

c L. Fufidianum f.

d L. Fufidio

e L. uindicata.

f al. quod uideatur,

g L. passuū III. millia. al. passuum CIↃ.CIↃ.CIↃ.

h L. arcessieram

tam Venafro. sed eo ipso die quattuor eius conseruos, & discipulos Venafri cuniculus oppresserat. Idibus Sept. in Laterio fui. viam perspexi, quæ mihi ita placuit, vt opus publicum videretur esse, præter CL.
5 pass. sum enim ipse mensus ab eo ponticulo, qui est ad Furinæ, Satricum versus. eo loco puluis, non glarea iniecta est: & mutabitur: [a] & in ea viæ pars valde accliuis est. sed intellexi aliter duci non potuisse, præsertim cùm tu neq. per Locustæ, neq. per Varro-
10 nis velles ducere. Veluinus ante suum fundum [b] propè muniuerat. Locusta non attigerat: quem ego Romæ aggrediar, &, vt arbitror, commouebo: & simul M. Taurum, quem tibi audio promisisse, qui nunc Romæ erat, de aqua per fundum eius ducenda rogabo. Ni-
15 cephorum, villicum tuum, sanè probaui: quæsiuiq. ex eo, [c] & quid ei de illa ædificatiuncula Laterii, de qua mecum locutus es, mandauisses. tum is mihi respondit, se ipsum eius operis HS. [d] XX. M. conductorem fuisse: sed te postea multa addidisse ad opus, ni-
20 hil ad pretium: itaque id se omisisse. Mihi [e] hercule valde placet, te illa, vt constituebas, addere: quamquam ea villa, quæ nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quæ obiurget ceterarum villarum insaniã. Verumtamen illud additum delectabit. Topiarium
25 laudaui: ita omnia [f] conuestiit hedera, quà basim villæ, quà intercolumnia ambulationis, vt denique illi palliati topiariam facere videantur, & hederam vendere. Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil muscosius. Habes ferè de rebus rusticis. Vrbanam expolitionem vrget ille [g] quidem et Philotimus, et Cincius: sed
30 etiam ipse crebrò interuiso: quod est facile factu.

Quam-

[a] L. & ea uiæ p.
[b] L. propè munierat. al. probè mnnierat.
[c] L. ecquid ei
[d] L. XVI. CIↃ
[e] L. herclè
[f] v. c. & L. conuestiuit
[g] L. illi qui dem

Quamobrem ea te cura liberatum uolo. De Cicerone quod me semper rogas, ignosco equidem tibi, sed tu quoque mihi velim ignoscas. Non enim concedo tibi, plus vt illum ames, quàm ipse amo. Atque utinam his diebus[a] in Arpinati, quod & ipse cupierat, & ego non minùs, mecum fuisset. Quod ad Pomponiam: si tibi videtur, scribas velim, cùm aliquò exibimus, eat nobiscum, puerumque ducat. clamores efficiam, si eum mecum habuero[b] otiosum. nam Romæ respirandi non est locus. Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum. Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? Venio nunc ad tuas litteras: quas pluribus epistolis accepi, dum sum[c] in Arpinati. nam mihi vno die tres sunt redditę, & quidem, vt videbantur, eodem abs te datæ tempore: vna pluribus verbis, in qua primùm erat, quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta litteris, quàm in Cæsaris. Id facit[d] Appius nonnumquam necessario, ut, cùm tabellarios constituerit mittere, litterasq; à nobis acceperit, aliqua re noua impediatur, & necessariò seriùs, quàm constituerat, mittat: neque nos datis iam epistolis diem[e] commutari curemus. Scribis de Cæsaris summo in nos amore. hunc & tu fouebis, & nos, quibuscumque poterimus, rebus augebimus. De Pompeio, & facio diligenter, & faciam quod mones. Quòd tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego summo meo dolore, & desiderio,[f] tamen ex parte gaudeo. In Hippodamis, & nonnullis aliis arcessendis, quid cogites, non intelligo. Nemo istorum est, quin abs te munus, fundi suburbani instar, exspectet. Trebatium verò meum quòd isto admisceas, nihil est. Ego illum

a L. in Arpinate.
b L. otiosus.
c L. in Arpinate.
d L. Oppius
e L. commutare
f L. tamen aliqua ex parte

illum ad Cæsarem misi; qui mihi iam satisfecit. si ipsi minùs, prꝑstare nihil debeo: teque item ab eo vindico, & libero. Quòd scribis te à Cęsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Balbum verò, qui est
5 *istius rei (quemadmodum scribis) adiutor, in oculis fero. Trebonium meum à te amari, teque ab illo pergaudeo. De tribunatu quòd scribis, ego verò nominatim petiui Curtio, & mihi ipse Cæsar nominatim Curtio paratum esse*[a] *rescripsit, meamque in rogando*
10 *verecundiam obiurgauit. Sicui præterea petiero (id quod etiam*[b] *Appio dixi, vt ad illum scriberet) facilè patiar mihi negari, quoniam illi,*[c] *qui sibi molesti sunt, sibi negari à me non facilè patiuntur. Ego Curtium (id quod ipsi dixi) non modò rogatione, sed etiam*
15 *testimonio tuo diligo, quòd litteris tuis studium illius in salutem nostram facile perspexi. De Britannicis rebus cognoui ex tuis nihil esse nec quòd metuamus, nec quòd gaudeamus. De publicis negotiis quę vis ad te Tironem scribere, negligentiùs ad te aut scribebam,*
20 *quòd omnia, minima, maxima, ad Cæsarem mitti sciebam. Rescripsi epistolæ maximæ.*[d] *Audi nunc de minusculaa: in qua primum est de Clodii ad Cæsarem litteris: in quo Cæsaris consiliũ probo, quòd tibi amantissimè petenti veniam non dedit, uti vllum ad illam fu*
25 *riam verbum rescriberet.*[4] *Alterum est de Caluentii Marii oratione. Quòd scribis, miror: tibi placere, me*[e] *ad eum rescribere, præsertim cùm illam nemo lecturus sit, si ego nihil rescripsero, meam in illum pueri omnes, tanquam dictata, perdiscãt. Libros meos, quos*
30 *exspectas, incohoaui: sed conficere non possum his diebus. Orationes efflagitatas pro Scauro, & pro Plãcio absolui.*

[a] v. c. perscripsit,
[b] L. Oppio
[c] L. qui mihi molesti sũt,
[d] L. Audi nunc ad minusculam:
[e] L. ad eam rescr.

a q.v. c.qđ instituueram, *absolui. Poema ad Cæsarem,[a] quod composueram, incidi. Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiũt, siquid habebo spatii, scribam. Venio ad tertiam. Balbum quòd ais maturè Romam bene comitatum esse venturum, mecumq. assiduè vsque ad idus Maias futurum, id pergratum, perque iucundum erit. Quòd me in eadem epistola, sicut sæpe antea, cohortaris ad ambitionem, & ad laborem, faciam equidem. sed quando viuemus? Quarta epistola mihi reddita est idibus Sept. quam[b] ad IIII. idus Sext. ex Brittannia dederas. In ea nihil sanè erat noui, præter Erigonam: quam si ab[c] Appio accepero, scribam ad te quid sentiam. nec dubito, quin mihi placitura sit. Et, quod præterii, de eo, quem scripsisti de Milonis plausu scripsisse ad Cæsarem: ego verò facilè patior ita Cæsarem existimare, illum quàm maximum fuisse plausum: & prorsus ita fuit: & tamen ille plausus, qui illi datur, quodammodo nobis videtur dari. Reddita est etiam mihi peruetus epistola, sed serò allata, in qua de æde Telluris, & de porticu Catuli me admones fit vtrumque diligenter. ad Telluris quidem etiam tuam statuã locaui. Item de hortis, quòd me admones: nec fui vmquam valde cupidus, & nunc domus suppeditat mihi hortorum amœnitatem. Romam cùm venissem[d] ad XIII. kalend. Octobr. absolutum offendi in ædibus tuis tectum: quod supra conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum: id nunc honestè[e] vergit in tectum inferioris porticus. Cicero noster, dum ego absum, non cessauit apud rhetorem. De eius eruditione quòd labores, nihil est; quoniam ingenium eius nosti: studium ego video. cetera eius suscipio, vt me putem

b L.a. d.

c L. Oppio

d L. a. d. XIII.

e al. uertit

tem præstare debere. Gabinium tres adhuc factiones postulant: L. Lentulus, flaminis F. qui iam de maiestate postulauit: Ti. Nero cum bonis subscriptoribus: C. Memmius tribunus pl. cum L. Capitone. ad vrbē
5 accessit [a] ad XII. Kal. Octobr. Nihil turpius, nec desertius. Sed his iudiciis nihil audeo confidere, quòd Cato non valebat. adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus. Pompeius à me valdè contendit de reditu in gratiam: sed adhuc nihil proficit: nec, si vllam partem libertatis tenebo, proficit. Tuas litteras
10 vehementer expecto. Quod scribis te audisse in candidatorum consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in eą coitione factæ sunt, quas postea Memmius patefecit, vt nemo
15 bonus interesse debuerit: & simul mihi committendum non fuit, vt his coitionibus interessem, quibus Messalla excluderetur: cui quidem vehementer satisfacio reb. omnibus: vt arbitror, etiam Memmio. Domitio ipsi multa iam feci, quæ voluit, quæq. à me petiuit. Scaurum beneficio defensionis valde obligaui. ad-
20 huc erat valde incertum & quando comitia, & qui coss. futuri essent. Cum hanc iam epistolam complicarem, tabellarii à vobis venerunt [b] ad XI. Kal. Sept. vicesimo die. O me sollicitum! quantum ego do-
25 lui in Cęsaris suauissimis litteris! [c] sed quo erant suauiores, eo maiorem dolorem illius ille casus afferebat. Sed ad tuas uenio litteras. Primùm tuam remansionē etiam atq. etiam probo, præsertim cùm, vt scribis, cū Cæsare communicaris. Oppium miror quidquam cum
30 Publilio: mihi enim non placuerat. Quòd interiore epistola scribis, me idib. Septembr. Pompeio legatum iri:

a L. a. d.

b L. a. d.

c L. scilicet

iri:id ego non audiui, scripsiq. ad Cæsarem, Vibullium Cesaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec ad Oppium. quo consilio? quamquam Oppium ego tenui, quòd priores partes [a] Bibuli erant: cum eo enim coram Cæsare egerat: ad Oppium scripserat. Ego verò nullas δευτέρας φροντίδας habere possum in Cæsaris rebus. Ille mihi secundum te et liberos nostros ita est, vt sit pæne par. videor id iudicio facere. iam enim debeo: sed tamen amore sum incensus. Cum scripsissem hæc infima, quę sunt mea manu, venit ad nos Cicero tuus ad cenam, cùm Pomponia foras cenaret. [b] dedit mihi epistolam legendam tuam, quam paullo antè [c] acceperat ab Aristophane meo, valde mehercule & suauem, & grauem: qua sum admodum delectatus. Dedit etiam alteram illam mihi, qua iubes, eum mihi esse affixum, tanquam magistro. Quàm illum epistolæ illæ delectarunt? quàm me? Nihil puero illo suauius, nihil nostri amantius. Hæc inter cenam Tironi dictaui, ne mirere alia manu esse. Annali litteræ tuę pergratæ fuerunt, quòd & [d] curares de se diligenter, & tamen consilio seuerissimo iuuares. P. Seruilius pater, ex litteris, quas sibi à Cæsare missas esse dicebat, significat valde te sibi gratum fecisse, quòd de sua voluntate erga Cæsarem humanissimè, diligentissimeq. locutus esses. Cùm Romam ex Arpinati reuertissem, dictum mihi est, Hippodamum ad te profectum esse. Non possum scribere, me miratum esse illum tam inhumaniter fecisse, vt sine meis litteris ad te proficisceretur: illud scribo, mihi molestum fuisse. iam enim diu cogitaueram, ex eo, quod tu ad me scripseras, vt, siquid esset, quod ad te

a L. Vibullij er.

b al. dedit que

c L. acceperat Aristophaneo modo, valde m.

d L. curares se dilig.

ad te diligentius perferri vellem, illi darem: quòd me-
hercule hisce litteris, quas vulgò ad te mitto, nihil
ferè scribo, quod si in alicuius manus inciderit, mole-
stè ferendum sit. Minucio me, & Saluio, & Labeo-
5 *ni reseruabam. Labeo aut tardè proficiscetur, aut hic*
manebit. Hippodamus [a] *ne nunc quidem, quid velim,*
rogauit. T. Pinarius amabileis ad me de te litteras
mittit: se maximè litteris, sermonibus, cenis deniq.
tuis delectari. Is homo semper me delectauit: fraterq.
10 *eius mecum est multum. quare, vt instituisti, comple-*
ctere adolescentem. Quòd multos dies epistolam in
manibus habui, propter commorationem tabellario-
rum, ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore,
velut hoc. T. Anicius mihi sæpe iam dixit, sese tibi,
15 *suburbanum si quod inuenisset, non dubitaturum esse*
emere. In eius sermone ego vtrumque soleo admirari,
et te de suburbano emendo, cùm ad illum scribas, non
modò ad me non scribere, sed etiam aliam in senten-
tiam scribere, &, cùm ad illum scribas, [6] *nihil te re-*
20 *cordari* [b] *de se, de epistolis illis, quas in Tusculano*
eius tu mihi ostendisti, nihil de præceptis Epicharmi,
γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρεται. *totum denique vultum, ani*
mum, sermonem eius: [7] *quemadmodũ coniicio,* [c] *qua-*
si. Sed hęc tu videris. De suburbano, cura, vt sciam,
25 *quid velis: & simul nequid ille turbet, vide. Quid præ*
terea? Quid? etiã. Gabinius [d] *ad III. Kalendas Octo-*
br. noctu in vrbem introiuit: & hodie H. VIII. cum
edicto C. Alfii de maiestate eum adesse oporteret con
cursu magno, & odio vniuersi populi pæne afflictus
30 *est. nihil illo turpius.* [e] *proximus tamen est Piso.*
itaque mirificum ἐμβόλιον *cogito* [f] *in secundum li-*
brum

a L. ne nunquid vellem quidem, rogauit.
b al. de te.
c L. quasi ignoto. Sed h.
d L. a. d. IIII.
e L. proximus est tamen P.
f L. in secundum meorum librorum inducere,

brum meorum librorum includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset: quorum alter exercitum perdidisset, alter vendidisset. Ex Britannia Cæsar ad me

a a.d. IIII. *Kalendis Sept. dedit litteras: quas ego accepi* [a] *ad* 5 IIII. *kalendas Octobr. satis commodas de Britannicis rebus: quibus, ne admirer, quòd à te nullas acceperim, scribit, se sine te fuisse cum ad mare accesserit. Ad eas ego ei litteras nihil rescripsi, ne gratulandi quidem causa, propter eius luctum. Te oro etiã* 10 *atque etiam, mi frater, vt valeas.*

ANNOTATIONES.

1 tectorium vt concinnum sit) P. Manutius legit, tectorium vt continuum sit: & ita declarat, ne rimas agat, ne vitium faciat. Ego, concinnum, malo.

2 Nunc hoc vel hieme, &c.) Huius loci restitutio debetur 15 P. Manutio nonnulla ex parte: Nam nos quoque aliquid attulimus: non quòd quidquam addiderimus: sed quòd eas voces, quas delebat Manutius, retinuerimus, & quòd voces, hieme & æstate, & alijs locis posuerimus: quòd denique, æstate, non, in æstate, ediderimus: existimantes ex his duobus, hieme æstate factum esse, honestate, nominibus loco suo motis. unum mutauimus, nempè pro, æstiuum locum æstiui locum, edendum curauimus. paullo post, quòd, subiectum cubiculis, excudi iussi- 20 mus, in hoc eum prorsus secuti sumus. Licet tamen, cubiculo, legere, quemadmodum Malaspina testatur in codice Faernii scriptum esse.

3 & silua vindicata.) Sic emendat Adr. Turnebus. Vindicata autem, id est purgata & rebus alienis & superuacaneis liberata.

4 Alterum est de Caluentij Marij.) legendum fortasse, de Calueni Matij oratione Nam Matius, caluus erat: in quo non semel lusit Cicero epist ad Attic. 25

5 scilicet quo erant suauiores) Sic edendum curaui. Nam, sed, aduersantis particula, ad hunc locum non quadrabat, scilicet, mirè quadret: Et, sed, seu, set, pro, scilicet, à librariis illis sæpe scriptum esse videmus.

6 Nihil te recordari de se.) aut legendum, de te: aut hoc totum, de te, seu, de se, delendum. De te, autem, id est de tuo facto, qui mihi eius litteras ostendisti: & de tua oratione, quam mecum de illo habuisti, omnino ego malim deleri. 30

7 quemadmodum conijcio, quasi ignoto.) sub. credis. Nam

ni ita

ni ita esset, ei non crederes, cùm talis sit. uocem, ignoto, repertam in uno codice manuscrip. quamuis non in contextu, eadem manu tamen scriptam, restitui, ut Ciceronis. quòd si est aliena, & ab aliquo erudito olim excogitata, & subdita: uidetur tamen ualde huic loco conuenire.

Verba Græca, Latinis expressa.

5 ἀποδυτηρίῳ, loco, ubi lauaturi uestimenta deponebāt.
δευτέρας φροντίδας, posteriores cogitationes.
γνῶθι πῶς ἄλλῳ κέχρηται, nosce quemadmodum alio usus fuerit.
ἐμβόλιον, insertum, inculcatum quoddam.

10 MARCVS Q. FRATRI S. 2

AD. VI. *idus Octobr. Saluius Ostiam uesperi naui profectus erat cum iis rebus, quas tibi domo mitti uolueras. Eodem die Gabinium ad populum*
15 *luculentè calefecerat Memmius, sic, ut Calidio uerbum facere pro eo non licuerit. Postridie autem eius diei, qui erat tum futurus, cùm hæc scribebam ante lucem, apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmium,*[a] *& Ti. Neronem, & C. &*
20 *L. Antonios, M. F. Putabamus fore, ut Memmio daretur, etsi erat Neronis mira contentio. Quid quæris? probè premitur, nisi noster Pompeius, diis, hominibusq. inuitis, negotium euerterit. Cognosce nunc hominis audaciam, & aliquid in rep. perdita dele-*
25 *ctare. Cùm Gabinius, quacumq. ueniebat, triumphum se postulare dixißet, subitoq. bonus imperator noctu*[b] *urbem hostium planè inuasißet, in senatum se non committebat. Interim ipso decimo die, quo*[c] *ipsum oportebat hostium numerum, & militum re-*
30 *nuntiare,*[d] *in re hæsit, summa in frequentia. cùm uellet exire, à coss. retentus est: introducti publicani.*

a & T. Ner.
b v. c. in urbem
c al. cum
d fort. irrepsit,

Homo vndique actus,[a] *cùm à me maximè vulneraretur, non tulit, & me trementi voce exsulem appellauit." Hic, o dii! nihil vmquam honorificentius nobis accidit. Consurrexit senatus cum clamore ad vnum, sic, vt ad corpus eius accederet: pari clamore, atque impetu publicani. Quid quæris? omnes, tanquam si tu esses, ita fuerunt. Nihil hominum sermone foris clarius. Ego tamen*[b] *teneo ab accusando vix mehercule: sed tamen teneo,*[c] *vel quòd nolo cum Pompeio pugnare (satis est quod instat de Milone)*[d] *vel quòd iudices nullos habemus.* ἀπότευγμα *formido. addo etiam*[e] *maleuolentiam hominum, & timeo, ne illi, me accusante, aliquid accidat: nec despero rem & sine me, & nonnihil per me confici posse. De ambitu postulati sunt omnes, qui consulatum petunt: à Memmio, Domitius: à Q. Curtio, bono & erudito adolescente, Memmius: à Q. Pompeio, Messalla: à Triario, Scaurus.*[f] *Magno res in motu est: propterea quòd aut hominum, aut legum interitus ostenditur. Opera datur, vt iudicia ne fiant. Res videtur spectare ad interregnum.* COSS. *comitia habere cupiunt: rei nolunt, & maximè Memmius, quòd Cæsaris aduentu, sperat se futurum* COS. *sed mirum in modum iacet. Domitius cum Messalla certus esse videbatur. Scaurus refrixerat. Appius sine lege Curiata confirmat se Lentulo nostro successurum: qui quidem mirificus illo die (quod pæne præterii) fuit in Gabinium: accusauit maiestatis: nomina data, cùm ille verbum nullum. Habes forensia. Domi rectè, & ipsa domus à redemtoribus tractatur non indiligenter. Vale.*

[a] v.c. & cùm
[b] fort. teneo me ab acc.
[c] v. c uel id quòd
[d] v.c. uel id quòd
[e] v.c. maliuol.
[f] libri vulg. Magna res

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 subitoq. bonus imperator noctu vrbem hostium planè &c.) P. Victorius Var. lectionum lib. 5 legendum censet, noctu urbem, noctu planè, &c. Ego sequor libros omneis & uulgatos, & manuscriptos. Arbitror tamen sic esse à Cicerone scriptum, & sic legendum, noctu urbem hostium, planè hostium inuasisset:&c.

5 2 hostium numerum,& militum, &c.) Manutius testatur codices Bessarionis habere, hostiarium numerum.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἀπότευγμα, repulsam.

MARCVS Q. FRATRI S. 3

10 *OCcupationum mearũ tibi signum sit librarii manus. Diẽ scito esse nullum, quo die non dicam pro reo. ita, quidquid conficio, aut cogito, in ambulationis ferè tempus confero. negotia nostra sic se habent. Domestica uerò, vt volumus. Valent pueri, studio-*
15 *sè discunt, diligenter docentur, & nos, & inter se amant. Expolitiones utriusque nostrum sunt in manibus:*[a] *sed tua ad perfectum iam res est rustica Arcani, & Laterii. Præterea de aqua, & via nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleatè ad te perscri-*
20 *berem. sed me illa cura sollicitat, angitque uehementer, quòd dierum iam amplius L. interuallo nihil à te, nihil à Cæsare, nihil ex istis locis, non modò litterarum, sed ne rumoris quidem affluxit. Me autẽ iam & mare istuc, & terra sollicitat: neq. desino (ut fit in*
25 *amore) ea, quæ minimè volo, cogitare. Quare non equidem iam te rogo, vt ad me de te, de rebus istis scribas (numquam enim cùm potes, prætermittis) sed hoc te scire volo, nihil ferè vmquam me*[b] *ita exspectasse, ut, cùm hæc scribebam, litteras tuas. Nunc cognosce ea,*
30 *quæ sunt in rep. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate bonorum*

[a] L. sed tua pæne ad tectum iam perducta res est rust.

[b] v. c. sic

omnium:tanta inuidia sunt eos. propter suspicionem pactorum à candidatis præmiorum. Candidati consulares quattuor, omnes rei, causæ sunt difficiles: sed enitemur, ut Meßalla noster saluus sit: quod est etiam cum reliquorum salute coniunctum. Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, subscribente priuigno Memmio, fratre Cæcilio Syllæ filio Contrà dixit L Torquatus. omnibus q. libentibus non obtinuit. [a] Quæris, quid fiat de Gabinio? sciemus de maiestate triduo: quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum: maximè testib. cæditur: accusatoribus frigidissimis utitur: consilium, uarium: quæsitor, grauis, & firmus, Alfius: Pompeius, uehemens in iudicib. rogandis: Quid futurum sit, nescio: locum tamen illi in ciuitate non uideo: animum præbeo ad illius perniciem, moderatum: ad rerum euentum, lenissimum. Habes ferè de omnib. rebus. Vnum illud addam. Cicero tuus, nosterq. [b] summo studio est Pæonii sui rhetoris, hominis, opinor, ualde exercitati, & boni, sed nostrum instituendi genus esse paullo eruditius, & θετικώτερον, non ignoras. Quare neq. ego impediri Ciceronis iter, atq. illam disciplinam uolo, & ipse puer magis illo [c] declamatorio genere duci, & delectari uidetur. In quo quoniam ipsi quoq. fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. eodem enim peruenturum esse confidimus. sed tamen, si nobiscum eum rus aliquò eduxerimus, in hanc nostram rationem, consuetudinemq. inducemus. Magna enim nobis à te proposita merces est. quam certè nostra culpa numquam minùs assequemur. Quibus in locis, & qua spe hiematurus sis, ad me quàm diligentissimè scribas uelim. Vale.

[a] L. Quæris, quis fiet. Sciemus de m.

[b] L. summo studio instituitur Pæonij rhetoris, hominis,

[c] v.c. clamatorio

ANNOTATIONES.

1 sed tua pænè ad tectum iàm perducta res est,&c.) Sic restitui, antiqua veteris scripturæ vestigia secutus.

Verba Græca, Latinis expreßa.

5 θετικώ]τερον, in vniuersum quæstionibus aptius.

MARCVS Q. FRATRI S. 4

GAbinius absolutus est. omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusq. eius infantius: nihil
10 *illo consilio sordidius. Sed tamen incredibilis contentio, & preces Pompeii, dictaturæ etiam rumor, plenus timoris fuisset, ipsi Lentulo non respondißet: qui tum illo accusatore, illoq. consilio sententiis condemnatus sit* [a] XXXII. *cum* LXX. *tulissent. Est omnino tam*
15 *graui fama hoc iudiciũ, vt videatur reliquis iudiciis periturus, & maximè de pecuniis repetundis. Sed vides nullam eße remp. nullum senatum, nulla iudicia, nullam in nullo nostrum dignitatem. Quid plura de iudicibus? duo prætorii sederunt, Domitius Caluinus: is*
20 *apertè absoluit, vt omnes viderent: & Cato: is* [1] [b] *diruptis tabellis de circulo se subduxit, & Pompeio primus nuntiauit. Aiunt nonnulli, Sallustius itẽ, me oportuisse accusare. His ego iudicibus committerem? Quid eßem, si me agente, esset elapsus? Sed me aliam moue*
25 *runt. Non putasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua dignitate mecum eße certamen: in vrbem* [c] *intrasset: ad inimicitias res venisset: cum Aesernino Samnite* [d] *Pacidianus comparatus uiderer. auriculam fortaße mordicus abstulisset. cum Clodio quidem cer*
30 *tè rediisset in gratiam. Ego verò mecum consilium (si præsertim tu non improbas) vehementer approbo.*

a al. XXII.

b L. diribitis tab. al. diremtis tab.

c L. introisset:

d L. Placideianus

Ille, cùm à me singularibus meis studiis ornatus esset, cumq́. ego illi nihil deberem, ille mihi omnia: tamen in rep. me à se dissentientem non tulit, (nihil dicam grauius) & minus potens eo tempore, quid in me florentem posset, ostendit. nunc, cum ego ne curem quidē multum posse, res quidem publ. certè nihil possit, vnus ille omnia possit, cum illo ipso contenderem? sic enim faciendum fuisset. Non existimo te putare, id mihi suscipiendum fuisse. Alterutrum, inquit idem Sallustius, [a] defendisses: idq́ue Pompeio contendenti dedisses. etenim vehementer orabat. Lepidum amicum Salustium, qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam sempiternam. Ego verò hac mediocritate delector: ac mihi illud iucundum est, quòd, cum testimonium secundum fidem, & religionem grauissimè dixissem, reus dixit, si in ciuitate [b] licuisset sibi esse, mihi se satisfacturū: neque me quidquam interrogauit. De versibus, quos tibi à me scribi vis, deest mihi quidem opera, quæ non modò tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat: sed abest etiā ἐνθουσιασμὸς. non enim sumus omnino sine cura venientis anni: etsi sumus sine timore. Simul & illud (sine vlla mehercule ironia loquor) tibi istius generis in scribendo priores parteis tribuo, quàm mihi. De bibliotheca tua Græca supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde uelim ista confici, præsertim cum ad meum quoq. usum spectent. Sed ego, mihi ipsi ista per quem agam non habeo. neq. enim venialia sunt, quæ quidem placeant, & confici nisi per hominem, & peritum, & diligentem non possunt. Chrysippo tamen imperabo, & cum

[a] fort. aut accusasses, aut defendisses:

[b] L. sibi esse licuisset,

cum Tyrannione loquar. De fisco quid egerit Scipio, quæram. quod videbitur rectum esse, curabo. De Ascanione, tu verò, quod voles, facies: me nihil interpono. De suburbano quòd non properas, laudo: vt tu habeas, hortor. Hæc scripsi [a] *ad* VIII. *Kalendas Nouembr. quo die ludi committebantur, in Tusculanum proficiscens, ducensq. mecum Ciceronem meū in ludū discendi, non lusionis, ea re non longius, quàm vellem, quòd Pontino ad triumphum* [b] *ad* III. *Non. Nouembr. volebam adesse. etenim erit nescio quid negotioli. Nam Cato, & Seruilius prætores prohibituros seminantur: nec, quid possint, scio. Ille enim & Appium* COS. *secum habebit, & prętores, & tribunos pl. sed minantur tamen: in primisque ἀρηπτρίων Q.* [c] *Scæuola. Cura, mi suauissime, & carissime frater, vt valeas.*

a L. a.d. IX.

b L. a. d.

c v. c. Scæuula.

ANNOTATIONES.

1 diribitis tabellis) Sic Manutius, & Gruchius. Sigonius, diremtis tab. quod nunc minùs probo.

Verba Græca, Latinis expressa.

ἐνθουσιασμὸς, afflatus diuinus.

ἀρηπτρίων, Martem spirans.

MARCVS Q. FRATRI S. 5

QVòd quęris, quid de illis libris egerim, quos, cùm essem in Cumano, scribere institui: non cessaui, neque cesso: sed sępe iam scribendi totū consilium, rationemque mutaui. Nam iam duobus factis libris, in quibus, nouendialibus iis feriis, quæ fuerunt Tuditano & Aquillio COSS. *sermo est à me institutus Africani, paullo antè mortem, & Lælii, Phili, Manilii, Q. Tuberonis, & Lælii generorum*

a v. c. Scæuulæ:
b v. c. ciui:
c al. luculentæ,

Fannii, & [a] Scæuolæ: sermo autem in nouem & dies, & libros distributus de optimo statu ciuitatis, & de optimo [b] ciue: sanè texebatur opus [c] luculenter, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat: hi libri cum in Tusculano mihi legerentur, audiente Sallustio: admonitus sum ab illo, multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de republ. præsertim cum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis, & is, qui in maximis versatus in rep. rebus essem. quæ tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri ficta esse. [d] oratorium sermonem in illis nostris libris, quòd esset de ratione dicendi, [e] bellè à me remouisse: ad eos tamen retulisse, quos ipse vidissem. Aristotelem denique, quæ de rep. & præstante viro scribat, ipsum loqui. Commouit me, & eo magis, quòd maximos motus nostræ ciuitatis attingere non poteram, quòd erant inferiores, quàm illorum ætas, qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam. Nunc & id vitabo, & loquar ipse tecum, & tamen illa, quæ institueram, ad te, si Romam venero, mittam. Puto enim te existimaturum à me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos. Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, vnicè delector: [f] promissis iis, quę ostendit, non valde pendeo: nec honores sitio, nec desidero gloriam: magisque eius voluntatis perpetuitatem, quàm promissorum exitum exspecto. viuo tamen in ea ambitione, & labore, tanquam id, quod non postulo, exspectem. Quòd me de facieadis versibus rogas, incredibile est, mi frater, quàm egeam tempore: nec sanè satis

d libri vulg. oratorum
e L. bellè me à me
f fort. à promissis

tis commouear animo ad ea, quæ uis, canenda. ὑποθέσεις [a]*verò ad ea, quæ ipse ego ne cogitando quidem conse-quor, tu, qui omneis isto eloquendi, & exprimendi genere superasti, à me petis? Facerem tamen, vt pos-*
5 *sem: sed (quod te minimè fugit) opus est ad poema quadam animi alacritate, quam planè mihi tempora eripiunt. Abduco equidem me ab omni reip. cura, dedoque litteris: sed tamen indicabo tibi, quod me-hercule in primis te celatum volebam. Angor, mi*
10 *suauissime frater, angor, nullam esse remp. nulla iu-dicia, nostrumque hoc tempus ætatis, quod in illa au-ctoritate senatoria florere debebat, aut forensi labo-re iactari, aut domesticis litteris sustentari. Illud ve-rò, quod à puerò adamaram:* [b] αἰὲν ἀριστεύσειν, καὶ
15 ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων*, totum occidisse: inimicos à me partim non oppugnatos, partim etiam esse defen-sos: meum non modò animum, sed ne odium quidem esse liberum: vnumque ex omnibus Cæsarem esse in-uentum, qui me tantum, quantum ego vellem, ama-*
20 *ret, aut etiam (sicut alii putant) hunc vnum esse, qui vellet. Quorum tamen nihil est eiusmodi, vt ego me non multa consolatione quotidie leniam: sed illa erit consolatio maxima, si vnà erimus. nunc ad illa uel gra uissimum accedit, tui desiderium. Gabiniũ si, vt Pan-*
25 *sa putat oportuisse, defendissem, concidissem: qui illum oderunt (ii sunt toti ordines)* [c] *propter quem oderunt, meipsum odisse cœpissent. Tenui me, vt puto, egre-giè, tantum vt facerem, quantum omnes viderunt. Et in omni summa, vt mones, valde me ad otium,*
30 *pacemque conuerto. De libris, Tyrannio est cessa-tor: Chrysippo dicam: sed res operosa est, & hominis perdi-*

a L. verò, & ea, quæ

b al. Γολλὸν

c al. propter quem, eum ode-runt.

perdiligentis. Sentio ipſe, qui in ſummo ſtudio nihil aſſequor. De Latinis verò, quò me vertam, neſcio: ita mendosè & ſcribuntur, & veneunt: ſed tamen quod fieri poterit, non negligam. Cerbrius, vt antè ad te ſcripſi, Romę eſt: & qui omnia adiurant, debere tibi valde renuntiant. Ab ærario puto confectum eſſe, dum abſum. 5

Verba Græca, Latinis expreſſa.

ὑπόθεσις, argumenta.
αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, ſemper ſtrenue ſe gerere. & præſtantiorem eſſe alijs. 10

MARCVS Q. FRATRI S. 6

a L. abſoluiſſe te

Quattuor tragœdias X V I. diebus [a] abſoluiſſe cùm ſcribas, tu quidquam ab alio mutuaris? & κλέος quęris, cùm Electram et Troadem ſcripſeris? Ceſſator eſſe noli: & illud, γνῶθι σεαυτὸν, noli putare ad arrogãtiam minuendam ſolum eſſe dictũ, verum etiam vt bona noſtra norimus. Sed & [b] iſtas, et Erigonam mihi velim mittas. [c] Habes duas epiſtolas proximas. 15 20

b v. c. iſtam,
c fort. habes ad duas ep.

Verba Græca, Latinis expreſſa.

a v. c. alluuies.

γνῶθι σεαυτὸν. noſce te ipſum.

MARCVS Q. FRATRI S. 7 25

b ἤματ' ὀπωρινῷ, (cadit n. in abſolutionẽ Gabinii) ὅτε λάβρ. χ. ὕδωρ Ζεύς, ὅτε δή γ'
c fort. χαλεπαίνει.

Romæ, & maximè Appia ad Martis, mira [a] proluvies. Craſſipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ: magna vis aquę vſque ad piſcinam publicam. Viget illud Homeri, [b] ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεύς. Cadit enim in abſolutionem Gabinii ὅτε δή γ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος [c] χαλεπαίνῃ, 30

παίνῃ, οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας, Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες. *Sed hæc non curare decreui. Romam cùm venero, quę perſpexero, ſcribam ad te, & maximè de dictatura: & ad Labie-*
5 *num, et ad Ligurium litteras dabo. Hanc ſcripſi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quòd eum te aiebant, cum eſſes Sami, curaſſe faciendum. Vale mi ſuauiſſime, & optime frater.*

Verba Græca, Latinis expreßa.

10 ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεὺς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπαίνῃ, οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας, Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες, die autumnali cum abundantiſſimam effundit aquam Iuppiter, cum iam hominib. iratus ſuſcenſet, qui per vim in foro obliquas exiſtimauerint
15 leges, iuſtitiam autem expellant, deorum vocem non curantes.

MARCVS Q. FRATRI S. 8

SVperiori epiſtolæ [a] quòd reſpõdeam, nihil eſt: quæ plena ſtomachi, & querelarum eſt: quo in genere
20 *alteram quoque te ſcribis pridie Labieno dediſſe: qui adhuc non venerat. Deleuit enim mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. Tantum te & moneo, & rogo, vt in iſtis moleſtiis, & laboribus, & deſideriis recordere, conſilium noſtrum quod fuerit profectio-*
25 *nis tuæ. Non enim commoda quædam ſequebamur parua, ac mediocria. Quid enim erat, [1] quod diſceſſu noſtro emendum putaremus? Præſidium firmiſſimum petebamus ex optimi, & potentiſſimi viri [b] beneuolentia ad omnem ſtatum noſtræ dignitatis.*
30 *Plura ponuntur in ſpe, quàm in pecuniis: reliqua ad iacturam ſtruentur. Quare ſi crebrò referes animum*

[a] v. c. quid

[b] v. c. beniuolentia

mum tuum ad rationem & veteris consilii nostri, & spei, facilius istos militiæ labores, ceteraq. quæ te offendunt, feres: & tamen cum voles, depones. Sed eius rei maturitas neque dum venit, & tamen iam appropinquat. Etiam illud te admoneo, nequid ullis litteris committas, quod si prolatum sit, molestè feramus. Multa sunt, quæ ego nescire malo, quàm cum aliquo periculo fieri certior. Plura ad te vacuo animo scribam, cum (vt spero) se Cicero meus bellè habebit. Tu velim cures, vt sciã, quib. nos dare oporteat, eas, quas ad te deinde litteras mittemus: Cæsarisne tabellariis, vt is ad te protinus mittat, an Labieni. Vbi enim isti sint Nerui, et quàm longè absint, nescio. De virtute, & grauitate Cęsaris, quam in summo dolore adhibuisset, magnam ex epistola tua[a] accepi voluptatem. Quòd me institutũ ad illũ poema iubes perficere: etsi distentus cum opera, tum animo sum multo magis, quoniam tamen ex epistola, quum ad te miseram, cognouit Cæsar, me aliquid esse exorsum, reuertar ad institutum: idq. perficiam his supplicationum otiosis diebus, quib. Messallam iam nostrum, reliquosq molestia leuatos, vehementer gaudeo: eumque quòd certũ COS. *cum Domitio numeratis, nihil à nostra opinione dissentitis. Ego Messallã Cęsari pręstabo. Sed Memius in aduentu Cęsaris habet spem: in quo illum puto errare: hic quidem friget. Scaurum autem iampridem Pompeius abiecit, res prolatæ. ad interregnum comitia adducta. Rumor dictatoris [b] iucundus bonis, mihi etiam magis quæ loquuntur. Sed tota res & timetur, & refrigescit. Pompeius planè se negat velle: antea ipse mihi non negabat. Hirrus auctor fore videtur.*

a al. cepi

b L. iniucundus

detur. O dii quàm ineptus! quàm se ipse amans sine riuali! [2] Crassum Iunianum, hominem mihi deditum, per me deterruit. velit, nolit, scire difficile est. Hirro tamen agente, nolle se non probabit. Aliud hoc tempore de rep. nihil loquebantur. agebatur quidem certè nihil. Serrani [a] Domestii filii funus perluctuosum fuit [b] ad VII. kalend. Decembr. Laudauit pater scripto meo. Nunc de Milone. Pompeius ei nihil tribuit: & omnia Guttæ: dicitq; se perfecturum, vt [c] in illo Cæsar incumbat hoc horret Milo: nec iniuria: &, si ille, dictator factus sit, pæne diffidit. Intercessorem dictaturæ si iuuerit manu, & præsidio suo, Pompeium metuit inimicum. si non iuuerit: timet, ne per vim perferatur. Ludos apparat magnificentissimos: sic, inquam, vt nemo sumtuosiores. stultè bis, terque, non postulatus: vel quia munus magnificum dederat, vel quia facultates non erant, vel quia magister, uel quia potuerat magistrum se, non ædilem putare. Omnia fere scripsi. Cura, mi carissime frater, vt valeas.

a L. Domesticij
b L. a. d. VIII.
c L. in illum

ANNOTATIONES.

1 quod discessu nostro emendum putaremus?) Quidam legunt, freti auctoritate librorum ueterum, u. aiunt, merendum putaremus? Quam lectionem ut non reijcio, ita hanc receptam non improbo.

2 Crassum Iunianum) sic legendum, non, Crassum Licinianum, quo modo olim operæ me imprudente ediderunt: quamquam non sine negligentia mea. Nam cùm è uocis, Iunianum, regione adscripsissem Manutij coniecturam, Licinianum: illi quod erat adscriptum ad oram libri, secuti sunt: quod erat in textura orationis, reiecerunt ego autem debueram, antequàm excudere inciperent, delere. Hic igitur iterum lectorem admoneo legendum, Iunianum, vt habent omnes libri, non, Licinianum, quomodo Manutius coniecit esse legendum: quamuis coniectura illa sit probabilis, quod mihi pæne fuit fraudi. Cùm autem possim scripturam receptam multis argumentis confirmare, tum duorum nummorum argenteorum: quorum utriusque inspi-

ciendi mihi à Clemente Teuenino facta copia est, auctoritate possum. Vnius igitur horum nummorum in antica parte incisum erat Termini caput cum hac inscriptione, Q. Metellus Pius-Scip. imp. in postica, sella curulis, & supra eam cornu copiæ, & bilanx transuersim locata: inscriptio hæc, Crass. Iun. leg. propr. pars antica continebat tropæum inter lituum, & vrnam, cum hac inscriptione, Q. Metell Pius-Scip. imp. postica præ se ferebat effigiem Cybeles turritæ inter spicam, & caduceum locatæ. inscriptio erat hæc, Crassus Iun. leg. propr. Quare nihil censeo mutandum. 5

Verba Græca, Latinis expressa.

τότε μοι χάνοι, tunc mihi dehiscat.

ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς, hic autem insanit amplius tolerabiliter. 10

MARCVS Q. FRATRI S. 9

DE Gabinio nihil fuit faciendum istorum, quæ amantissimè [a] cogitata sunt. τότε μοι χάνοι. feci summa cum grauitate, vt omnes sentiunt, & summa cum lenitate, quæ feci. illum neque ursi, neque leuaui. testis uehemens fui: præterea quieui. Exitum iudicii fœdum, & perniciosum leuissimè tuli. Quod quidem bonum mihi nunc deniq. redundat, vt his malis reip. licentiaque audacium, qua antè [b] rumpebar, nunc ne mouear quidem. Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus. Itaque, ex rep. quoniam voluptatis nihil iã capi potest: cur stomacher, nescio. Litteræ me, & studia nostra, & otium, villæque delectant, maximeque pueri nostri. Angit vnus Milo. sed uelim finem afferat consulatus: in quo enitar non minùs, quàm sum enisus in nostro: tuque istinc, quod facis, adiuuabis. De quo, cetera (nisi planè uis eripu erit) rectè sunt; de re familiari timeo, ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς: qui ludos [c] HS. CCC. comparet. cuius in hoc uno [d] considerantiam & ego sustinebo, ut po- 15 20 25 30

a fort. à te cogitata

b al. dirum pebar,

c L. H-S. ccc1ɔɔɔ.

d L. inconsiderantiam

vt potero, & tu, ut possis, est tuorum neruorum. De motu temporum venientis anni, nihil te intelligere volueram domestici timoris, sed de communi reip. statu: in quo etiam si nihil procuro, tamen nihil curare uix possum. Quàm autem te uelim cautum esse in scribendo, ex hoc coniicito, quòd ego ad te ne hæc quidem scribo, quæ palàm in rep. turbantur, ne cuiusquam animum meæ litteræ interceptæ offendant. Quare domestica cura te leuatum uolo. In rep. scio quàm sollicitus esse soleas. Video Messallam nostrum cos. si per interregem, sine iudicio: si per dictatorem, tamen sine periculo.[a] odii nihil habet. Hortensii calor multum ualebit. Gabinii absolutio, lex impunitatis putatur, ἐν παρέργῳ. De dictatore tamen actum adhuc nihil est. Pōpeius abest: Appius miscet: Hirrus parat: multi intercessores numerantur: populus non curat: principes nolunt: ego quiesco. De mancipiis, quod mihi polliceris, valde te amo: & sum equidem, vti scribis, & Romæ, & in prædiis infrequens. Sed caue, amabo, quidquam, quod ad meum commodum attineat, nisi maximo tuo commodo, & maxima tua facultate, mi frater, cogitaris. De epistola Vatinii, risi. sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non sorbeam solùm, sed etiam concoquam. Quòd me hortaris, ut absoluam: habeo absolutum suaue, mihi quidem [b] vti videtur, ἔπος ad Cæsarem: sed quæro locupletem tabellarium, [c] ne accusat quod Erigonæ tuæ: [d] cui soli, Cæsare imperatore, iter ex Gallia tutum non fuit. * *

[1] *Quid si cæmentum bonum non haberem, deturbem ædificium? quod quidem quotidie mihi magis placet: in pri-*

[a] fort. odii enim nihil est.
[b] L. ut uid.
[c] L. ne ei accidat
[d] v. c. quoi

in primisq́. inferior porticus, & eius conclauia fiunt rectè. De Arcano, Cęsaris opus est, uel mehercule etiam elegantioris alicuius. imagines enim istę, & palęstra, & piscina, & nilus, multorum Philotimorum est, non Diphilorum. sed & ipsi ea adibimus, 5
& mittemus, & mandabimus. De Felicis testamento tum magis[a] querere, si scias. Quas enim tabulas se putauit obsignare, [b]in quibus in vnciis firmissimum tenuerat (lapsus est per errorem & suum, & Sicuræ serui) non obsignauit: quas noluit, eas obsignauit. 10
ἀλλ' οἰμωζέτω: nos modò ualeamus. Ciceronem & ut rogas, amo, & ut meretur, & vt debeo. Dimitto autem à me, & ut à magistris ne abducam, & quòd mater Pomponia discedit, sine qua edacitatem pueri pertimesco. sed sumus unà tamen ualde multùm. Rescripsi ad omnia, mi suauissime, & optime frater. 15

a L. queraare,
b L. in quibus de uncijs firmissimum tenuerat: lapsus errorem & suum, & Sicuræ serui, non obs.

ANNOTATIONES.

[1] Quid? si cæmentum bonum non hab.) Assentior Manutio, & alijs viris doctissimis, qui putant hic esse lacunam, & nonnullà deesse.

Verba Græca, Latinis expressa. 20

ἐν παρέργῳ, obiter.
ἔπος, carmen heroicum.
ἀλλ' οἰμωζέτω, sed ploret.

CICERO OCTAVIANO S. 10

Hæc epistola non est Ciceronis: sed declamatoris alicuius. 25

SI per tuas legiones mihi licitum fuisset, quæ nomini meo, populoque Rom. sunt inimicissimæ, uenire in senatum, coramque de rep. disputare, fecissem: neque tam libenter, quàm necessariò. nulla 30

la enim remedia, quę vulneribus [a] *adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quę sunt salutaria. Sed quoniam cohortibus armatis circumseptus senatus, nihil aliud verè potest decernere, nisi timere (in Capito-*
5 *lio signa sunt, in vrbe milites vagantur, in Campo castra ponuntur, & Italia tota, legionibus ad libertatem nostram conscriptus, ad seruitutem adductis, equitatuque exterarum nationum, destinetur) cedam tibi in pręsentia foro, curia, & sanctissi-*
10 *mis deorum immortalium templis: in quibus, reuiuiscente iam libertate, deinde rursus oppreßa, senatus nihil consulitur, timet multa, assentitur omnia. Post etiam paullo, temporibus ita postulantibus, cedam urbe: quam per me conseruatam, ut eßet li-*
15 *bera, in seruitute uidere non potero. Cedam vita, quę quamquam sollicita est, tamen, si profutura est reip bona spe posteritatis me consolatur: qua sublata, non dubitanter occidam, atque ita cedam, ut fortuna iudicio meo, non animus mihi defuiße videatur.*
20 *Illud uerò, quod & præsentis doloris est iudicium, & pręteritæ iniuriæ testimonium, & absentium sensus significatio, non prætermittam, quin, quoniam coràm id facere probibeor,* [b] *absens prosim: siquidem mea salus aut utilis reip. est, aut coniuncta certè publicæ*
25 *saluti. Nam, per deum immortalium fidem (nisi fortè frustra eos appello, quorum aures, atque animus à nobis abhorret) perque fortunam populi R. (quæ quamquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia, &, vt spero, futura est) quis tam expers*
30 *humanitatis, quis huius vrbs nomini, ac sedib. vsq. adeo est inimicus, vt ista aut dissimulare possit, aut*

a al. adhibentur, non faciunt dolorem, quam uis sint salutaria.

b v. c. absens pro me expostulem: atque ita dico, pro me, si quidem mea salus &c.

non doleret? aut, si nulla ratione publicis incommodis mederi queat, non morte proprium periculum vitet? nam, vt ordiar ab initio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis, quæ non posterior dies acerbior priore? & quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo R. illuxit? M. Antonius, vir animi maximi, (vtinam etiam sapientis consilii fuisset) C. Cæsare, fortissimè, sed parum feliciter, à reip. dominatione [a] *semoto, concupiuerat magis regium, quàm libera ciuitas pati poterat, principatum. Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia,* [b] *donabat ciuitates ex commentario: dictaturam gerebat: leges imponebat: prohibebat dictatorem* [c] *creari legibus, S. C. ipse repugnabat in senatu: prouincias vnus omneis concupiebat. cui sordebat Macedonia prouincia, quã victor sibi sumserat Cæsar, quid de hoc sperare, aut exspectare nos oportebat? Exstitisti tu vindex nostræ libertatis,* [d] *vt tunc quidem, optimis (quod vtinam neque nostra nos opinio, neque tua fides fefellisset.) & veteranis in vnum conductis, & duabus legionibus à pernicie patriæ ad salutem auocatis, subitò* [e] *propè iam affectam ac postratam remp. tuis opibus extulisti. Quæ tibi non antè quàm postulares, maiora, quàm velles: plura, quàm sperares, detulit senatus? Dedit fasceis, vt cum auctoritate defensorem haberet, non vt imperio se aduersum armaret. Appellauit imperatorem, hostium exercitu pulso, tribuens honorem, non vt sua cæde cæsus ille fugiens exercitus te nominaret imperatorem. Decreuit in foro statuam, locum in senatu, summum honorem ante tempus. Si*

a fort. summoto.

b v. c. donabat ciuitates immunitate ex comm. al. donabat ciuitate ex c.

c al. creari. ipse regnabat in consulatu, vnus prouincias omneis concupierat:

d v.c. ut nũc quidem optamus,

e v.c. propè iam afflictã ac desperatam remp.

Si quid aliud est, quod dari possit, addat. Quid aliud est maius, quod velis sumere? Sinautem supra ætatem, supra consuetudinem, supra etiam mortalitatem tuam tibi sunt omnia tributa: cur aut ingratus
5 *crudeliter, aut immemor beneficii* [a] *sui, sceleratè circumscribis senatum? Quò te misimus? à quibus reuerteris? contra quos armauimus? quibus arma cogitas inferre? à quibus exercitum abducis? aduersus quos aciem* [b] *struis? Cur hostis relinquitur? ciuis hostis lo-*
10 *co ponitur? cur castra medio itinere longius aduersariorum castris, & propius vrbem mouentur? O me numquam sapientem, et aliquando id, quod non eram, frustra existimatum! quantum te, populo Romane, de me fefellit opinio! O meam calamitosam, ac præcipi-*
15 *tem senectutem! O turpem, exacta, dementiá. ætate, caniciem! Ego P.C.* [c] *ad parricidiũ induxi: ego remp. fefelli, ego ipse senatum sibi manus afferre coegi, cum te, Iunonium puerum, & matris tuæ partum aureum esse dixi. A te fata patriæ Paridem futurum prædi-*
20 *cabant, qui vastares vrbem incendio, Italiam bello, qui castra in templis deorum immortalium, Senatum in castris habiturus esses. O miseram, & in breui tam celerem, & tam variam reip. commutationem! Quisnam tali futurus ingenio est, qui possit hæc ita*
25 *mandare litteris, vt facta non ficta videantur esse? Quis erit tanta animi* [d] *facilitate, qui, quæ verissimè memoria propagata fuerint, non fabulæ similia sit existimaturus? Cogita enim Antonium hostem iudicatum, ab eo circumsessum consulem designatum, eun-*
30 *demque reip. parentem: te profectum ad cons. liberandum, & hostem opprimendum, hostemque à te fu-*

a v. c. tui,

b fort. instruis?

c L. ad parricidium

d al. facultate,

gatum, & conſ. obſidione liberatum: deinde paullò poſt fugatum illum hoſtem[a] accerſitum, tanquam coheredem mortua rep. ad bona P. R. rapienda: conſulē deſ. rurſus incluſum eò, vbi ſe non mœnibus, ſed flumi, nibus & montibus tueretur. Hæc quis conabitur exponere? quis credere audebit: liceat ſemel impunè[b] peccaſſe: ſit erranti medicina confeſſio. Verum enim dicam, vtinam te potius, Antoni, dominum non expuliſſemus, quàm hunc reciperemus: non[c] quòd vlla ſit optanda ſeruitus, ſed quia dignitate domini minus turpis eſt fortuna ſerui. In duobus autem malis cum fugiendum maius ſit, leuius eſt eligendum. Ille tamen ea exorabat, quæ volebat auferre: tu extorques. Ille conſul prouinciam petebat: tu priuatus[d] concupiuiſti. Ille ad malorum ſalutem iudicia conſtituebat, & leges ferebat: tu ad perniciem optimorum. Ille à ſanguine & incendio ſeruorum Capitolium tuebatur: tu cruore & flamma cuncta delere vis. Si, qui dabat prouincias Caſſio, & Brutis, & illis cuſtodibus nominis noſtri, regnabat: quid faciet, qui vitam adimit? ſi,[e] qui vrbe eiiciebat, tyrannus erat: [f] quem nunc vocemus, qui ne locum quidem reliquit exſilio? Itaque ſi quid illæ maiorum noſtrorum[g] ſepultæ reliquiæ ſapiunt, ſi non vna cum corpore ſenſus omnis, vno atque eodem conſumtus eſt igni: quid illis interrogantibus, quid agat nunc populus R. reſpondebit aliquis noſtrum,[h] qui proximus in illam æternam domum diſceſſerit? aut quem accipient de ſuis poſteris nuntium illi veteres Africani, Maximi, Paulli, Scipiones? quid de ſua patria audient, quā ſpoliis, triumphisq. decorarunt? an eſſe quendam annos

a L. arceſſitum,
b v.c. peccare:
c v. c. quò
d v. c. concupiſti:
e v c. qui ex vrbe
f v. c. quem hunc v.
g v. c. ſepulturæ
h v. c. qui proximè

nos XIII. *natum, cuius auus fuerit argentarius, adstipulator pater, vterque verò præcarium fecerit quæstum, sed alter vsque ad senectutem, vt non negaret: alter à pueritia, vt non posset non confiteri:*
5 *eum agere, rapere remp. cui nulla virtus, nullæ bello subactæ, & ad imperium adiunctę prouinciæ, nulla dignitas maiorum* [a] *conciliasset opem potentium, sed forma per dedecus, pecuniam & nomen nobile conSceleratum impudicitię dedißet: veteres vulneribus*
10 *& ętate confectos Iulianos gladiatores, egenteis reliquias Cæsaris ludi, ad rudem compulißet? quibus ille sæptus omnia misceret, nulli parceret, sibi viueret. Qui tanquam in dotali matrimonio remp. testamento legatam sibi obtineret. Audient duo Decii ser*
15 *uire eos ciueis, qui vt hostibus imperarent victoriæ se deuouerunt. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere voluit nisi pudicum. Audiet Brutus eum populum, quem ipse primò, pòst progenies eius à regibus liberauit, pro*
20 *turpi stupro datum in seruitutem. Quę quidem si nullo alio, me tamen internuntio ad illos celeriter deferentur. Nam si viuus ista subterfugere non potero, vnà cum istis vitam simul fugere decreui.*

[a] v. c. conciliasset eam potentiam,

25

30

T. POMPONII ATTICI VITA, PER CORNELIUM NEPOTEM.

5

POMPONIUS *Atticus ab origine vltima* [a] *stirpis Romanæ generatus, perpetuò à maioribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem. Patre vsus est diligente, indulgente, & , ut tum erant tempora,* 10 *diti, in primisque studioso litterarum. hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas* [b] *impartiri debet, filium erudiuit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenii, summa suauitas oris, & vocis: ut non solùm celeriter* [c] *acci-* 15 *peret quæ tradebantur, sed etiam excellenter pronunciaret. Qua ex re* [d] *pueritia nobilis inter æqualeis ferebatur, clariusque explendescebat, quàm generosi condiscipuli animo æquo ferre possent. Itaq. incitabat omneis studio suo. Quo in numero fuerunt L. Torqua-* 20 *tus,* [e] *C. Marii filius, M. Cicero: quos consuetudine sua sic sibi deuinxit, ut nemo iis perpetuò fuerit carior. Pater maturè decessit. ipse adolescentulus propter affinitatem P. Sulpicii, qui tribunus pleb. interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namq.* 25 *Anicia Pomponii consobrina, nupserat Ser. Sulpicio, fratri P. Sulpicii. Itaq. interfecto P. Sulpicio, posteaquàm uidit Cinnano tumultu ciuitatem esse perturbatam, neq. sibi dari facultatem pro dignitate viuendi, quin alterutram partem offenderet, dissociatis ani-* 30 *mis ciuium, cùm alii Sullanis, alii Cinnanis fauerent parti-*

a fort. stirpis Romanæ, generosus, perpetuò &c.

b v. c. impertiri

c fort. arriperet

d fort. in pueritia

e al. C. Marius, C. filius,

partibus, idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit: neque eò seciùs adolescentem Marium, hostem iudicatum, iuuit opibus suis: cuius fugam pecunia subleuauit. Ac, ne illa peregri-
5 *natio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum traiecit suarum. Hic ita vixit, vt vniuersis Atheniensibus meritò esset carissimus. nam, præter gratiam, quæ iam in adolescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eo-*
10 *rum publicam leuauit. Cùm enim[a] vsuram facere publice necesse esset, neque eius condicionem æquam haberent: semper se interposuit: atque ita, vt neque vsuram vmquam ab iis acceperit, neq. longiùs, quàm dictum esset, eos debere passus sit. Quod vtrumque*
15 *erat iis salutare. nam neque indulgendo inueterascere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis vsuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. nam uniuersos frumento donauit, ita[b] ut singulis VII. modii tritici darentur: qui modius men-*
20 *suræ, medimnus Athenis appellatur. Hic autem sic se gerebat, vt communis infimis, par principibus videtur. Quo factum est, vt huic omneis honores, quos possent, publicè[c] haberent: ciuemque facere studerent: quo beneficio ille vti noluit: quod nonnulli ita*
25 *interpretantur, amitti ciuitatem Romanam alia ascita. Quamdiu affuit, nequa sibi statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, & Piliæ locis sanctissimis posuerunt. hunc enim omni procuratione reip. actorem, auctoremque*
30 *habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quòd in ea potissimùm urbe natus est, in qua domicilium*

a L. versuram facere

b L. vt singularis senimodii

c al. mandarent:

orbis terrarum esset imperii, vt eandem & patriam deberet, [a] & domum: hoc specimen prudentię, quòd, cùm in eam se ciuitatem contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrinaque præstaret omnes: ei vnus ante alios fuerit carissimus. Huc ex Asia Sulla decedens cùm venisset: quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis & humanitate, & doctrina. sic enim Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. tanta autem erat suauitas sermonis Latini, vt appareret, in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitum. Idem poemata pronuntiabat & Græcè, & Latinè sic, vt suprà nihil posset. Quibus rebus factum est, vt Sulla [b] nusquam à se demitteret, cuperetque secum deducere. Qui cùm persuadere tentaret, Noli, oro te, inquit Pomponius, aduersum eos me velle ducere, cùm quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sulla, adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiscens iussit deferri. Hic complureis annos moratus, cùm & rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut litteris, aut Atheniensium reipubl. tribueret, nihilominùs amicis vrbana officia præstitit. Nam & ad comitia eorum ventitauit, &, si qua res maior acta est, non defuit: sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit. cui ex patria fugienti HS. CC. & quinquaginta millia donauit. Tranquillatis autem rebus Romanis, remigrauit Romam, vt opinor, L. Cotta, & L. Torquato COSS. quem diem sic vniuersa ciuitas Atheniensium prosecuta est, vt lacry-

mis

[a] L. & rerũ, dominam.

[b] fort. nunquam.

mis desiderii futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum Q. Cæcilium, equitem Romanum, familiarem L. Luculli, diuitem, difficillima natura: cuius sic asperitatem veritus est, vt, quem nemo ferre posset, huius sine offensione ad summam senectutem retinuerit [a] *beneuolentiam. Quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens, testamento adoptauit eum, heredemque fecit ex dodrante. Ex qua hereditate accepit circiter centies* HS. *Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni: easq. nuptias M. Cicero conciliarat: cum quo à condiscipulatu viuebat coniunctissimè: multo etiam familiariùs, quàm cum Quincto: vt iudicari possit,* PLVS IN AMICITIA VALERE SIMILITVDINEM MORVM, QVAM AFFINITATEM. *Vtebatur autem intimè Q. Hortensio: qui his temporibus principatum eloquentię tenebat: vt intelligi non posset, vter eum plus diligeret, Cicero, an Hortensius. Et id, quod erat difficillimum, efficiebat, vt, inter quos tantæ laudis esset ęmulatio, nulla intercederet obtrectatio: essetque talium virorum copula. In rep. ita est versatus, vt semper optimarum partium & esset, & existimaretur: neq. tamen se ciuilibus fluctib. committeret, quòd non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedißent, quàm qui maritimis iactarentur. Honores non petiit, cùm ei paterent, propter vel gratiam, vel dignitatem: quòd neque peti more maiorum, neque capi poßent conseruatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus,* [b] *neque reipubl. sine periculo, corruptis ciuitatis moribus. Ad hastam publicam numquam accessit. nullius rei neque præs, neque man-*

[a] L. beniuolentiam.

[b] L. neque geri è rep.

ceps factus est. neminem [a] suo nomine, neque subscribens accusauit. in ius de sua re numquam iit. iudicium nullum habuit. Multorum coss. prætorumque præfecturas delatas sic accepit, vt neminem in prouinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum: qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cùm apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cùm præturam gerere noluisset, assectam esse prætoris. Qua in re non solùm dignitati seruiebat: sed etiam tranquillitati, cùm suspiciones quoque vitaret criminum. quo fiebat, vt eius obseruantia omnibus esset carior, cùm eam officio, non timori, neque spei tribuni viderent. Incidit Cæsarianum ciuile bellũ, cùm haberet annos circiter sexaginta. vsus est ætatis vacatione, neq. quoquam se mouit ex Vrbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex re sua familiari dedit. Ipsum Pompeium [b] coniunctum, non offendit. Nullum enim ab eo habebat ornamentum, vt ceteri, qui per eum aut honores, aut diuitias ceperant: quorum partim inuitissimi castra sunt secuti, partim summa cum eius offensione domi remanserunt. Attici autem quies tantopere Cęsari fuit grata, vt victor, cùm priuatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solùm molestus non fuerit, sed etiam [c] sororis filium, Quinctum Ciceronem ex Pompeii castris concesserit. Sic vetere instituto vitæ, effugit noua pericula. Secutum est illud, occiso Cæsare, cùm resp. penes Brutos videretur esse, & Cassiũ, ac tota ciuitas se ad eum conuertisse videretur. sic M. Bruto vsus est, vt nullo ille adolescens æquali familiarius,

[a] L. neque suo nom.

[b] fort. nondum dictũ,

[c] al. fororis, & Q. Ciceronis filiũ ex Pomp.

rius, quàm hoc sene: neque solùm eum principem consilii baberet, sed etiam in conuictu. Excogitatum est à quibusdam, vt priuatum ærarium, Cęsaris interfectoribus ab equitibus Romanis constitueretur: id facilè effici posse arbitrati sunt, si & principes illius
5 ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est à C. Flauio, Bruti familiari, Atticus, vt eius rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis præstanda sine factione existimaret, semperque à talibus se con-
10 siliis remouisset, respondit, siquid Brutus de suis facultatibus vti voluisset, vsurum, quantum eæ paterentur: [a] sed neque cùm quoquam de ea re collocutum, neque coiturum. Sic ille consensionis globus huius vnius dißensione disiectus est. Neque multo pòst
15 superior esse cœpit Antonius, ita vt Brutus & Cassius, prouinciarum, [b] quæ iis necis causa datæ erant à coss. desperatis rebus, in exsilium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abiecto Bruto, Italiaq.
20 cedenti, HS. C. M. muneri misit. eidē in Epiro absens ccc. iussit dari, neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neq. desperatos reliquit. Secutum est bellum gestum apud Mutinam, in quo si tantum eum pruden tem dicam, minùs quàm debeam, prædicem: cùm ille
25 potiùs diuinus fuerit: si diuinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus [c] agitur, neq. minuitur. Hostis Antonius iudicatus, Italia cesserat: spes restituendi nulla erat. Non solùm eius inimici, qui tum erant potentissimi, & plurimi, sed etiam
30 amici: aduersariis eius se dabant, & in eo lædendo [d] aliquam consecuturos sperabant commoditatem, [e] Antonii

[a] L. se. neq.

[b] L. quæ iis dicis causa d.

[c] L. neque agitur, al. neque augetur,

[d] L. se aliquam

nii familiareis sequebantur, vxorem Fuluiam omnib. rebus spoliare cupiebant. liberos etiam exstinguere parabant. Atticus cùm Ciceronis intima familiaritate vteretur, amicissimus esset Bruto, non modò nihil iis indulsit ad Antonium violandum, sed è contrario familiareis eius ex vrbe profugienteis quantum potuit texit: quib. rebus indiguerunt, adiuuit: P. verò Volumnio ea tribuit, vt plura à parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fuluiæ, cùm litibus distineretur, magisq. terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum præstitit, [a] vt nullum illa præstiterit vadimonium sine Attico, sponsor omnium rerum fuerit. Quinetiam cùm illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset, ille se interposuit, pecuniamque sine fœnore, sineque vlla stipulatione ei credidit: maximum existimans quæstum, memorem, gratumque cognosci: simulque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. Quæ cùm faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare. nemini. n. in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed sensim is à nonnullis optimatibus reprehendebatur, quòd parum odisse malos civeis videretur. Ille autem sui iudicii, potiùs quid se facere par esset, intuebatur, quàm quid alii laudaturi forent. [b] Conuersa fortuna est. Vt Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo [c] Atticum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque ad aduentum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem: latebatque apud P. Volumnium, cui (vt ostendimus paullo antè) opem tulerat. Tanta varietas iis temporibus

a L. ut nullum illa stiterit vadimonium

b L. Conuersa subitò fortuna est.

c L. Atticum futurũ put.

ribus fuit fortunę, vt modò ii, modò illi in summo essent aut fastigio, aut periculo. habebatq. secum[a] Quinctum Gellium Canium æqualem, simillimumque sui. Hoc quoq sit Attici bonitatis exemplum, quòd cum
5 eo, quem puerum in ludo cognorat, adeò coniunctè vixit, vt ad extremum ętatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, vt non solum ei, sed etiam omnibus suis amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere: mul-
10 tis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii, & ei, cum requisisset vbinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret: se eum & Gellium Canium de proscriptorum numero exemisse: ac, [b] nequod periculum incideret, quòd noctu fiebat, præsi-
15 dium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, præsidio fuit. Neque enim suæ solum à quoquam auxilium petiit salutis, sed coniunctim, vt appareret nullā seiunctam sibi ab eo [c] velle fortunam. Quòd si guber-
20 nator præcipua laude fertur, qui nauē ex hieme, mariq. scopuloso seruat: cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tamq. grauibus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit? Quibus ex malis [d] vt se emerserat, nihil aliud egit, quàm vt plurimis,
25 quib. rebus posset, esset auxilio, cum proscriptos præmiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res vlla defuerit. nemini non ibi perpetuò manendi potestas facta est. quin etiam post prælium Philippense, interitumq. C. Cassii, & M. Bruti
30 L. Iulium Mocillam, [e] prętorium, & eius filium, Aulumque Torquatum, ceterosq. pari fortuna perculsos, insti-

[a] L. Q. Gel.

[b] L. nequod in periculum

[c] L. velle esse fort.

[d] L. vt se emerserat,

[e] al. prætorem,

[a] *instituerit tueri, atque ex Epiro iis omnia Samothraciam supportari* [b] *iußerit. Difficile enim est omnia persequi, & non neceßaria. Illud vnum intelligi volumus: illius liberalitatem, neque temporariam, neque callidam fuisse. Id ex ipsis rebus, ac temporibus* 5
[c] *indicari potest, quòd non florentibus se venditauit, sed afflictis semper succurrit. qui quidem Seruiliam, Bruti matrem, non minus post mortem eius,* [d] *quàm florentem, coluerit. Sic liberalitate vtens, nullas inimicitias geßit, quòd neque lædebat quem-* 10
quam, neque, siquam iniuriam acceperat, [e] *non malebat obliuisci, quàm vlcisci. Idem immortali memoria* [f] *percepta retinebat beneficia. Quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, vt verè dictum videa-* 15
tur, Sui cuique mores fingunt fortunam. *Neque tamen prius ille fortunam, quàm se ipse finxit, qui cauit ne qua in re iure plecteretur. His igitur rebus effecit, vt M. Vispasianus Agrippa, intima familiaritate coniunctus adolescenti Cæsari, cùm propter* 20
suam gratiam, & Cæsaris potentiam, nullius condicionis non haberet potestatem, potissimum eius deligeret affinitatem, [g] *peroptaretque equitis Romani filiam generosam nuptiis. Atque harum nuptiarum conciliator fuit (non enim est celandum) M. Anto-* 25
nius [h] *triumuir reip. cuius gratia cum augere poßessiones poßet suas,* [i] *tantum abfuit à cupiditate pecuniæ, vt nulla in re vsus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidem* [k] *sub ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cū* 30
L. Saufeii, equitis R. æqualis sui (qui cum eo com-

plureis

[a] L. instituit
[b] L. iussit.
[c] L. iudicari
[d] L. quam florente,
[e] al. malebat vlcisci, quàm obliuisci.
[f] L. præcepta
[g] L. præoptaretque
[h] L. triumuir. reip. cōstituendæ:
[i] L. tantum afuit
[k] L. sub ipsam proscr.

plureis annos studio ductus philosophiæ [a] habitabat, habebatque in Italia pretiosas possessiones) triumuiri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res gerebantur: Attici labore, atque industria factum
5 est, vt eodem nuntio Saufeius fieret certior, se patrimonium amisisse, & recuperasse. Idem L. Iulium Calidium (quem post Lucretii, Catullique mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse ætatem verè videor posse contendere, neque minus vi-
10 rum bonum, optimisque artibus eruditum) post proscriptionem equitum, propter magnas eius Africanas possessiones, in proscriptorum numerum à P. Volumnio, præfecto fabrum Antonii, absentem relatum, expediuit. Quod in præsenti vtrum ei laborio-
15 sius, an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare: quòd in eorum periculis, non secus absenteis, quàm præsenteis amicos, Attico esse curæ cognitum est. Neq. verò minus ille vir, bonus paterfamilias habiturus, quàm ciuis: nam cum esset pecuniosus, nemo illo mi-
20 nus fuit emax, minus ædificator, neque tamen non in primis bene habitauit, omnibusque optimis reb. vsus est. Nam domum habuit in colle Quirinali [b] Pamphilianam, ab auunculo hereditate relictam: cuius amœnitas non ædificio, sed silua constabat. Ipsum
25 enim tectum antiquitus constitutum, plus salis, quàm sumptus habebat: in quo nihil commutauit, nisi siquid vetustate coactus est. Vsus est familia, si vtilitate iudicandum est, optima: si forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri litteratissimi, anagnostæ
30 optimi, & plurimi librarii, vt ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non vtrumque horum pulchrè

a L. Athenis habitabat,

b L. Tamphilanam, al. cæcilianam,

chrè facere poſſet. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domeſticus deſiderat, apprimè boni: neque tamen horum quemquam, niſi domi natum, domiq́ue factum habuit: quod eſt ſignum non ſolum continentiæ, ſed etiam diligentię, nam & non intemperanter concupiſcere, quod à pluribus videas, continentis debet duci: & potius diligentia, quàm pretio parare, non mediocris eſt induſtriæ. Elegans, non magnificus: ſplendidus, non ſumptuoſus, omni diligentia [a] *munditiam non affluentem affectabat.* [b] *Suppellex non modica, non multa,* [c] *vt in neutram partem conſpici poſſet. Nec hoc præteribo, quamquam nonnullis leue viſum iri putem. cùm in primis lautus eſſet eques Romanus, & non parum liberaliter in domum ſuam omnium ordinum homines inuitaret, ſcimus non amplius, quàm terna millia æris peræquè in ſingulos menſes, ex ephemeride eũ expenſum ſumtui ferre ſolitum. atque hoc non auditum, ſed cognitum prędicamus. ſæpe enim, propter familiaritatem, domeſticis rebus interfuimus. Nemo in conuiuio eius aliud* ἀκρόαμα *audiuit, quàm anagnoſten: quod nos quidem iucundiſſimum arbitramur: neque vmquam ſine aliqua lectione apud eum cenatum eſt: vt non minus animo, quàm ventre conuiuæ delectarentur. namque eos vocabat, quorum mores à ſuis non abhorrerent. Cùm tanta pecuniæ facta eſſet acceſſio, nihil de quotidiano cultu mutauit, nihil de vitæ conſuetudine: tantaq́ue vſus eſt moderatione, vt neque in HS. vicies, quod à patre acceperat, parum ſe ſplendide geſſerit: neque in HS. centies affluentius vixerit, quàm inſtituerat, pariq́ue faſtigio*

a fort. munditiam, non affluentiam affectabat.
b L. Supellex modica, non multa,
c fort. vt in neutram partem nimius conſpici poſſet.

gio

gio steterit in utraque fortuna: nullos habuit hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumtuosam uillam, neque in Italia præter Ardeatinum, & Nomentanum rusticum prędium: omnisque eius pecuniæ reditus constabat in Epiroticis & urbanis possessionib. ex quo cognosci potest, eum usum pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri solitum. Mendacium neq. dicebat, neque pati poterat. Itaque eius comitas non sine seueritate erat, neque grauitas sine facilitate: ut difficile eßet intellectu, utrùm eum amici magis uererentur, an amarent. Quidquid rogabatur, religiosè promittebat: quòd non liberalis, sed leuis arbitrabatur, polliceri quod præstare non poßet. Idem in nitendo, quod semel admisißet, tanta erat cura ut non mandatam, sed suam rem uideretur agere.[a] Nusquam suscepti negotii eum pertęsum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat, qua nihil habebat carius. Quod fiebat,[b] ut omnia Ciceronis, Catonis, Marcique Hortensii, A. Torquati, multorum præterea equitum Romanorum negotia procuraret. ex quo iudicari poterat, non inertia, sed iudicio fugisse reip. procurationem. Humanitatis uerò nullum afferre maius testimonium possum, quàm quòd adolescens idem seni Sullæ fuerit iucundissimus, senex adolescenti M. Bruto: cum æqualibus autem suis Q. Hortensio, & M. Cicerone sic uixerit, ut iudicare difficile sit, cui ętati fuerit aptissimus: quamquam eum præcipuè dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quinctus carior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt indicio, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui

a L. Numquam

b L. ut omnia M. & Ciceronum, Catonis, Hortensij, Auli Torquati,

in uulgus iam sunt editi, sexdecim uolumina epistolarum ab consulatu eius usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quę qui legat, non multum desideret historiam contextam [a] *eorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, uitiis ducum,* [b] *ęmulationibus reip. perscripta sunt, ut nihil in his non appareat: & facilè existimari possit, prudentiam quodammodo esse diuinationem. Non enim Cicero ea solùm, quæ uiuo se acciderunt, futura prædixit, sed etiam quæ nunc usu ueniunt, cecinit ut uates. De pietate autem Attici, quid plura commemorem, cùm hoc ipsum* [c] *uerò gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit annorum nonaginta,* [d] *cùm esset septem & sexaginta, se numquam cum matre in gratiam rediisse, numquam cum sorore fuisse in simultate: quam propè ætate æqualem habebat. quod est signum aut nullam umquam inter eos querimoniam intercessisse: aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, vt, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neq. id fecit natura solùm (quamquam omnes ei paremus) sed etiam doctrina. Nam & principū philosophorum ita percepta habuerat pręcepta, vt iis ad vitam agendam, non ad ostentationem vteretur. Moris etiam maiorum summus imitator fuit, antiquitatisq. amator: quam adeò diligenter habuit cognitam, vt eam totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus ornauit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi R. quæ non in eo, suo tempore sit notata: &, quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexuit, vt ex eo clarorum virorum pro-* pagi-

a al. illorum t.

b L. mutationibus reip.

c L. uerè

d fort. cùm esset ipse septem, &c.

pagines possimus cognoscere. Fecit [a] hoc quidem separatim in alis libris, vt M. Bruti rogatu Iuniam familiam à stirpe ad hanc ætatem ordine enumerauerit, notans qui à quoque ortus, quos honores, quibusq. temporibus cepisset. Pari modo Marcelli Claudii de Marcellorum: Scipionis Cornelii, et Fabii Maximi, [b] Fabiorum, & Aemiliorum: quibus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque poeticen: credimus, ne eius expers esset suauitatis. Namque versibus, qui honore, rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit, ita, vt sub singulorum imaginibus facta, magistratusque eorum non amplius quaternis, quinisque versibus descripserit: quod vix credendum sit, tantas res tam breuiter potuisse declarari. Est etiã vnus liber Græcè confectus de consulatu Ciceronis. Hactenus Attico viuo [c] edita à nobis sunt. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur: &, quantum potuerimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut suprà significauimus, suos cuique mores plerumque conciliare fortunam. Namque hic contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem peruenit imperatoris Diui Iulii filii, cum iam antè familiaritatem eius esset consecutus nulla alia re, quàm elegantia vitæ: qua ceperat principes ciuitatis dignitate pari, fortuna [d] humiliores. Tanta enim prosperitas Cæsarem est consecuta, vt nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam antè detulerit, & concilia-

a L. hoc idem

b L. de Corneliorum, & Fabiorum, & Aemiliorum quoque & quibus

c L. edita hæc à nobis sunt.

d L. humiliore,

rit, quod ciuis Romanus quiuit consequi. Nata autem est Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam[a] collocauit, hanc Cæsar vix anniculam T. Claudio Neroni Drusilla nato priuigno suo despondit. Quæ coniunctio necessitudinem eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem. Quamuis ante hæc sponsalia non solùm cùm ab urbe abesset, numquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret: in primis, quid legeret, quibusque in locis, & quamdiu esset moraturus: sed & cùm esset in vrbe, & propter suas infinitas occupationes minùs sæpe, quàm vellet, Attico frueretur: nullus dies tamen temerè intercessit, quo non ad eum scriberet, [b] quo aliquid de antiquitate ab eo requireret, modò aliquam quæstionem poeticam ei proponeret, interdum iocans eius verbosiores eliceret epistolas Ex quo accidit, cùm ædes Iouis Feretrii in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate, atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici [c] admonitu, Cæsar eam reficiendam curaret. Neq. verò à M. Antonio minùs absens litteris colebatur: adeò vt accuratè ille ex ultimis terris quid ageret, quid curæ sibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale sit, faciliùs existimabit is, qui iudicare poterit, quantæ sit sapientię, eorum retinere usum, beneuolentiamque, inter quos maximarum rerum non solùm æmulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit [d] intercedere necesse inter Cæsarem atque Antonium: cùm se uterque principem non solùm urbis Romæ, sed orbis terrarum esse cuperet. Ta limo-

a al. collocarat.

b L. modò aliquid

c al. ammonitu,

d v c. incidere

li modo cùm ſeptem, & ſeptuaginta annos compleſſet, atque ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quàm gratia, fortunaque creuiſſet (multas enim hereditates nulla alia re, quàm bonitate conſecutus, tantaque proſperitate vſus eſt valetudinis, vt annos x x. *medicina non indiguiſſet) nactus eſt morbum, quem initio & ipſe, & medici contemſerunt: nam putarunt eſſe* [a] *tenaſmon, cui remedia celeria, faciliaque proponebantur. In hoc cum treis menſes ſine vllis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet: ſubitò tanta vis morbi in vnum inteſtinum prorupit, vt extremo tempore per lumbos fiſtula putris eruperit. Atque hoc priùs quàm ei accideret, poſtquàm in dies dolores accreſcere, febremque acceſſiſſe ſenſit: Agrippam generum ad ſe* [b] *accerſiri iuſſit, & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumq. Peduceum. Hos vt veniſſe vidit: in cubitum nixus, Quantam, inquit, curam, diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cùm vos teſtis habeam, nihil opus eſt pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, vt ſpero, ſatisfeci,* [c] *me nihil reliqui feciſſe, quod ad ſanandum me pertineret: reliquum eſt, vt egomet mihi conſulam. id vos ignorare nolui. Nam mihi ſtat alere morbum deſinere. namque his diebus, quidquid cibi ſumſi, ita produxi vitam, vt auxerim dolores ſine ſpe ſalutis. Quare à vobis peto, primum vt conſilium probetis meum: deinde ne fruſtra dehortando conemini. Hac oratione habita, tanta conſtantia vocis, atque vultus, vt non ex vita, ſed ex*

domo

[a] al. teneſmon:

[b] L. arceſſi

[c] L. nihilque reliqui feci, quod

domo in domum videretur migrare: cum quidem Agrippa eum flens, atque osculans oraret, atque obsecraret, [a] ne ad id, quod natura cogeret, ipse quoque sibi accelleraret: & , quoniam tum quoque posset temporibus superesse, se sibi, suisque reseruaret: preces eius taciturna sua obstinatione [b] depressit. Sic cum biduum cibo se abstinuisset, subitò febris decessit, leuiorque morbus esse cœpit, tamen propositum nihilo secius peregit. Itaque die quinto postquàm id consilium inierat, prid. Kalendas April. Cn. Domitio, C. Sosio coss. decessit. Elatus est in lecticula, vt ipse prescripserat, sine vlla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus est iuxta viam Appiam ad quintum lapidem, in monumento Qu. Cæcilii, auunculi sui.

a L. ne id, quod n.

b fort. compressit.

FINIS.

Ilttatio [illegible] [illegible] [illegible] cosa...
[illegible] mercadi [illegible] [illegible] meno [illegible] omnia —

Do: Jacobus [illegible]

[illegible]

[illegible] Maggio [illegible] Mediolanensis [illegible]

Joanes Baptista Madius Mediolanensis
scripsit die vigesimo secundo mensis
Julij A[nn]o [illegible] 1644 Romæ est